Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Vita Jo. Reuchlini Phorcensis, Primi in Germania Hebraicarum Graecarumque, & aliarum bonarum literarum Instauratoris

Majus, Johann Heinrich

Francofurti & Spirae, 1687

VD17 VD17 39:121821K

Annotationes variae in orationem de vita Io. Revchlini

urn:nbn:de:bsz:31-271802

Visual Library

ANNOTATIONES VARIÆ
*In*
# ORATIONEM
*De*
# VITA
# JO. REUCHLINI.

A Natali ſolo &c. ] Eſſe aliquod in natali ſolo ad ingeniorum felicitatem momentum, erudite admodum atque luculenter ſtendit *Joannes Barclajus* libro iſto in vulgus oto, quem *Iconem animorum* inſcripſit; ubi ffirmare haud tantum ſuſtinuit, ſed probare tiam magno niſu contendit, ſingulis regionius proprium eſſe ſpiritum, qui animos in cer a ſtudia moresque quodammodo adigat. Germanis autem nonnihil iniquior eſſe videur, quando cap. V. *vim mentium opacam* iis tribuit, quaſi ſylvæ opacæ opacas quoque mentes redderent. Qua in re vehementer errare

In natali ſolo eſſe quandā vim ad ingeniorū felicitatem.

Germaniam eſſe feracem bonorum ingeniorum.

errare virum alioqui doctiſſimum, & ſimorum annaliũ fides & ipſa rerum m experientia abunde docet. Hinc ade pertum exploratumque habemus, Ge am universè ac Sueviam ſpeciatim omn tro ſeculis fortium æque ac doctorum v fuiſſe feracem. Extat inter ſelectas *Melanchtonis* declamationes Encomium vorum, quo ex inſtituto & fortitudinis ditionis laudem huic nationi vendicat tisque exemplis adductis fidem arg ſuo facit. Habet quoque nonnulla hu me ſpectantia in doctiſſimis ſuis diſſert bus de Principibus gentibusque ex Sue *Ulricus Pregizerus*, in Illuſtri, quod T eſt, Collegio, Profeſſor P. longe ce mus, mihique multis nominibus pl honorandus. Apud *Martinum* C Annalium Suevicorum Dodecade lib. X. cap. V. pag. 554. in compendio ſentur docti Sueviæ viri, qui tempore ſcentium bonarum literarum atque diſc rum vixere, quorum ſubinde in ipſa O facta mentio eſt; ut proinde nihil a prolixum contexere illorum catalogum hi nunc ad inſtitutum ſatis eſt, ea hic r quæ Reuchlinus ipſe ſub nomine Sido I. Lib. I. de verbo mirifico pro patriæ diſſeruit. *Et ut primum*, inquit Sido *de te liceat dicere* Capnion, *quem patria* cenſem *ex variis librorum atque tabular rum inſcriptionibus eſſe acceperam*, *ſtupe*

ac ſpeciatim Sueviã.

Tom. II. propè finem.

*pius multo quam ulla de re alia, quod* Philo-
phiam *ſylveſtris* Suevia *funderet, tum erant*
*neris quidam comites abſtruſarum artium me-*
*m ſtudioſi, qui reſponderent, non fore creditu*
*fficile; aſperitatem enim eam poſſe quandam*
*ſtantem indolem gignere, commemorantes*
*tiſpontanum quondam Antiſtitem, Græca lingua*
lyphemum, *gentilitia verò* Albrechtum, *co-*
*omento* Magnum, *qui non tantum* Ariſtote-
m, *ſed & alios* Peripateticæ Philoſophiæ
*tatores primarios ſuperare viſus ſit, tamen in*
evia *& ortum & alitum;* nempe Lavin-
e, ubi illuſtre quondam Gymnaſium fuit,
od luculenter deſcripſit *Jo.Sturmius.* Li-
t vero paulo poſt idem *Sidonius* culturæ in-
niorum in *Suevis* cauſſam quandam in eo-
m ad exteros commigrationibus quæſive-
, tamen *Suevicum* ſolum, ac nominatim
*orcenſe*, bonorum ingeniorum ferax eſſe, nominatimq; Phorcenſem agrum.
erte palamque fatetur, dum his verbis *Ca-*
*ionem* alloquitur: *itaque quod doctrinâ,*
*quentia, conſilio polles, non inde eſt, quod ex*
*va natus ſis, quam quondam aut* Bacenas,
Orciniam, *nunc nigram vocant; ſed ut ex*
*audio, quia non modo antiquam* Parrhiſio-
m Lutetiam, *verum etiam pene univerſa* Gal-
& Germaniæ, *nonnulla* Italiæ *Gymnaſia,*
omamque, *caput ſtudiorum, perluſtraveris.*
*anquam videre mihi videor, aptitudinem*
orcenſis *agri nonnihil ingeniis indigenarum*
*ferre; idque verum eſſe literatorum homi-*
*m; ingens numerus inde genitorum facit.*

*Non enim multo minorem genitalis*
*vim habet patria, quam pater ipſe, ſi P*
*creditur.*

Ibi nat' *Iohan. Schvvebelius.*

Ex ingenti illo clarorum viro
mero qui nati Phorzhemii ſunt,
locum quam maxime illuſtrarunt,
los duntaxat, qui pietatis erudi
laude præ aliis eluxerunt, nominab
diar vero à Theologis, è quibus du
pue commemorandi veniunt, JO
NES SCHVVEBLIN, vulgò SC
BELIUS dictus, & BARPTOLO
VVESTHEMERUS; quorum ill
tibus haud obſcuris familiæ ſuæ
ex *Waſſerburgo*, Bojariæ oppido, d
tibus, prognatus, atque Anno ſup
ſimum quadringenteſimum non
Phorzhemii in lucem editus eſt. An
pueritia ſtatim ad Theologiæ ſtudiu
cavit, eoque, rarô illis temporibus e
jactis probe utriusque linguæ, Græc
ac Latinæ, fundamentis, Sacro ord
Sancto Spiritui dicatus in patria er
leſcens adhuc, initiari ſe paſſus & A
Argentinæ à *Conrado* Epiſcopo Aur
gentinenſisque Antiſtitis *Guilielmi*
ut voçant, in Pontificalibus Generali
Sacerdotio ornatus atque præclare
dabiliter illo functus eſt, dum Orac
longe & purius & ſincerius, quam
culis fiebat, docebat atque interpre

onitore cumprimis *Philippo Melanchthone*, ui cum literas VVittebergâ Anno 1519. & o.ad eum dediſſet ſignificaſſetque,ſe totum ſacris literis explicandis, ac nominatim illuſtranda Epiſtola Pauli ad Romanos, nge graviſſima & ceu ſcopi vice in univer- n Scripturam ſacram fungente, occupa- m eſſe, idemque deinceps in Matthæum oliri, hoc ſuo propoſito exemplo *Schvve- ium* tantopere excitavit, ut poſthac idem ſtitutum teneret conſtanter, inque legen- atque intelligendo Sacro Codice omnes ras animique cogitationes conſumeret, opterea quod, ut *Philippus* ſcribebat, mi- bilis in Sacris literis eſſet voluptas, imò ibroſia quædam cœleſtis, animum iis oc- patum lactans. Addidit præterea *Me- chthon* hæc gravia verba: *video jam non ùm impura Majores noſtros, de Scholis, lo- or, docuiſſe: ſed etiam pernicioſa.* Qui- us monitis ſalutaribus ita permotus Noſter , ut relictâ patria, in qua Pontificia ty- nnis tum adhuc graſſabatur, in exilium nte iret, & ad Illuſtrem Heroëm, ANCISCUM à SICKINGEN, Rhe- m trajiceret, quippe quem ſciebat non odo inter primos veritatis Evangelicæ nfeſſores eſſe, ſed tutiſſimum quoque aſy- m præbere ob veræ religionis profeſſio- m exulibus. Fovebat enim alebatque eo mpore iſte Heros multos viros pietate, vir- te & eruditione inſignes, interque eos

*Ulricum Huttenum*, *Martinum Bucer*
*Caſparem Aquilam*, Patritium Augu
quos tamen deinceps, cum bello p
à Palatino & Trevirenſi Electoribus
Philippo Haſſiæ Landgravio, ne re
ſcrimini implicarentur, conſulto abs
ſit, cum eorum uſum longe maximu
purgandis ſacris futurum ſapienter p
ſet. Qua in re illum ſua opinio at
minime fefellit. Etenim ea occaſione
Argentinam, *Aquila* Iſenacum in T
am, *Schvvebelius* Bipontum à LU
CO Comite Palatino vocatus, abie
ſuis quique locis, abrogatis falſis cul
remoniiſque ſuperſtitioſis, puram
nem magna fide & diligentia prop
Unde liquido conſtat *Bipontinæ Ar*
*ſisque* Eccleſiæ idem initium, eund
pe ortum, idemque planè ſemen fu
utraque eodem tempore verbo DEI
ctiſſima illa organa generationis ſu
mentum, renaſcente pura Evangeli
nâ, ſortita ſit. Cumque laud
Princeps, ſuaſu inſtinctuque *Schv*
cobum Sturmium, virum magnæ apu
Germaniæ Principes, ipſumque Im
rem, auctoritatis, in rebus ad E
ſpectantibus conſuleret, hic viciſſi
toratenſem Eccleſiam Principi
commendavit, conſiliaque ſua ad
*tatem* Eccleſiarum Bipontinarum di
ex actis publicis Germanicorum

chvvebelianorum patet. Hæc ex autore, ui vitam Schvvebelii deſcripſit, eamque enturiæ Epiſtolarum Theologicarum ad chvvebelium à *Melanchthone, Bucero, Capi-ne, Hedione, Conventu Theolog. Argent. Pelli-no, Gerbelio* aliisque ab A. C. 1519. uſque d A. 1540. datarum, præfixa, libenter at-ue conſultò hauſimus, quoniam cum veri-ite congruunt: verum quæ deinceps tra-it, & ex illo *Melchior Adamus*, quem non- In vit. Germ. Theol. p. 65. ſeq. ulli ex noſtris etiam improvidè ſequuntur, aud immeritò ſuſpecta ſunt; eo enim uncta flectit autor, ut *Zvvinglii* ſectam in-itutionemque ſecutum noſtrum, hiſtoria-um ſuperioris ſeculi imperitis perſuadeat, ni-us hoc potiſſimum fundamento, quod ar-ta ei familiaritas cum memoratis ante Theo-ogis Argentinenſibus, qui Zvvinglii fue-int ſectatores, interceſſerit, *eorumque fra-ernam in eodem doctrinæ genere conformitatem, anquam pium ac ſolidum veteris purioris & ſin-erioris Eccleſiæ* Argentinenſis *conſenſum, uni-ormiter & unanimiter ſedulò tradiderit*; cu-us ſolidæ concordiæ inter utramque Eccle-iam luculentiſſimum teſtimonium præbeat eleberrimus ille imperii ordinum Schvvein-urti A. 1532. menſe Aprili habitus conventus, n quo ſuam quatuor civitates Confeſſionem ejusque Apologiam ita demonſtraverint, ut omnes omnino veterum Argentinenſium declarationem uno animorum conſenſu ap-probaverint ac ſubſcripſerint; prioremque

adeò ſententiam, quâ ſeu metu ſe
*tranſubſtantiationem* Pontificiam rec
univerſali & ſolenni approbatione
rint, quemadmodum ſuperiori anno
iam annuente *Luthero*, VVittebergæ
ta & publicè edita fuiſſet: atq; hãc tra
nem Noribergæ, Menſe Junio, denuo
perii ordinibus confirmatam, eaq; o
A. 1533. in provinciali ſynodo Argen
Diœceſeos confeſſionem illam Ar
téſem repetitam & ſoleñi Magiſtratus
ſingulis Tribubus commendatam, *à q*
*longiſsime hodiè, non ſine levitatis & n*
*tiæ macula, Conventuales illi fratres r*
Ita audacter calumniatur & parente.
& Argentinenſes Theologos degen
*Henricus Schvvebelius* J. U. L. Cancell
Bipontinus, qui patris vitam, epi
eum datas, ipſiusq; ſcripta Germanica
& 1598. hoc potiſſimum conſilio, u
palamque in præfatione fatetur, edi
demonſtraret, parentem ſuum,
mos Eccleſiarum & Scholarum in
tino Ducatu reformatores, nimiru
DOVICUM cum fratre RU
TO & filio VVOLFGAN
eidem plane religioni addictos
quæ deinceps demum introducta
mirum Zvvinglianæ. Non jam va
inſtituti mei eſt, hæc omnia diſcute
peculiari libro Germanico diſcuſſa a
futata ſint, qui hunc inſcriptum ha

: *defenſio* Sereniſs. Principis VVOLF-
NGI *contra quasdam publicè de eo ſparſas*
*mnias, una cum narratione vera atque lucu-*
*a de aliis ad religionem pertinentibus rebus.*
c illa duntaxat, quæ ad civem meum
ndendum faciunt, quanta poſſum bre-
te, recenſebo. Ac primo quidem ex
tolis ad Schvvebelium ſcriptis minime
bari poteſt, eum Zvvinglianæ ſectæ fuiſſe
ictum, cum, qui illas deinceps, poſtea-
m in publicum jam prodiiſſent, manu ex-
tas ac peculiari volumine colligatas vide-
t, quique ſuam in deſcribendo operam
locarunt, teſtati ſint, multa in iis delata
. Præterea accuratius literas perlegen-
s multis indiciis conſtat, non tantum in-
ras ſententias, ſed epiſtolas quoque, quæ
ituto parum aptæ videbantur, omiſſas,
usmodi illa procul dubio fuit, qua re-
ndit Schvvebelius *Nicolao Gerbelio* obni- Ep. 32.
petenti, ut ſuam ſententiam judiciumque
nonnullis *Lutheri* & *Zvvinglii* ſcriptis *Sa-*
*mentum Evchariſtiæ* concernentibus, dili-
nter & præmeditatò perſcriberet. Sed
que hoc, neque *Caſparis Glaſeri* reſponſum,
us *Gerbelius* meminit, centuriæ Epiſtola-
n inſertum eſt, aut alibi inter Schvvebeli-
a ſcripta comparet, quia, ut haud vana
njectura eſt, minimè ad palatum erat.
d nec ex impreſſis *Schvvebelii* literis, quan-
mvis mutilatis, id quod volunt adverſarii,
ici poteſt, quin potius contrarium valide

p.166. inde concluſeris , quando Epiſtolnta
graviter in eos invehitur Noſter, qui XX
*croſancta Domini Cœna præter piſtoris pa*ſſe a
*bil ſe habere* aſſerunt. Mox his verbis *cor*
ipſo ſcribit : *hactenus docui & tenui re**m ſa*
*dei noſtræ articulos : Item Baptiſmum* *m &*
*ſimplicem aquam, ſed lavacrum regener**lem*
*eumque tum adultis , tum pueris nec**uiſſe*
*Nec dubium apud me eſt, verum corpus ve*n de
*ſanguinem Chriſti diſtribui credentibus ad*us.
p. 287. *in Cœna Domini.* Epiſt. LXXX. & LXmen
ſignificat quibusdam Eccleſiæ mini dict
cum octo fratribus *Concordiæ*, VViteres
gæ per *Bucerum* , *Capitonem*, *Luthatiæ*,
*Melanchthonem* Anno. 1536. Menſe pentu
ſuper diſſidio Sacramentario initam tu
ſcripſiſſe , atque ut idem illi faciant verſ
Jam verò in ea Concordiæ formitatâ
ſertis verbis legitur , *Bucerum* ſuo *nſes*
atque reliquorum verbi miniſtrort , q
mine aperte confiteri, eſſe, ſecundum ſcri
pronunciatum, *duas res in S. Cœna*, *tam*
*& terreſtrem*, illosque omnes ſentire *fideli*
*verè & ſubſtantialiter* corpus & ſangu*nt ver*
ſti *adſint , exhibeantur & ſumantur* *cali*
*rebus, quæ videntur, pane & vino*; q*lamp*
ba ex Art. X. Aug. Confeſſ. ac ejus tulit
gia deſumta ſunt, quibus ſimiliter ſub ua ra
ſe ſe ſuosque Collegas, *Schvvebelius* *e qui*
p. 297. la LXXXIV. ad *Capitonem* datâ, *gant*
tur. Quando verò contra objiciunt utem
p. 117. ſarii, *Schvvebelium* epiſtola XXXVI. ppar

nta appellaſſe *ſigna externa*, & epiſtola
XXVII. *Oecolampadii* ſententiam re-
ſſe atque approbaſſe, quæ eò redit, *ve-*
*corpus non eſſe in pane, panem tamen ſi-* p. 304.
*m ſacratiſſimum corporis, quod pro nobis tra-*
*m & mortuum nos vivificet, atque ita ſpiri-*
*lem panem eſſe*: denique epiſt. 95. & 99. *ſe* p. 338.
*uiſſe* Lutheranum, *ſed* Chriſtianum *vocari*:
n deeſt nobis quod ad objecta reſpondea-
s. Potuit enim primò ſigna vocare Sa-
menta, qui non nuda intellexit, ut ex an-
dictis videri poteſt, ſed, quemadmodum
teres loquuti ſunt, *ſigna viſibilia inviſibilis*
*tiæ*, in & cum quibus bona cœleſtia ex-
entur ſimul atque obſignantur. Neque
m tunc neceſſe habuit ſententiam de con-
verſia inter Lutheranos Zvvinglianosque
itatâ proponere, quando contra *Hornba-*
*ſes Canonicos* tantum epiſtola 36. diſputa-
t, quos officii ſui admonet, *cujus erat*,
ſcribit, *ſigna externa non aliter tractare*,
*am Chriſtus ipſe inſtituit.* Hincque addit,
*fideliter igitur eos agere, dum populum ce-*
*nt verba Cœnæ Dominicæ conſolationis plena*,
*calicem fidelibus ſubtrahant.* Quod ad *Oe-*
*lampadii* ſententiam attinet, eam noſter
tulit tantum, vel memoriæ cauſa notavit,
ua ratione is *dignitatem* Euchariſtiæ colligat,
*quis injurios Sacramentis putet eſſe eos, qui*
*gant adeſſe corpus & ſanguinem Chriſti*; non
utem approbavit: quod vel inde dilucidè
pparet, quia formam epiſtolæ minimè ha-

bet illa narratio, videturq; Schvvebeli
um non abſque doli ſuſpicione inde
atque omiſſum fuiſſe. Denique q
*therani* nomine appellari noluerit, n
bat, Lutheri ſententiam de S. Cœn
repudiaſſe. Nam præterquam quo
ac prior epiſtola ſuſpecta, ac nulla
piſtola ſit, conſtat noſtrum ibi dilue
tificiorum calumnias voluiſſe, quaſi
*rum credat*, aut in ejus verba ju
Addit enim dilucide rationem, cur
ſenſu nolit *Lutheranus* nominari.
*enim*, inquit, *pro me paſſus Lutherus*
*nomine Lutheri baptizatus ſum.* H
igitur ex *Schvvebelii* epiſtolis nequaqu
ci poteſt, eum Zvvinglii aſſeclam
uti nec ex ejusdem libris Germani
Part. 2. gua ſcriptis & à filio 58. poſt parent
p. 325. tum annis publicè editis; quippe in
ſimiliter prodit, ſe ac novem alios
Bipontino Ducatu operantes, de ca
fidei Chriſtianæ, ac nominatim Sac
tis, *prorſus idem ſentire, credere ac*
*quod in* Auguſtana Confeſſione *ejusq*
logia *expreſſum ſit.* Præterea quam
mis in locis S. Cœnam vocat *Sacram*
*veri corporis & ſanguinis Domini noſtri*
p. 86. *Chriſti.* Quod ne de nudo ſigno in
teris, diligenter cavit, quando ali
ſcribit: *hortor omnes Chriſtianos, ut ver*
*mini noſtri* (quæ Inſtitutionis vocant)
*bitato credant; quicquid enim Domin*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*rt* (anbeut) *id nobis verè dat.* Alibi in-
t: *vellem, ut omnes Chriſtiani ſæpius quot-* p. 88.
*is corpus & ſanguinem Domini noſtri in S.*
*na acciperent.* Atque hæc non tam pro
noſtro, quam pro veritate ipſa nonni-
prolixius diſſeruimus, vel eam ſolum ob
ſam, ut deſinant in poſterum, turbidos
*Ich. Adami* rivulos ſequi, qui veris hiſto-
rum monumentis deſtituuntur. De ſcri-
s Noſtri dicere ultra nil attinet, quia pu-
cè extant & varii ſunt argumenti, etſi in
i, qui ea edidit, fide, multum ſubinde de-
eremus. Pater ipſe, quantum conſtat,
n in vivis eſſet, nihil edidit, præter *Con-*
*nem brevem* de *paſtore bono Domin. Miſeri-*
*d.* Phorzhemii A. 1521. in Xenodochio
bitam, quæ Spiræ prodiit, & ſermonem,
o in eos invehitur, qui in ſtipe pro Xe-
dochiis colligenda nimios atque ſuper-
os faciunt ſumtus. Præfuit ſacro mu-
ri Biponti per ſeptendecim annos, ac de-
it A. 1540. d. 19. Maji, quinquagenarius.
cceſſorem & gubernatorem Eccleſiæ Bi-
ntinæ reliquit *Caſparem Glaſerum*, itidem
Marchionatu Badenſi oriundum, Prin-
is *Wolfgangi* Palatini ſtudiis antea præ-
tum, virum doctiſſimum, qui doctri-
m verbi quam *Schvvebelius* ibi plantaverat,
eliſſimè *perfecta conformitate conſervavit*
*ad poſteros magno pietatis zelo propaga-*
, quemadmodum hoc egregio ipſum te-
monio ornavit *Henricus Schvvebelius*, ſub
finem

finem diſſertationis de vita par
Quomodo verò hinc efficiat, quod
facere conatur, *Zvvingliana* placi
pontinum Ducatum fuiſſe public
mùm invecta, nemini non conſta
ctenus dictis poteſt. Candide
unà cum ſuo Magiſtro *Pantaleone*
Paſtore & Superintendente Bipont
egit, ſed fraudulenter atque ſub
propterea atro carbone meritò eſt
à *D. Jacobo Heilbrunnero* JOH
Ducis & Comitis Palatini Eccleſia
co atque *D. Jo. Marbachio*, quemad
prolixe eo in libro, cujus mention
fecimus, relatum legimus. Noſt
eſt, hæc atque talia alieno loco re

*Barthol. VVeſthemerus.* Sequitur ergò, ut nunc quoque
*hemero* dicam. Quod quidem
fieri poteſt, cum pauca mihi ſint
ptu, quæ de eo commemorem. Sc
quot publicè editis inclaruit, quo
continet *collectanea troporum*, *ex*
*tam Hebræorum, quam Eccleſiaſtico*
*mentariis congeſta*. Hoc aliquoties
vit atque locupletavit, minimum qu
donec plenum atque perfectum ſub
ARDI VI. Angliæ Regis auſpici
gus prodiret: de quo ipſius auctor
adferam ex epiſtola nuncupatoria
ardum: *editus ante multos annos*
Troporum *opus*, *ſed ſine dedicatio*
*rude adhuc, exiguum, & mancum.*

*tumque damus, ut cum illo altero colla-*
*m, non illud ipſum, ſed plane alterum judi-*
*i poſſit. Nam quicquid per humanam in-*
*ſtriam fieri potuit, à me factum eſt, ut ple-*
*m atque perfectum ſub tui feliciſſimi nominis*
*ſpicio prodiret. Per multos enim annos un-*
*que ea omnia conquiſivi, & notavi, quæ ad*
*exornandum atque amplificandum, quovis*
*do facere videntur.* Unde cum novum
us videri queat, novum quoque ei titu-
m præfixit h. m. *Troporum, Schematum,*
*omatumque communium liber, ex omnibus*
*thodoxis Eccleſiæ Patribus ſingulari induſtria*
*n collectus, quam in ordinem convenientiſſi-*
*um, h. e. Alphabeticum, diſpoſitus, ut ſine*
*ni ſcrupulo ſtudioſus rerum divinarum V. &*
*. T. ſcripta, quæ phraſin peculiarem & loquen-*
*modos hebraico more proprios habent, & no-*
*s prius etiam Theologis ſummis incognitos diſ-*
*vere queat.* Baſileæ Anno M. D. LI.
r Joannem Hervagium typis exſcriptum
c opus eſt, de quo *Matthiam Flacium* in
æfat. ſeu epiſtola dedicat. præfixa Clavi
ripturæ S. loqui his verbis cenſeo: *Qui-*
*m etiam de* phraſibus *ſeparatim aliquid edi-*
*runt, ſed plerique juſto brevius: præter* unum
endam, *qui non tam ſuum opus conſcripſit,*
*am multorum doctorum hujus temporis adno-*
*tiones de* Hebraiſmis, *ad verbum ex eorum*
*mmentariis excerpſit & in unum congeſſit.*
*rum ille non digeſſit cum judicio, nec aliqua*
*ligentiore cenſura id opus perpolivit: multo*

*minus*

*minus Hebraicos Græcosque fontes conſulu-* *Multa igitur ſæpius in ejus opere reperiunt-* *in multis teſtimonia deſunt, multa inter ſe p-* *gnant, multa ſignificata adhuc deſunt: non pa-* *etiam parum verè, atque adeò quædam eti-* *impiè dicuntur: ut, cum fides juſtificans non v-* *rò cum charitate & bonis operibus confundi-* Quæ cenſura nimis profectò rigida & a- dax videtur. A diligentia enim incre- bili, ac animo ad juventutis promoven- ſtudia cupidiſſimo, commendari mer- Weſthemerus noſter debet. Neque ve- ſimile eſt, ipſum neglexiſſe fontes Græ- Hebraicosque, cum ſæpiſſimè ad illos p- vocet. Quod verò non ubique teſtimo- addiderit, in eo culpa fortaſſe vacat, q- niam ſi id facere inſtituiſſet, in immen- liber excreviſſet: alioquin ipſe *Flacius* et- coarguendus eſſet, qui ſimiliter hoc p- termiſit. Multa deeſſe ſignificata, h- miramur, deſunt enim & in *clave* mu- Nævi aut tolerandi erant, aut mollius em- dandi, in multis certe facem Illyrico p- tulit, cui facile fuit inventis aliquid adde- idemque nobis nunc in Flacio uſu ve- Verum mitto hanc diſceptationem, & aliu- quem vidi librum à cive meo editum Ti- rique A. 1563. in forma quarti ordinis i- preſſum adduco. Titulum hunc præfe- *Conciliatio Patrum & conciliorum & decr-* *rum cum Sacra Scriptura, collecta, aucta* *edita, à B. W. Phorc.* Quod libri ſit ar-

ment-

mentnm, autor ipſe in epiſtola nuncupatoria ad OTTHONEM HENRICUM S. Imperii Rom. Electorem Principem & Comitem Palatinum Rheni ita expreſſit: *hoc autem præcipuè nomine brevem illum librum, ſed multa huic ſeculo (arbitror) non malè congruentia complectentem, h. e. ceremonias eccleſiaſticas* (præter fidei capita, de Scriptura S. Trinitate, Lege, Evangelio, Juſtificatione, ac ſimilibus) *à temporibus Apoſtolorum ad multa ſecula, in quibus pura Evangelii doctrina culta eſt, continentem*, Tuæ Celſit. *dicare placuit, ut iis, quibus nihil probatur, niſi antiquum, & ab Eccleſia Catholica receptum, os obſtruere posſit, ne adeo frivole atq; absque ratione contra innovationes, ſicut invidioſe appellant reformationes pias, quas apud pleraſque Eccleſias vident, quum quæ ab Apoſtolis & Apoſtolicis viris accepimus, cupiamus revocari, ſummoque in pretio haberi.* Tempus, quo inclaruerit Weſthemerus noſter, ex adductis epiſtolis atque libris colligere licet; ſcripta enim ſunt intra annos 1530. & 1550. Baſileæ, ubi forte vixit. Hiſce cum præſentem de Weſthemero narrationem finire vellem, commodum accidit, ut frater meus in ordinanda *ſereniſſimi Principis* Bibliotheca, cui præfectus eſt, nunc occupatus, mihi ſignificaret, ſe repeꝛiſſe aliquot libros, quos civis noſter poſſediſſet, cum & illius nomen & ſymbolum aliaſque ſententias ipſius manu inſcripta

haberent

haberenr. Ea cum ingenium viri quodam modo indicare & quædam pietatis ſimul eruditionis ſigna præbere videantur, cu B. L. communicare volui. In omnibus na eademque nominis & ſymboli expre ſio hæc conſpicitur: *Barptholomæi Weſt meri ſum, nec muto dominum.* Ἐν νυκτὶ βου *in nocte conſilium.* In Indice Commen riorum *Conradi Pelicani* in omnes S. Codi libros hæc ſymbolo, explicationis cujusdam ut opinor, gratia, ſubjecta verba lego: *N ſunt conſilia honeſta, niſi à Domino, qui eti prava conſilia moderatur in bonum.* Null vero magis oſtendit pietatem atque amore erga divina oracula, quam in *Novo Teſtam to* ab *Eraſmo* recognito & latine converſo, tamen etiam vulgata translatio eſt adject Baſileæ à *Frobenio* A. 1527. edito. Inter a apophthegmata hoc primum locum obtin *Teſtamentum Novum unicus portus Chriſtia relictus, in quem illi ab hiſce rerum humanar undis ac tempeſtatibus recipiuntur.* Cui ſub ciuntur ſequentes verſus:

*Vir ſapiens Evangelio dependet ab uno*
*Hoc ſolum certam pandit ad aſtra via*

Mox in hæc erumpit ſuſpiria: O *Dominum noſtrum* JESUM CHRISTU *pro nobis crucifixum, reſuſcitatumque, ut puritatem Evangelii ſui defendat, & omnia la deſtruat, & mentes noſtras regat, ut ſalu*

*ria doceamus & agamus.* Alibi diligens ſacrarum literarum ſtudium ita commendat: *Abundantia verbi inter nos eſſe debet, ſatietas autem non. Verbum* DEI *cibus eſt, quem qui comedit, adhuc magis eſurit.* Budæi annotationibus tale judicium adſcribit: *Budæus juris Civilis autores à barbaris diu in vinculis habitos in patriam ex captivitate poſtliminiò redeuntes in forum reduxit.* Item: *Budæus novus nobis* Servius Sulpitius *exoriens jus civile cum facundia, in qua jam multis ſeculis fecerat disſidium, reduxit in gratiam.* Qualis vero quantusque vir fuerit Servius Sulpitius, ex hoc *Ciceronis* de eo encomio liquet: *nec verò,* inquit, *ſilebitur admirabilis quædam, & incredibilis, & pene divina ejus in legibus interpretandis, æquitate explicandâ, ſcientia. Omnes, ex omni ætate qui hac in civitate intelligentiam juris habuerunt, ſi unum in locum conferantur, cum* Servio Sulpitio *non ſunt comparandi. Neque enim ille magis Juris-Conſultus, quam juſtitiæ fuit. Itaque quæ proficiſcebantur à legibus, & à jure civili, ſemper ad facilitatem æquitatemq; referebat. Neque conſtituere litium actiones malebat, quam controverſias tollere.* Ad hunc inſignem locum digitum forte intendit noſter, quando *Budæum novum* vel alterum *Servium Sulpitium* vocavit. Hi verò aliique *Weſthemeri* libri in SERENISSIMI PRINCIPIS Noſtri Bibliothecam delati ſunt, ut hac ipſa demum hora indagavi, Phorzhemiô, cui urbi noſter Reuchlini ſecutus exem-

Orat. Philip. IX.

plum, Bibliothecam ſuam legaverat. Pr
terea ex *Auguſtini Brunneri* libello, quo pr
cipuos recenſuit S. Theologiæ Doctores
Eccleſiæ miniſtros, qui ab A. 1500. uſque ad
in Germania vixerunt, ac juxta Auguſta
Confeſſionis normam & formulam Co
cord. Evangelium J. C. pure docuerunt, i
tellexi, VVeſthemerum noſtrum Doctor
Theologum fuiſſe, & *Horburgi* in Comit
Mompelgartenſi divina oracula pure ac
perſpicuè tradidiſſe.

Matthias Wertwein.

Duobus his Theologis addam quo
nunc tertium, quanquam religione ab
diverſum, MATTHIAM VVERTVV
NIUM, qui Mæcenatum quorundam m
nificentia adjutus primum in Academia
burgenſi ſtudiis incubuit, ibique ita pr
cit, ut alias quoque deinceps Academias
fructu luſtrare potuerit. Cumque ſum
in Theologia honores, meritus conſecu
que eſſet, in celſiſſimam dignitatis ſe
aſcendit, & his ornamentis auctus fuit
*Protonotarius Apoſtolicus*, nec non Pont
& Cæſarea authoritate *S. L. Palatii* Co
*Præpoſitus* item Viennenſis, ut & Augu
Brixinenſisque Eccleſiarum *Canonicus*, ac
mum hujus *Cuſtos* & *Cancellarius* ſalutat
Quam benè mereri de Eccleſia & Schola
luerit, inde colligi ſatis dijudicarique p
rit, quod Anno MD LXXX. ſex m
florenorum in ſtudioſorum uſus deput
rit; ordinaveritque, ut *Friburgi* in pec

*Coll*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*Collegio*, quod *Pacis* dici voluit, ex uſuris annuis, à tribus ſtatibus, quos vocant, Auſtriacis provinciæ Briſgojæ, ſine mora ac tergiverſatione quotannis ad diem D. Georgio Martyri ſacrum, nomine Sereniſs. Archiducis Auſtriæ FERDINANDI, ejusque ſucceſſorum, perſolvendis, ſex alerentur adoleſcentes, orti ex ſtirpe patris ſui aut matris, quæ Münzingeria ſeu Münzeria fuit, Bauſchlagio, (ubi parens meus nunc verbi divini miniſter eſt,) quod uno lapide Phorzhemio diſtat, oriunda, aut cognati proximi; quamdiu enim tales adfuerint, ſolos eos frui iſto beneficio voluit. Quod ſi verò contingeret, ut paternum æque ac maternum genus intereat, tres tamen Phorzhemii, ac totidem Brixiæ natos eligendos ſtatuit. Neque hic ſubſtitit ejus liberalitas, ſed præterea quoque in ejusdem Collegii alumnorum perpetuum uſum teſtamento legavit optimam Bibliothecæ ſuæ partem; adhæc duodecim argentea pocula & cochlearia, quæ à fratre ſuo *Andrea*, præmatura morte defuncto, acceperat: ac denique ſcyphum aureum eximiæ magnitudinis, ſex & centum florenis emtum.

Jam ordo me admonet, ut à Theologis abeam ad JCtos, aliosque in aliis artibus ac diſciplinis rebusve memoratu dignis laudem quandam adeptos. E Jureconſultis nominabo *Nicolaum Gerbelium* & *Adamum Fry* ſeu *Frey*, utrumque Capnioni familiarem. Hunc tamen an in Jureconſultorum numerum re- *Adam Frey.*

feram, fortè haud abs re dubito, propte
quod ſacro ordini initiatus Cantor Eccleſ
ut vocant, Collegiatæ Badenſis fuit aliqua
diu; deinceps verò in aula Badenſi Can
*larius* factus eſt. Qua de re extant ip
ad *Reuchlinum* literæ, quibus ſignificat,
vis literas *etſi aliquantulum ſe, quum in ſu*
*piendo Badenſis Cancellariæ officio ſuum ſta*
*clericalem, pluribus*, ut ajebat Reuchlin
*commiſcuerit ſecularibus negotiis, increpent,*
*men jucundiſſimas ſibi fuiſſe*, cum hortetu
divina negligeret: hocque unum credi
vult, non ambiiſſe ſe ejusmodi munus, ſ
*ſuſcipiendo eo* Principis ac Domini *ſui volu*
*obtemperaſſe, ut ei pro collatis beneficiis grati*
*quas poſſet, referret: nec eo etiam animo ſ*
*piſſe, ut perpetuò ſcriberet, ſed ut aliquamdiu*
*terius vices gereret.* Quicquid verò huju
illud hinc ſatis liquet, fuiſſe *Frejum* noſt
virum eruditione ac prudentia inſignem:
de cauſſa etiã CHRISTOPHORUS M
chio Badenſis eum filio ſuo *Jacobo* comi
dedit, cum Anno 1489. Romam ad *Inn*
*tium* VIII. Pontif. proficiſceretur, Præ
munus dignitatemque abſque fuco & f
ciis, ut fieri alioqui ſolet, prenſaturus.
libellus inſcriptus: *profectio* Jacobi *Marc*
*Badenſis ad urbem* Romam, *ejusque oratio*
*la ad* Papam, *ejusque reſponſio, cum li*
*commendatitiis* Fridericii III. & Maximil
*cæterorumque Germaniæ Principum*, excuſ.
*gentorat.* Anno ſeſquimilleſimo XV.

H

Hæc pauca de Adamo Frey nobis innotuerunt; plura de *Nicolao Gerbelio* perſpecta habemus, quæ omnia tamen in compendium miſit *Melchior Adamus* eo in libro, quo vitas Germanorum Jure-Conſultorum & Politicorum deſcripſit. Ne tamen nihil prorſus de tanto viro dicamus, ea fere attingemus, quæ alii prætermiſere. Natus ille quidem Phorzhemii eſt, ſed patrem habuit Viennæ natum, cum quo adultior factus in patriam contendit, hacque occaſione factum eſt, ut cum *Joanne Cuſpiniano*, viro ſua ætate doctiſſimo, familiaritatem contraheret, ac deinceps ſumma ſtudiorum conſenſione aliquamdiu viveret, Jurisprudentiam publicè docens. Capnionem præceptorem habuit & ab illius complexu avelli ſe minime paſſus eſt, ex illius nutu ſolus pendere volebat, quod ex his ad ipſum literis, affectu pleniſſimis liquido conſtat, quibus cum teſtatus eſſet dolorem ſuum impatientiamque ſummam ob moram Reuchlini in patriam rediturì, ſcribit hunc in modum: *ſi tua illa me divina atque ſancta eruditione uti non liceat, ſi me tuo præſcripto placidiſſimo meliorem doctioremq; fieri negatum eſt, quo ſe uſos olim etiam literatisſimi homines reverenter ſuis monumentis literariis atteſtantur, quin potius deſeram patriamque domumque paternam & te dicentem copioſe, diſputantem acriter prudenterque docentem comitemur, quorſumcunque velis. Nimirum amantisſime pater, tam gratus eſt mibi tuus frugalisſimus ille ſermo,*

*Nicolaus Gerbelius.*

P. 133.

L. II. Epiſt. ad Reuchl.

*tamque accepta doctrina tua, ut nihil pro acqui-renda iſta grave mihi, nihil moleſtum durum videri poſſit. Faciat DEUS, te mihi talem præcepto-rem fore, qualem me tibi perpetuo glutine connexu-que conſecravi. En exſpecto, quemcunque me li-berevis, eum ipſum me efforma. Vis Græcis ſtudeam, ſtudebo Græcis, ſi Platonicum me eſſe velis, Pla-tonem volvam, revolvam, volutabo. Sin Li-vianum, Livium perlegam. Omnia ſub nu-ſtentque cadantque tuo.* Capnionis igitur mo-nitis præceptisque confirmatus *Gerbelius*, pa-triæ haud tantum ſed totius etiam Reipubl. li-terariæ utiliſſimus civis evaſit, operamque ſuam Argentinenſibus potiſſimum addixit; quibus vocatus reconditis hiſtoriarum mo-numentis totus ferè incubuit. Nam Græ-Latineque admodum peritus non tantum *Arrianum* de rebus geſtis *Alexandri* emenda-vit atque illuſtravit, ſed etiam *Iſagogen* Tabulam Græciæ *Nicolai Sophiani* ſcripſit, quam poſtea ita auxit, ut in VII. libros c-creverit, quibus quicquid in tota Græcia m-moratu dignum occurrit, ex optimis pr-ſtantiſſimisque ſcriptoribus magna induſt-collegit atque uno veluti faſciculo comp-xus eſt. Neque ſegnior in latinis literis fu-Etenim *Jo. Cuſpiniani Chœroporei* Chron-de Imperatoribus omnibus, & Romanis, Græcis & Germanis, & Turcis emenda-ejusdemque de Conſulibus Romanis libr-egregiè illuſtravit. Præterea vitam hu-ipſius Cuſpiniani, ut & utriuſque *Tzezi* d-

ſcrip-

ſcripſit. Citat etiam *Caſpar Hedio* in Paralip. Chronic. Abbat. Urſpergenſis librum *de Anabaptiſtarum ortu & progreſſu* ab eo confectum. Deniq; ut in omni literarum genere laudem conſequeretur Hebraica etiam degustavit, imò, ut ipſe de ſe affirmavit, *in iis volvendis frequens fuit.* vid. epiſt. ad Schvvebel. p. 42. Schvvebeliumque, quod adeò avide hæc ſtudia ſectaretur, collaudavit. *Ubi enim*, inquit, *melius divinum, Spiritum percipies, quam ea in lingua, quâ primò hominem animare voluit. Ego ſane nulla in re egeo ad id ſtudium, quam* Capnionis *operâ.* v. Centur. epiſt. Theol. ad Schvveb. p. 49. Alibi ad eundem ſic ſcribit: *mira mihi eſt cum* Hedione *familiaritas:* Hebraica & Græca *ſtudia communia.* p. 60. Hinc adeò factum, ut multi clariſſimi doctiſſimique paſſim viri eum & amarent & colerent, inter quos etiam fuerunt *Melanchthon* atque *Lutherus*, cujus ad illum extant literæ propenſiſſimi affectus plenæ, quæ locum ſortitæ ſunt inter epiſtolas Theologorum ad *Marbachios* ſcriptas, quas aliquot abhinc annis in Hiſtoriæ Eccleſiaſt. Seculi à N. C. XVI. ſupplementum edidit præcipuum Eccleſiæ ac Scholæ noſtræ lumen atque columen JO. FECHTIUS. Vivere autem deſiit vir optimus & pariter doctrina ac ſuavitate morum excellens *Gerbelius*, decrepita ætate ſenex, eo anno, qui *Melanchthoni* fatalis fuit, MDLX. Ita eximio hoc encomio vere candideque ei parenta-

L. VIII. p. 840.

vit *Thuanus*, obſervante eodem *D. Fechtio* in apparatu ad Epiſt. cap. IV. p. 14

*Liberalitas in ſtudia*

*Petri Geigeri.*

Fuerunt etiam quidam pii literarumque amantes viri Phorzhemii, de quorum liberalitate in ſtudia cum certis publicisque apud nos conſtet teſtimoniis, ingrati profecto eſſemus, ſi ipſorum nomina ſileremus. Primus omnium *Petrus Geigerus* Canonicus & Senior Badæ A. MDLVIII. Conſuli Senatuique Phorcenſi ſexcentos florenos mutuos ultro ac eum in finem dedit, ut poſt ipſius obitum ſex pueris ex uſuræ parte neceſſarii libri emerentur & *didactron* pro iis perſolveretur, quoad decimum quartum ætatis annum attigiſſent: deinceps vero uni tantum ex omnibus, qui aptiſſimus ad ſtudia, in examine hanc in rem inſtituto, atq; dignus ut in Academiam mittatur, deprehenderetur, quicquid fœnore inde ducitur, cederet in ſex annos. Hæc ſumma in literarum uſus deſtinata exigua videri poteſt, ita tamen aucta in immenſum eſt, ut nunc 1885. floreni numerentur.

*Chriſtophori Rohrii.*

Liberalior autem, ac forte etiam opulentior fuit *Chriſtophorus Rohr*, Phorzhemenſis, quippe qui ante ſuum in Italiam diſceſſum, ubi diem obiit ſupremum, teſtamento cavit ut bis mille floreni fœnori exponerentur, indeq; duo ſtudioſi *invariatæ Confesſioni Auguſtanæ* addicti, per octo annos in Academiis alerentur; in quorum profectus religionemque biennio quovis idonei homines ſive in Academiis, ſive Phorzheimii inquirerent,

in alterutro aliquid jure deſiderari poſſe, perſpexerint, liberum eſſe Senatui Phorcenſi eos beneficio privare, idque in digniores conferre.

Commemoranda ad extremum eſt *Nicolai Fontelini*, civis & mercatoris Phorcenſis, liberalitas, qui Anno MDCXVI. mille florenos in ſtudioſi cujusdam ſubſidia deſtinavit. Quæ res profectò excitare Phorcenſes debet, ut, cum nihil ipſis deſit ad ſtudia rectè feliciterque continuanda & abſolvenda, alacriter ea capeſſant, ac partæ à majoribus gloriæ avidè inſiſtant, moniti præcipue *Reuchlini* exemplo, qui primus omnium maximum patriæ noſtræ ac toti Germaniæ decus lumenque intulit, ut exteri quoque ipſum & admirati ſint, & ſingularibus ſtudiis ornaverint, quemadmodum vel ex epiſtolis doctiſſimorum per Europam virorum ad eum perſcriptis liquet. Has enim *Philippus Melanchthon* illam præſertim ob cauſam vulgavit, quod, ut ipſe in præfixa duobus Epiſtolarum libris illuſtrium virorum ad Jo. Reuchlinum præfatione loquitur, *Germaniæ noſtræ clarius contingere nihil posſit, quam ſi, autore* Johanne Reuchlin, quem ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεα γλαυκῶπις ἀθήνη, *exterarum gentium monumentis laudetur ſplendidè. hoc namque epiſtolæ ferè omnes argumento notantur.* Idem *Joannes Hiltebrandus* Melanchthonis cum Phorzhemii ageret, Præceptor, pluribus verbis teſtatur. *Quod ſi*, inquit, *quiſpiam omnium*

& *Nic. Fontelini.*

*Reuchlini* laus apud omnes nationes cultiores.

*omnes* (epiſtolas) *ea ratione & animo luſtrave-rit, nihil aliud inveniet, quam quod ornatisſim viri copioſam & arcanam multiplicis diſciplin peritiam ac bonitatem cum ſumma prudentia con-junctam in* Capnione *noſtro ita amplectuntur, u admirentur, ita admirantur, ut commendar non deſinant. Adeò ut perſpicuò tanquam in ſp culo & tabula ex illis ſit videre varia teſtimoni vitæ, doctrinæ atque commentationum nobiliſſim Capnionis noſtri.* Poſſem, ſi prolixior eſ cuperem, ire per omnes nationes, Gallos Italos, Anglos, Belgas & Germanos, eo rumque encomia ſingularia, quibus Reuch linum decorarunt, ordine referre. Sed c id nunc agam, nullam video cauſam, cu infra ſuis locis eorum ſim facturus menti nem. Satis ergo hic habeo, ſi breviſſimè dict fidem fecero. In *Gallia* privilegia ſumm in utroque jure honores conſequendi ei da ſunt, multosque excellentiſſimos viros ibi præceptores vel fautores habuit. Extant REINHERI Lotharingiæ Ducis hum niſſimè ad ipſum datæ literæ L. I. Epiſt. *Italia* tantus eſt noſtro faventium numeru ut eos vix percenſere queam. Itaque du rum tantum ex ingenti illo numero teſtim nia præclara adducam. Quorum primu

Epiſt. I. eſt *Marſilii Ficini* Florentini, ita ad Noſtru

Lib. I. & *Ludov. Nauclerum* ſcribentis: *Scrib ad nos, veſtroque nomine Germaniæ Princip* Florentiam *adoleſcentes erudiendos tanquam Academiam mittere. Sed ea interim elegan ſcribit*

*ſcribitis, ut non ad Academiam filios, imò ex Academia mittere videamini, atque apud exteras nationes perquirere vobis jam domeſticam diſciplinam. Quæ rerum vicisſitudo eſt? Quantum inſolentes plerique more Suphiſtarum aliena temere profitentur, tantum vos modeſtisſimi viri vel propria, ritu Socratico diffitemini: hoc præ cæteris admirandi, quod quam curioſe multi lapillos terræ viſceribus reconditos perſcrutantur, tam accurate vos cæleſtem ſapientiæ ſplendorem ubique gentium proſequimini.* Joannes Franciſcus Picus Mirandulæ Dominus Concordiæque Comes literis humaniſſime ſcriptis ſignificat, id ſibi, Germaniam aliquoties petenti, animo inter eximia deſideria penitus inſediſſe, ut Capnionem de facie cognoſceret, quem ex literariis opibus pridem ſuſpexiſſet. Cum verò inania ſua vota fuerint, id ſarcire ſe quoquo modo per epiſtolam curaſſe; qua inter alia his verbis noſtrum compellat: ſcias velim, me tibi, me tuæ virtuti tam addictum, quam qui maxime. *Quod ne dictum ad præſentem gratiam putes, teſtatum id omnibus relinquent nonnullæ ſcriptiones meæ. Nam & in ſeptimo operis cujusdam de rerum prænotione libro, & in carmine Heroico, quod de myſteriis in Germaniam cœlitus lapſis procudi, honorifica tui mentio facta eſt. Adſcribito ergò me poſthac in rationario tuo inter ea nomina, quæ tibi debent, quod de literis optime es meritus.* Operæ pretium me facturum duxi, ſi ex carmine iſto quod *Stauroſtichon* ſeu de myſteriis Domini-

cæ

cæ crucis nuper in Germaniam delapſis in-ſcripſit & *Maximiliano* Cæſari dicavit, huc pertinentes verſus legendos dederim.

*Spectarunt fortes ipſis ſub mœnibus* Ulmæ
*Aſſueti contis fortes bellare* Suëvi
*Et* Phorcin *Latiæ donatus lumine linguæ*
*Cui ſacrum triplici celebratum dogmate nomen.*

Ubi *Jacobus Spiegelius* Seleſtanus, in enarratione hujus carminis Tubingæ edita in ædibus Thomæ Anshelmi Badenſis A. MDXII.
p. 48. obſervat, vocabulum *Phorcin* deſignare Reuchlinum Phorcenſem qui non tantum linguæ latinæ cognitione præditus fuit, ſed etjā aliarum, quemadmodū luculenter conſtat vel ex unico ipſius de *Verbo mirifico* libello Hebraica, Græca Latinaque eruditione referto. Ex Italia in *Angliam* contendimus quæ *Eraſmi* judicio, *his temporibus Italiam habet, & ni planè fallor, quiddam Italia præſtantius.* Hîc quoque doctiſſimi viri Noſtri fuere amiciſſimi, quorum talis index ſubjun-
L. II. Epiſt. ctus eſt Eraſmi ad Capnionem literis:

*M. Guilielmus Grocinus*, Theologus.
*Thomas Linacrus*, Medicus Regius.
*Cutbertus Dunſtanus*, Jctus, Archiepiſcop. Cantuarienſis Cancellarius.
*Guilielmus Latamerus*, Theologus.
*Johannes Coletus*, Decanus S. Pauli Londini.

Thom-

*Thomas Morus*, Londonienſis Judex & Advocatus diſertiſſimus.

*Andreas Ammonius*, Secretarius Lucenſis, doctiſſimus.

Omnes ſciunt Græce, excepto Coleto.

Neque prætermittendus eſt magnus ille literarum & pietatis antiſtes, *Joannes* Roffenſis Epiſcopus, qui, Eraſmo ſcribente, ***Reuchlinum propemodum adorabat***, ac literas ad noſtrum humanitate plenas dedit. ***Eraſmus*** denique ipſe ſubinde in ſuis epiſtolis ad Reuchlinum eum ***totius Germaniæ verè unicum decus & ornamentum incomparabile vocat.*** Ad ***Leonem*** X. Pontif. ita ſcribit: ***merito virum hunc ceu Phœnicem & unicum ſuum decus tota ſuſpicit ac veneratur Germania.***

Jam cum ſatis, ut opinor, intelligi hinc poſſit, Germaniam univerſam, ac in ea Sueviam inprimis à Reuchlino eſſe illuſtratam, ſequitur ut hanc gloriam nobis tanquam propriam vendicemus. Apud nos enim in vicina oppido natus eſt, quod à Phorce conditum & ab ejus nomine Phorcen appellatum, ſequentem in modum conficere noſter conatur, de verbo mirifico L. I. cap. I. *In* Trojæ *olim non tam bello, quam pugna, conſtat,* Phorcen *juniorem* Phrygii *exercitus ducem fuiſſe*, Homeri *teſtimonio, qui in navium enumeratione ſic ait:*

Patria Reuchlini *Phorca*, an à Phorcyde dicta, ut ipſe vult.

Phorcys *ille* Phrygum *ductor fuit* Aſcaniuſque.

*Adverſa*

*Adverſa itaq; fortuna dum* Ilium *caderet, co*
*cti ſunt, qui vitam ſervaſſent, ex innumeris pa*
*ci ſuperſtites, alias ſibi ſedes quærere, alia reg*
*ſperare.* *Igitur* Æneas *cum* Aſcanio *peri*
*lorumque ſocio* Phorcyde, *quamplurimis eti*
*reliquis,* Italiam *petunt.* *Sed* Aſcanius *c*
*ſub* Albano monte *oppidum conderet, & qui*
*que ſibi manendi locum alibi deſtinaret, is ſe*
*mum* Phorcys junior *ſuperioris* Phorci, *q*
Sardiniæ Corſicæque *Rex, ab* Atlante *qu*
*dam victus & in mare ſubmerſus perhibetur,*
Euryale *nepos, per* Italiam & Inſubres *G*
*maniam ingreſſus, & trajecto ingenti lacu in*
Iſtri & Rheni *fontes per faciliora loca mon*
*nasque planities adverſus Solem occidentem*
*dit, ubi fluvium offendit limpidisſimum & piſ*
*torium, ejusque in ripa imbecille tugurium;*
*quod ſe, laſſum trahens veſtigium, ſenex q*
*dam corripuit, gravatus annis & totus baculo*
*cumbens: qui cum* Phorcyn *in tam deſerto*
*more cum tanta familiæ copia incedere vidiſ*
*exterritus, parum abeſſe putabat, quin ſpiri*
*omnem emitteret.* Phorcydi *autem quær*
*quid hoc fluentum vocaret, ſenex ipſe reſpon*
Æneas *nomen eſſe.* *Tum attonitus eo nom*
Phorcys, *verſaque ad flumen facie mox ſu*
*tulit:*

> *Tune ille* Æneas *quem* Dardanio Anchyſ
> *Alma Venus* Phrygii *genuit* Simeontis *ad und*

*Quos verſus poſthac* Maro Virgilius *in*
*am* Æneida *tranſtulit, peregrina vetuſtat*
*lecta*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*lectatus. Hic itaque ſumſit omen & ſortem advena, manendum ſibi fore, cœpitque multitudinem ſuam hortari, ne divinum oraculum contemnerent, quod in* Trojani Antiſtitis *nomine deprehendiſſet. Nam quibus* Æneas *jamdudum haud modicis intervallis eſſet relictus, eis jam ſeſe liquidò alter* Æneas *oſtenderet. Dux igitur Phrygius & animo & more regio cunctos jusſit, ut quantum quique conari poſſent, arborum undique roboribus erutis, ex deſerto campeſtrem agrum efficerent. Quo in loco breve oppidum & arcem extruxit, quam de ſuo & avi nomine* Phorcen *appellavit: tantum erat ab illo gravisſimo & ſanctisſimo atque omni laude & honore dignisſimo viro* Æneas *dilectus, ut ad ſolam vocem, quia fluvius* Æneas *diceretur, ſedendum ei, quaſi ad perpetuum* Trojani Æneæ *monumentum eligeret.* Hæc, licet prolixiora nonnihil, in civium potiſſimum gratiam civis verbis receenſere placuit, ut intelligerent, quam fuerit ille patriæ amantiſſimus, quamque auguſta atque remota natali ſolo primordia quæſiverit. Interim pro ſuo quiſque arbitrio addat dematve dictis fidem. Ego ne quidem exiſtimaverim Noſtrum ſeriò rem egiſſe, ſed ſubtilis tantum ingenii ſui quoddam quaſi ſpecimen dare voluiſſe. Quale quid etiam fecit in *Saxonum* originibus inveſtigandis, quando in præfatione libri de Conſtantino M. ad FRIDERICUM III. Saxoniæ Ducem & Electorem Principem, *Saxones ex Thracibus*, Græcè *Cimmeriis*, latine

Refellitur.

latine verò *Cimbris* appellatis, deducit. I-
lam enim gentem in tres diviſam popul
ſcribit, *Myſos*, unde *Miſinenſes*, *Tyrigeta*
qui nunc *Tyringi* ſeu *Turingii*, & *Axenos* ja
*Saxones* dicti. Verum non ſufficit in reb
tam gravibus niti nominum tantum cogn
tione atque convenientia quadam ſæpè fo
tuita, aut nonnihil contorta. Si ex ve
antiquiſſimorum ſcriptorum monumen
oſtendi liquidò poſſet, *Phorcyn* cum ſuis
Germaniam commigraſſe, & eo in loco, u
Phorcys oppidum eſt ſitum, conſediſſe, f
cile largiremur, nomen inde patriam acc
piſſe. Id verò apud nullum ego legi ſc
ptorem. Nec *Homerus* quidquam de Pho
cyde commemorat aliud, quam quod Phr
gii exercitus dux fuerit. Verſus, in quib
ipſius, ut & *Aſcanii* mentionem facit, legu
tur in fine Iliad. II. hunc in modum:

Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε, καὶ Ἀσκάνιος θεοειδὴς
Τῆλ' ἐξ ἀσκανίης μέμασαν δ' ὑσμῖνι μαχέσθαι.

*Phorcys rurſus Phrygios ducebat & Aſcan*
*divinus* (l. ſingulari forma, ut *Laur. Va*
convertit) *procul ex Aſcania: prompti au*
*erant prælio pugnare.* Præterea non vide
quomodo fluvius, *Entia* aut *Entius* die E
vulgo dictus, *Æneæ* nomen referat. I
que minimè eſt veriſimile hinc patriæ m
natales deduci debere, licet aſſentiatur n
ſtro *Franciſcus Irenicus*, qui patriam Etling
alte

altero lapide Durlaco diſtantem habuit, & alioqui multum ſtudii induſtriæque ad hiſtoriam Germanicam attulit L. XI. & XII. Germanicæ exegeſeos.

Verior eſt ſententia *Philippi Melanchthonis*, rerum Suevicarum haud ſanè ignari, & Reuchlino cum arcta cognatione, tum locorum vicinitate conjuncti, qui in oratione de vita Capnionis ita ſcripſit: *oppidum eſt celebre ſupra Spiram*, Phorce, *cujus nomen etſi* Capnio *ludens à Græca origine ducebat, tamen vere eſt* porta Harciniæ. *Eſt enim à Spira ſylvam Martianam acceſſuris primus aditus.* Idem tradit in literis commendatitiis, pro *Vandalino Girichio* in celebri Myſorum urbe, Fribergâ, nato, patre ejusdem nominis, ſed cui vicinus Phorcæ ager natalis fuit, ad Paſtorem Eccleſiæ DEI in Phorzheim & alios honeſtos ac doctos viros in ea urbe, Calendis Maji A. MDLIX. exaratis, quas *Martinus Cruſius* à latore ipſo acceptas Annalibus ſuis inſeruit. In hujus epiſtolæ principio ſic loquitur: *ſupra Spiram ſitum eſt oppidum in aditu ſylvæ Martianæ, quod vetuſtas nominavit* PORTAM Harcyniæ. *Inde nunc nomen eſt* Phorzheim. Poſt interjecta nonnulla id denuò his verbis confirmat: *celebratum eſt oppidum* Porta Harcyniæ *ſcriptis* Capnionis, *qui ibi natus eſt in familia honeſta.* Melanchthonem magno numero ſequuntur docti viri & Phorzhemium *Phorcam* uno vocabulo ex duobus *Porta Hercyniæ* contractu dici volunt.

an quod *porta* ſit *Harcinia* ſylvæ?

dod III. l. XII. P. III. p. 702.

lunt. vid. *Joach. Camerarius* in vita Ph Melanchthon. p. m. 10. Hanc ſententi qui tuentur, neceſſe habent ſtatuere, ind tum oppido nomen à Romanis eſſe.
alia ſententia. verò aliis minime probatur, qui recte exi mant, haud imminui Germanorum laud etſi à Trojanis Romaniſve derivari neq ant, & unà diligenter perpendunt nom locorum in heim deſinentia arguere Gern nicas appellationes. Unde *Beatus Rhena* L. III. rerum Germanicarum Pforzh olim Orzinheim vocatum ſcribit ab *Hercy* ſylva, quæ *Orcynia* quondam fuerit appe ta, quemadmodum ex *Ptolomæo*, ſive ab E *toſthene*, ſive ab alio quopiam antiquo ptore acceptum, ὀρκύνιον δρυμὸν legit, & *Phi*
Germ. Ant. l. III. c. 47. *pus Cluverius* teſtatur, ſe in cunctis *J. C* *ris* exemplaribus, quotquot viderit, le *Orciniam*, etſi ceteri ferè omnes, tam G quam Latini probatiſſimi auctores ἑρκ Hercyniam ſcripſerint per y. Interim negat, rectius vocabulum id & magis gem ſcribi per ſimplex i, *Hercinia ſilva*, quia ſit dubium, quin ſaltus ipſis Germanis di fuerit ther Härtzinwald; derivata voce a mitivo vocabulo ther Hartz/ quod Germ rum quidam craſſius Hortz/ per quartam tinorum vocalem efferunt. Illud op nemini dubium, nomen eſſe Germanic non Romanum, quia in Germanico ſol ſylva eſt, ideoque etiam à Romanis corr pi facile potuit, ut ſive vicinitate litera

M

*Mac H* decepti, ſive ut in ipſorum quoque lingua aliquid ſonaret, pro Hartz vel Hars ſcriberent *Mars*, ac pro *Harziana* ſilva, *Marziana.* vid. *Philip. Melanchthon* in libello de vocabulis regionum & gentium, quæ recenſentur in Tacito: *Clareanus* & *Arnold. Montanus* in not. ad Jul. Cæſar. L. VI. de bello Gallico p. 228. ſeqq.

Itaque, ut tandem ad patriæ noſtræ appellationem, ejusdemque appellationis rationem redeamus, dici ea potuit Hartzheim / vel *a* obſcurius, quemadmodum in multis fit pronunciato, ut fere *o* ſonet, Hortzheim à pice & reſina, cujus copiam arbores ibi gignunt. Hoc multo eſſe ſimplicius, arbitror quam ſi cum *Rhenano* l. c. & *Andr. Althamero* commentar. in Taciti German. p. m. 309. ſtatuitur, vocatam olim fuiſſe Orzynheim. Quod verò nunc Pfortzheim vel Pforzheim non Hortzheim nominetur forte veterum more factum eſt, qui vocabulum peregrinum & pronunciatu difficile additâ litera P emollire conati ſunt. Nolim certe lubens in eam deſcendre ſententiam, quæ à *Porta Hercinicæ* nominis rationem arceſſit, quia non ſatis conſtat, ibi Spirâ Nemetum venientibus aditum ac quaſi portam horridæ Hercyniæ ſylvæ aperiri. Interjacet enim alia ſylva quæ ipſa quoque Harciniæ pars eſt, quod nomen apud nos familiare der Hartwald arguere videtur: idemque ille tractus appellatur die Hart. certum eſt hodienum alibi etiam veterem nomen claturam

noſtra ſententia.

ſupereſſe, ac *Hartonem* (der Hartz) nuncupari il-
los ſaltus, qui *Heſſos, Turingos* & *Saxones* attin-
gunt, agros item cohærentes, am Hartz/& ac-
colas die Hartziſchen aut Hartzländer/monte
præterea *Herticos*, & denique urbes quasdam
inde nomina trahere, ut ſunt *Hercynfordia*, Er-
furt & *Herzbergum*, vid. Althammer. l. c. p.
Nihil ergo obſtare video, quo minus *Harto*
cetur illa ſylva, quæ Spira Nemetum venien-
bus & ex Italia Galliaque in loca German-
Camer. in vit. Melan. pag. 1. quæ quoniam ad Oceanum ſita ſunt qu
declivia, appellari ſolent inferiora, profi-
centibus, portam quaſi aperit. Igitur
cauſa, propter quam *Portam Harciniæ* Reu-
lini patriam dictam vult *Melanchthon*, ha
adeo gravis aut certa eſt, ut eam amplecti
ceſſe ſit; niſi forte illud hic in animo hab
XVI, I. atque reſpexit, quod *Plinius* de Hercynia
va ſcripſit: *conſtat attolli colles occurſantium*
*ter ſe radicum repercuſſu; aut ubi ſecuta tellus*
*ſit, arcus* (radicum in altum ſublevatarum
*ad ramos uſque & ipſos inter ſe rixantes* (mu
colliſu veluti dimicantes) *curvari*, portar
patentium *modo*, *ut turmas equitum tranſm*
*tant*. Quando igitur ejusmodi patens po
in patria mea fuit, haud incommode *P*
*Harciniæ* dici potuit; ſed à Romanis
tum, non Germanis, niſi corrupte admod
propter imperitiam linguæ latinæ ex po
Harciniæ eos effeciſſe ſtatuamus Pfortzh
Verum ſatis diu oberravi in Hercinio ſil
ex quo nunc pedem refero, cum non in
ni

niam ubi tuto veſtigium figam in indagandis patriæ originibus,ob rei in ſylva iſta quaſi abſtruſæ, & abditæ obſcuritatem atque perplexitatem. Si ducem comitemque habuiſſem, quem ſequerer, quive facem mihi prætuliſſet,in interiora penetrare facilius potuiſſem :nunc ſubſidiis neceſſariis deſtitutus malo modeſtiæ laudem ſilendo quam temeritatis multa loquendo conſequi. Etſi verò nihil, neque de nomine, neque de origine natalis ſoli definiri poteſt, illud tamen conſtat patetque inter omnes, fuiſſe jam multis retrò ſeculis patriam meam ſatis celebrem, cum ob res præclarè ibi geſtas,tum ob ſepulchrorum principalium monumenta. De utroque referre nonnulla, &operæ pretium,&haud ab inſtituto alienum facturum me puto. Cogitanti autem mihi primum de rebus præclare laudabiliterque Phorzhemij geſtis, menti ante omnia occurrebat inſcriptio vetus, cujus è libello inſcriptionum *Jac. Beyellij* Presbyteri Spirenſis meminere *Barthius* Lib. LII. Adverſar. cap. I. & *Thomas Reineſius* in ſyntagmat. inſcriptionum antiquarum Claſs. I. inſc. XVI. p. 37. & ſeq. quæ ſic habet :

Res præclarè geſtæ Pforzhemii.

I.O.M.DOLI. GE. NOLVERAT. PATERNVS.
MIE. GV. IN. AVG. S. L. M.

Eam marmorariorum inſcitia valde corruptam, literis ſyllabisque aut diſtractis aut inepte ſociatis, ita ordinat explicandamque

putatReineſius: JOVI OPTIMO MAXI
MO DOLIGENO L. VERATIVS PA
TERNUS MILES CHORTIS (cohor-
tis) IV. AVGUSTÆ VOTUM SOL
VIT LVBENS MERITO. Hoc moni
mentum cum ſit antiquiſſimum, ſatis ant
quum oppidum Phorzhemium arguit, et
numerus annorum non ſit adjectus: neq
inſcriptio ipſa, licet inſtitut diligenti indag
ne reperiri potuit; unde vel vetuſtate, vel i
juria temporis, vel incuria hominum ha
ita pridem periiſſe, veriſimile fit. Inter
ut jacturam hujus inſcriptionis quodamm
do ſarciam, aliam, quæ *Durlaci* hodiern
Relat. 3. conſpicitur, ſubjiciam, à *Carolo Patino* e
p. 175. plicatam, in relationibus, quas vocat, Hi
ricis quatuor, Baſileæ A. 1673. editis. C
lumna lapidea his inſcripta literis in Seren
ſimi Principis horto viſitur:

IMP. CÆS. DIVI
SEVERI PII NEPOTI DIVI
ANTONINI MAG. PII FILIO
M. AVREL. SEVERO ALEXANDRO
PIO FELICI AVG. PONTIFICI
MAXIMO TRIBUNICIÆ
POTESTATIS COS. PATRI PATRIÆ

GA. AO. AB AO.

L. IIII.

Alia quoque huic ferè ſimilis columna, ſed longior, quanquam non ita craſſa, ibidem erecta cernitur, cujus idem Autor meminit, ſed quod literæ quædam ſive vetuſtate ita exeſæ, ſive alio caſu deletæ eſſent, ut legi haud potuerint, eam non expreſſit. Unde non ingratum patriæ antiquitatisque amatoribus facturum me confido, ſi illam quoque lectorum oculis ſubjiciam.

IMP. CÆS. DIVI
SEVERI NEPOTI DI-
VI ANTONINI MAG.
FIL. M. A. ——
——
—— III. COS
III. P. P. P. P. — COS. GA.
AO. AB. AO. —— EVG.
IIII.

A legione quarta erectam utramque columnam eſſe, haud obſcurè ex ultima linea colligitur. Penultimæ vero lineæ literas nomina præcipuorum Ducum IV. hujus legionis indicare Patinus exiſtimat, conjicitque à militibus teſtandæ memoriæ, gratique animi cauſſâ tale monumentum præfectis erectum, atque illorum ſepulchris impoſitum fuiſſe. Quam ſuam conjecturam ut probabilem quodammodo reddat, locum, uti repertæ hæ colu-

mnæ fuerunt, ac ejus nomen probè perpen
vult. Mille paſſuum intervallo à princip
arce, cui *Caroloburgi* nomen eſt, tunis & ſitu
opere multum edita hodienum conſpicit
quam à Romanis ædificatam & ab ijsde
*Turrim ad Lacum*, à Germanis verò deinc
Thurn an der Lachen & contractis plurib
vocibus in unam Turlach vel Durlach app
latam cenſet, quo nomine adhuc gaudet
cina urbs. Ad montis radices, qua orie
tem reſpicit, pagus eſt Grätzingen dictus
*Græcis*, ut exiſtimat, qui ſub *M. Aurelio Se*
Imperatore ſtipendia meruerunt: cond
imò illam ipſam regionem montanam
hen Grätzingen vulgus apud nos hodierno
vocat. Hoc ne fruſtra conjeciſſe vide
producit *Ælium Lampridium* teſtem, qui
met, *Severum* poſt reditum ſuum ex Orien
Occidentem duxiſſe *Arabes*, *Parthos* alios
populos in Germanos, vaſtationibus Gal
diripientes. Inter illas autem gentes n
nesque procul dubio etiam *Græcos* fuiſſe
dicto in loco quandam quaſi coloniam
ſtituerint. Itaque & tempus, & loc
& nomen, quæ reſtant, explicare
monumenta iſta arbitratur. Figuram
nique nonnihil obliteratam capiti col
næ impoſitam, quæ lupam cum gem
pueris ubera ſugentibus repræſentet, mu
lucis huic ſuæ conjecturæ tribuere, ſc
Quod quidem argumentum ſi præcip
eſt, cui inniti hac in re debeamus, invali

certe ac prope nullum eſt cenſendum. Nihil enim ejusmodi cernimus: nec veſtigia oſtendunt olim tale quid ibi extitiſſe. Quapropter de ſuo id addidiſſe aut confinxiſſe *Patinum*, ſuspicio eſt. Neque *Lampridij* teſtimonio magnopere ipſum juvari puto, quippe qui de Græcis nihil habet: neque ipſa illius verba adduxit Vir clariſſimus, ut judicari inde queat, quid efficere ex ijs prudens lector poſſit. Inquirenti autem mihi hæc viſa ſunt ad inſtitutum facere, quæ in fine capitis LXI. hunc in modum leguntur: *Sed omnis apparatus militaris, qui poſtea eſt ductus in Germaniam à Maximino,* Alexandri *fuit; & potisſimus quidem per* Armenios *&* Osdroenos *&* Parthos, *& omnis generis hominum.* Jam ſub omnis generis hominibus Græci facile intelligi poſſunt. Num verè vicus Grätzingen ab illis conditus nominatusque ſit, nolim temere aſſerere. Cæterum illud mihi argumentum alijs omnibus videtur firmius, quod à figura turris in monte ſtructa deſumit, cujus ſimilis tradit reperiri in *Trajani* columna, quæ haud dubiè optima perfectiſſimaque omnis antiquitatis norma ſit. Vero certe eſt ſimillimum, Romanos eo in loco turrim ædificaſſe, unde longe lateque proſpicere poſſent. Inde enim Spiram haud tantum, ac circumjacentia loca, ſed Argentoratum usque, novem milliaribus Germanicis Durlaco diſtans, cum cœlum eſt ſerenum, oculorum acies penetrat. Præterea Legio-

nem IIII. jam *Auguſti* tempore, cum Dru
contra Alemannos bellum gereret, S
Nemetum præſidij loco impoſitam fuiſſe,
monumento veteri, in crypta arenaria ex
L. 1. c. 8. p. m. 22. portam Neuburgenſem reperta, colligi
teſt, quod *Chriſtophorus Lehmannus* Chron.
Spirenſi inſeruit. Ac hujus ipſius urbis Sp
nomen Græcum eſſe, à cohorte prætoria, q
Græca fuit, inditum, *Peucerus* L. II. Chron.
*lanchthon* in libello de vocabulis regionum
gentium, quæ in Tacito recenſentur:
*vid Chytræus* in orat. de Greichgovia alij
L. 1. cap. 7. à Lehmanno præter Melanchthonem ad
J. *Cæſarius.* cti ſtatuunt, quanquam ipſe longe antiq
eſſe cenſeat, cum in *Antonini Pij* itiner
& in Commentar. ejus mentio fiat.
cunque verò hoc ſe habeat, ex Spir
agro, *Chytræo* teſte, colonia Græcorum
tum, de cohorte Imperatoris deducta p
tur in feraciſſimum illum agrum Neccar
Rheno & jugis Harcynijs definitum,
novis colonis Græcis Γραίων γάψα, ſeu Gr
gææ nomen acceperit, cujus fines ita d
bit idem auctor, ut tradat eam ab ortu
mali & meridie fere usque ad portam Ha
niæ (i. e. Pforzheimium) undiquaque
ditione Würtenbergenſi: latus autem o
dentale à porta Harcyniæ ferè usque ad R
num & ripam Spiræ adverſam perting
Quæ cum ita ſint, nemo negabit, Prin
noſtros jurisdictionem in Graichgoviam
ab antiquiſſimis retro temporibus hab

præſertim, ſi reputaverit ſecum, mortuis in univerſum Graichgoviæ Comitibus *Fridericum* II. Imperatorem *Durlacum* atque *Heidelsheimium* Marchionibus Badenſibus, nominatim Hermanno IV. dono dediſſe. Videatur *Martinus Cruſius* annal. Svev. dodec III. L. II. Part. III. cap. XX. & *Zeilerus* Chron. Svev. p. 260. Teſtis quoque eſt fide dignus *David Chytræus* loco jam adducto, oppida *Brettheim*, *Heidelsheim & Epingam* Marchiones Badenſes olim tenuiſſe. Præterea idem *Hermannus* connubio *Irmengardis*, Henrici Guelfi, titulo Ducis Saxoniæ & Comitis Palatini Rheni, inſignis, filiæ, ac neptis Imperatoris *Othonis* IV. opes potentiamque auxit, adjectisque *Pforzheimio* & *Etlinga* oppidis, totum hoc uxorii juris negotium publicis tabulis ratum habuit.

Sed è diverticulo in viam redeam, & quam orſus ſum dicendi viam rationemque de rebus præclarè laudabiliterque in patria geſtis, continuabo. Cum verò nimis remota & vetuſtate obliterata ſectari haud liceat, propiora, quæ patrum memoria geſta ſunt, attingam. Ubi primum occurrit id, quod ſub Principe Badenſi *Rudolpho* I. qui quandoque commorari ſolitus eſt Pforzhemij, accidit. Atque hoc omne malo ſcriptoris coævi quam meis recenſere verbis, ut liberum ſit lectori, dictis addere aut demere fidem. Eſt is *Thomas Cantipratanus*, regulam Dominici ſecutus, ac deinceps in Epiſcopum, quem vo-

cant

cant ſuffraganeum Cameracenſis Archi
ſulis adſumptus, qui L. II. miraculoru
exemplorum memorabilium ſui tempor
ſanguine Chriſtiano à Judæis fuſo qua
narrat, interque alia etiam iſtud, capite
libri undetriceſimo. *Nunc quia de J*
*mentio facta eſt, miraculum referam celeb*
*mum, quod anno præſenti ab incarnatione*
*Domini M CCLXV. factum eſt in villa Teu*
*Pforzheimb nomine. Contigit autem, ut qu*
*maligniſſima vetula Judæis familiaris*
*puellam eis annorum ſeptem orbatam pare*
*venderet occidendam; hanc igitur in ſecreto*
*plura paria linteaminum, obſtructo ore eju*
*omnibus fere juncturis membrorum inciſ*
*vulnerarunt, maximo conamine ſanguinen*
*primentes, & in ipſis linteaminibus diligen*
*receptantes. Hanc autem poſt tormenta*
*ctam Judæi in aquam fluidam, prope op*
*projecerunt, & ſuper eam lapidum congeri*
*ſuerunt, tertiâ verò vel quarta die, per m*
*erectam ad ſolum â piſcatoribus eſt inventa,*
*oppidum deportata, horrentibus, & clam*
*populis, â Judæis impiis tantum flagitiu*
*perpetratum. Erat autem in vicino* Marchio
den, *qui mox audito tanto piaculo, pervenit*
*pus, ſtatimque ipſum corpus erectum reſi*
*tendit manus ad Principem, quaſi vindicta*
*guinis, vel forte miſericordiam implorar*
*horam vero dimidiam iterum ſe depoſuit*
*more ſupinum. Adductis igitur ad hoc ſp*
*lum impiis Judæis, ſtatim eruperunt omnia v*

*corporis, & in teſtimonium horrendæ necis, copioſum ſanguinem effuderunt; mox clamor vulgi ad ſidera tollitur, & in vindictam ſceleris totaliter animatur: ex quibusdam indiciis capta vetula, & convicta, maxime cum filia ejus parvula omnia prodiderit (quia à puero & ebrio extorquetur veritas) Judæi quoque capti ſunt, qui in puellam manus nefarias extenderunt, rotatique, & ſuspenſi ſunt cum vetula; duo vero ſe mutuo jugularunt. Hæc nobis duo fratres Ordinis Prædicatorum Reynerus, & Ægydius, ſicut illi qui in villa fuerunt, poſt triduum quo hæc geſta ſunt, veraciter retulerunt.*

Nomen puellæ huic fuit *Margarethæ*, cui tanquam Martyri pro Chriſto interemptæ, ut honos haberetur, tumbæ lapideæ in Æde *D. Michaëli Archangelo* ſacra ( quæ primaria Pforzhemii eſt ) aliquot pedum altitudine à pavimento elevatæ corpuſculum impoſitum, & locus ita adaptatus fuit, ut cereas accenſas defigere, aut lampades appendere ut in aliis Martyrum ſepulchris fieri mos erat, devota, vel ſuperſtitioſa potius, plebs commode poſſet. Saxo quo loculus tegitur, hæc inſculpta olim legebantur, & magna ex parte adhuc commode leguntur:

*Margaretha à Judæis occiſa obiit feliciter Anno Domini* M CC LX. VII.*Cal. Julii feria* VI.

Ex *Hagiologio* Sanctimonialium, quas dicunt Ordinis Prædicatorum cœnobii Pforzheimenſis refert nonnemo in deſcriptione familiæ Principum Badenſium, quæ manuſcripta eſt in *Sereniſſimi Principis* noſtri Biblio-

bliotheca idem breviter,additque Ann
puellæ ſepulchrum , præſente *Bern*
Cardinale S. Crucis Romæ & Epiſc
D. Nicolai, Patriarcha item Hiero
tano & legato Pontificio à latere, uti
apertum, ejusque corpuſculum à com
ne adhuc immune inventum fuiſſe
Badenam translatum fuit Anno 164
præſidio Gallico Pforzhemium tene
ibidemque hodienum conſpicirur,
fere adhuc ſibi cohærens, arefactum
tummodo inſtar piſcis, frigido aëre
mo ſiccati; quin & digiti plerique
guiculos retinent, caput tamen ſei
eſt ac nudum habet cranium. Ho
quo per integrum ſeculum Pforzhe
ruit, ei haud invidemus alibi, modo
lectaretur & puella & DEUS, mort
juvarentur. Nos qui edocti divina
melius, repurgatique à ſordibus Po
ſumus, viva potius Chriſti membra fo
quam quæ vitæ omnis ſenſusque ſun
tia: nec tam creduli ſumus, ut q
bet rumoribus, confictis ſæpius, fid
beamus, quales fere ſunt omnes illæ
nes, quæ paſſim extant de infantibus C
norum cum die paraſceves paſchatis
probrium CHRISTI, tum aliâs, com
dam quandam ægritudinem qua labo
cuntur, à Judæis crudelem in modum
tis. Unde rectè omnino *Hoornbeckius*
mihi videtur: *Certe nondum vidi ex om*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

*hiſtoriis ullam, quæ factum certo documento probet; ſemper ſe recipit in vagam vulgi narrationem, vel Monachorum Officij inquiſitorij delationem, ne dicam delatorum avaritiam, Judæorum opibus improbe inhiantium, indeque ſcelus facile confingentium.* Interim credibile eſt, ut *Pfefferkornius* ex Judæo factus Chriſtianus fatetur Spec. adhort. Jud. part. II. *inventos eſſe & fortaße adhuc inveniri poſſe Judæos, qui Chriſtianorum infantes ad necem clam ſectentur, non propter ſanguinis inde habendi neceſſitatem, ſed odij & ultionis cauſſa in Chriſtianos, ut olim Chriſtum, Apoſtolos & diſcipulos fideleſque ejus, cum illis plus erat, quam nunc eſt virium, palam perſecuti ſunt.* Cæterum veritatis amore & miſeratione omnium mortalium infeliciſſimorum captus, prolixam Apologiam pro Judæis ſcribere atque ingentis mendacii fontem originemque indicare pollicitus eſt *Nobiliſſimus Wagenſeilius* in not. ad *Sotam* p. 532. quod utinam quam primum fieret. Interim legi de hac quæſtione poteſt in compendio Cl. *Johannes Wülferus*, amicitia ſtudiorumque ſocietate nobis olim Hamburgi apud communem Præceptorem *Edzardum* conjunctus, in animadverſ. ad Theriac. Judaic. p. 76. ſeqq.

Pergo ego in recenſendis rebus *Pforzhemii* geſtis, aliamque nunc narraturus ſum hiſtoriam, de cujus fide æque ac de priori dubito. Tempore RUDOLPHI VII. *Marchionis Badenſis*, à procera corporis ſtatura

tura

tura, quæ duodecim pedum longa
fertur, *Magni* cognomentum adepti,
ibi creditur in cœnobio virginum Nob
*Prædicatorii* ordinis, *Euphemia*, EDUA
Angliæ Regis filia, poſtquam annis
paucis famulæ lotricisque munus obi
ea multa in vetuſtis chartis & codicibu
manica lingua exaratis prolixè lege
olim, quæ in compendium miſit la
paulo ante ſcriptor, qui Badæ vixit, in
*Famil. Badenſ.* cujus proinde verbis
rem prouti geſta dicitur, enarra
Fuerat hæc regia virgo à Patre EDU
DO nuptiis *Geldrenſis Comitis* deſtina
Virginitatis florem Chriſto Sponſo
vare cupiens, à parentibus petiit,
nuptias triduo relinqueretur ſola, ſin
que ſomno, & quieti libere indulge
adhuc ſui juris eſſet; quod cum ei
tum non eſſet, comparatis ſibi per ea
ſionem clam vilibus indumentis, qu
tuit occultiſſimè ſubduxit ſe è palatio,
gium nacta in *Flandriam* trajecit, inde
deſtri itinere *Coloniam Agrippinam* p
ubi in domo hoſpitali, aſſumto *Gertr*
mine, inter ancillas adſcribi ſe petiit
que eſſet ad labores præ cæteris imp
miræ ſedulitatis, ab hera ſua impenſi
vidiam usque aliarum unà famulan
mabatur; ex quibus una nequior
gnior, ut innocenti puellæ calumnia
ret, & amandandam curaret, peplum

furto ſuſtulit, atque ſub *Gertrudis* cervicali abſcondit. Ea quæ peplum amiſerat querelis domum implet: diſcurritur, anguliqueomnes ut fit, excutiuntur. Tandem diu quæſitum peplum ſub lectulo miſeræ *Gertrudis* deprehenſum, protrahitur, & ipſa ſimul ad prætorem urbis; cui cum innocentiam ſuam non conteſtaretur, ſed Chriſti ſponſi ſui exemplo aliquid injuriæ ſuſtinere præoptaret, ad pœnam furunculis per leges jus civitatis conſtitutam condemnatur, collo in ferreum, uti mos eſt, annulum inſerto, plebis univerſæ probris ac ludibriis medio in foro expoſita, tulit hoc animo excelſo, & plane Regio, & liquidum inde habuiſſet gaudium, niſi res una obturbaſſet, & anxiam reddidiſſet, nam in turba ſpectantium quosdam è gentilibus ſuis Anglis conſpicata ſibi non ignotos, verebatur ne ab his ipſa quoque (vultum jam obtegere, aut avertere non valens) agnoſceretur, & prodita in patriam retraheretur. Nec vanus metus; illi enim puellam vix aſpexerant, cum ſibi invicem inſuſurrarent in aurem, proh quàm iſta miſera Regis noſtri Euphemiam nuper amiſſam facie, & lineamentis, totaque oris compoſitione, ſtatura etiam & corporis habitudine ad vivum repræſentat! vix ovum ovo ſimilius: veſtem ſi excipias, de reliquo ipſiſſimam jurares eſſe Euphemiam, ſed quam diſpar fortuna! quanquam & *Euphemiæ*, quæ nunc ſors, & fortuna (ſi eſt ſuperſtes) quis novit?

at certe tam miſeranda eſſe nequit. I
hæc propius, quantum præ turba adde
licuit, ad ream penetrant, inſpectantque
rioſius; mirabor, inquit eorum aliquis
non ſaltem puella iſta Angla ſit, & An
idiomate compellans ſciſcitatur ab ea,
patria? quodvè nomen? at virgo ſe inten
ta intelligere ſcite diſſimulat, oculisque
ante dejectis palpebras claudit arctius,
hinc argumentum ſumant, & fletu lar
totam faciem humectat, ut vel guttæ la
cadentes intuentium oculos fallerent.
ejecta urbe *Gertrudis* Phorzhemium
itineribus pervenit, ibique in ſacrum
diximus, ordinem virginum nobilium
pta, vitam finiit. Hæc ex autore lauda
hiſtoriam *Marchionum Badenſium* & Ho
*genſium* ad hæc usque tempora tantum
pſit, cujus nomen nobis non conſtat:
tamen indicare voluiſſe puto ſumme R
Dn. D. *Philippum Jacobum Spenerum*, qui
not. ad Famil. Badenſ. Syllog. Geneal
ſcribit, familiæ hujus à prima origine
ctionem & hiſtoriam Genealogicam ad
chionem usque *Chriſtophorum*, atque in
rum linearum divergium concinnari cu
ſe, & porro aliorum collatis operis ex
deſideraviſſe Sereniſſimum & horum ſt
rum amantiſſimum Principem, March
*Ferdinandum Maximilianum*. Sed ejus
te præmatura affectum remanſiſſe, neq
ctenus opus editum eſſe. Verum hæc
d

denter tantum. Ad veritatem narrationis ipſius quod attinet, nihil definire audemus, quia quos ſecutus autores ſit, ignoramus. Itaque hoc quicquid eſt, prudentioribus dijudicandum relinquimus. Nobis nunc in eo omne ſtat conſilium, ut miſſis incertis ejusmodi aut ſuſpectis rumuſculis explorata atque à probatis autoribus tradita commemoremus. Quapropter fata patriæ indicare breviter conſtitui.

Qua ratione Phorzhemium ad Marchiones Badenſes pervenerit, jam ante eſt oſtenſum; nimirum ex uxorio jure & donatione facta à *Friderico II.* Imperatore, ad cujus auctoritatem conſervandam omnia ſua conſilia retulit optimus Princeps. Cum enim Cæſaris filius, cui *Henrico* nomen fuit, in patrem conſpiraſſet, ac quoscunque potuit, minis, precibus atque pollicitationibus in ſuas partes trahere ſtuduiſſet, *Hermannus*, quidvis potius ſubire atque perferre, quam fidem Imperatori datam violare cupiens, ad *Fridericum* in Siciliam contendit, eumque hortatus eſt fideliſſime, ut ſi Alemanniam atque Imperium ſuum ſalva eſſe vellet, quantocyus in Germaniam reverteretur. Hoc conſilium, utpote ſalutare, pro eo ac debuit probavit Imperator, & primo quoque tempore ſe in perduellem immorigerumque filium exercitum ducturum recepit. Quod cum intelligeret Henricus, & ipſe undique collecta manu in Hermanni fines ingredi-

Quomodo ad March. Badenſ. pervenerit?

tur, cuncta depopulaturus. Verum H-
mannus ad Fridericum præmiſſus, deque
adventu certus ſe ſuosque fortiter defen-
& Regis exercitum fudit fugavitque. S
pervenit mox Pater, ac filium captum
Siciliam miſit, carceri perpetuo mancip-
dum, ut *Trithemius* auctor eſt, & ex eo *Fr-
ciſcus Guillimannus* de Epiſcopis Argent.
Berchtholdo, DEO meritis ejus vicem r-
dente, qui nobile Alemanniæ regnum p-
donibus fecerat eſſe commune; qui reli-
ſos & Eccleſiaſticos violenter oppreſſerat
juſtis ſervitiis & exactionibus: qui pro-
ciam usque adeò direptioni expoſuit im-
rum, ut nulla jam eſſet iter facientibus
curitas. Hermannus autem ab Imper-
re ob tanta in ipſum merita impetravit
principatum ſuum firmatum haud tan-
ſed & adjectis hæreditati oppidis *Dur-
Phorzhemio* atque *Etlinga*, uxorio jure
ctum ratumque publicis tabulis haberet.

Hæc opponi velim *Franciſco Ir-*
L. VI. Exegeſ. cap. 108. *Martino Cruſio*
Dod. III. L. II. cap. 20. & *Martino Ze-*
Itiner. Germ. Novant. cap. 27. affirmant
*Phorzhemium* & *Zellam*, ubi ſalubres bal-
ſunt prope *Hirſaugiam*, poſt mortem
mum *Conradini* ad Marchiones Bad-
perveniſſe. Nolim equidem negare, *R-
dolphum I.* Marchionem Badenſem alte-
Hermanni IV. filium tempore *Interregn-*
ſpem capiendæ partis Suevorum Duc-

ven-

veniſſe, eoque exemplis aliorum qui amplis illius ducatus poſſeſſionibus inhiabant, excitatum, plurima loca in ditionem ſuam redegiſſe: ſed inter ea Pforzhemium haud fuit. Quanquam ſi fuiſſet, non tamen nullo jure nitebatur, ut portionem Suevici Ducatus captaret, cum *Friderico* Auſtriæ duci, ex Badenſibus orto atque ***Conradino*** arcta neceſſitudine eſſet conjunctus, ducatusque ejus ſalutem & jura ipſius majores jam diu ante defendenda ſuſcepiſſent. Nulla igitur tumultuandi cupiditate reſtitit Cæſari ***Rudolpho*** Habsburgio, qui familiam auguſtis honoribus recens exornatam firmaturus Ducatum hunc in ſua clientela eſſe cupiebat, eumque ***Rudolpho*** filio beneficiaria lege impertiebatur, ſed ſtudio retinendi ea, quæ extincto ***Conradino*** ad ſe jure propinquitatis juxta ac vicinitatis devoluta exiſtimaſſet; cumque ægre Noſter ab occupatorum locorum poſſeſſione decederet, multas calamitates moleſtiasque maximas perferre eſt coactus. Etenim ***Rudolphus*** Rex, p.m. 258. teſte authore Paraleipomencon Chronico Urſpergenſis annexorum, occupabat *Baden, Mülberg, Græzingen, Durlach, & quicquid erat Marchionis Badenſis ſibi ſubjiciebat, pacemque firmabat:* quæ ſemel firmata inter Rudolphum Regem & Rudolphum Marchionem deinceps inconcuſſa ſtetit. Tradunt etiam nonnulli ***Rudolphum Pforzhemii*** Regem Romanorum creatum; ſed nullo idoneo argumen-

gumento nixi id faciunt. Quap
aliis & bene multis & ſatis gravibus a
bus accedo, qui *Forchemij* id contigiſſe
mant. Facilis fuit lapſus locorum in
tis, exiſtimantibus forte *Pforcemium*
*chemium* unam eſſe urbem. Cæterum
duobus *Carolis* Marchionibus variam
fortunam Pforzheimium, ut nunc br
dilucideque oſtendam. Carolus I.
I. filius & Chriſtophori I. Pater,
pro *Adolpho* Naſſovio à Pontifice Pio
locum *Dietheri* Moguntini Præſulis ſu
una cum Fratre ſuo *Georgio* Epiſcopo M
ſi & *Vdalrico* Comite Wirtenbergenſi
tra *Fridericum* Palatinum, qui pro Di
nitebatur, non tam hujus amore im
quam ut ſocio adjutoreque eo Bade
noceret, arma caperet, nimiaque feſti
ne & pugnandi fiducia in Rheni atq
cri anguſtias delatus, àque militibus,
Palatinus in inſidiis locaverat, circu
tus impedire non potuit, quo minus
vus fieret, & in victoris poteſtatem
ret, cui pro ſua redimenda liberta
coactus fuit centum millia floren
Hanc vero pecuniæ ſummam cum p
tem numeratamque non haberet,
quid in Sponheimenſi comitatu po
rat, tum & oppida Beſigheim & Bei
Palatinatui *ſub reemptionis titulo*, ut *Fi*
*themius* ſcribit, *aſſignavit*, *Oppidum*
Pforzheim *illi feudale conſtituit*, & *ſecum*

Status patriæ ſub duobus Carolis.

*poſteritate ſua literis & juramento neceſſariis in perpetuum eidem obnoxium fecit.* Facile equidem *Chriſtophoro Caroli* filio patri erepta recuperare, cum *Philippus* Palatinus *à Maximiliano I.* proſcriptus fuiſſet, tamen bello immiſcere ſe noluit, propterea quod fidem à patre Carolo datam cupiebat eſſe inviolatam, ac usque adeo honeſtis ſalutaribusque conſiliis nitebatur, ut non dubitaret publice pro Palatino intercedere, & offenſum ipſius nomine deprecari. Quâ ſumma incomparabilique conſtantia docuit fœderum religionem ſanctè eſſe ſervandam, idque conſecutus eſt, ut tota Germania hujus facti admiratione afficeretur. Sed ut ad *Carolum* redeamus, maximum pietatis ſpecimen dedit, quando *Eccleſiam Pforzheimenſem* fundavit ampliſſimisque reditibus, qui 24. hominibus alendis ſufficerent quotannis, dotavit. Conjugem habuit *Catharinam* Erneſti Archiducis Auſtriæ filiam & *Friderici* Imperatoris ſororem.

Alter *Carolus* Erneſti, qui *lineæ Durlacenſis* ut vulgo dicunt, caput fuit, filius, Pforzhemii aulæ ſedem cum patre habuit, indeque fortaſſe rectius *linea Pforzheimenſis* appellatur, quemadmodum *Jo. Fridericus Junglerus* Conſiliarius quondam in Aula noſtra in hiſtoria ſua Marchionum Badenſ. quæ Manuſcripta tantum extat, eam appellat. In antiquis enim diplomatibus Marchiones Badenſes, quibus Pforzhemium obtingebat,

Linea Pforzheimenſis rectius quàm Durlacenſis dicitur. Hiſtor. Mſta Bad.

titulum ab ea urbe ſortiti leguntur. Cui
fidem faciam, produco duo diplomata
dolpho III. Marchioni ab Imperatore
*dovico Bavaro*, Annó 1335. clementer con
ſa. In priore Cæſar hunc in modum
bit. : Wir Ludwig von Gottes Gnaden
miſcher Keyſer / ꝛc. Verjahen offenli
dieſem Brieff / daß Wir angeſehen habe
genem getreue Dienſt / die uns und
Reich frölich und unerſchrocken gethan
und noch thun ſoll / der Edel-Mann Ru
Marggraff zu Baden / genant von P
heim / Unſer lieber Getreuer / ꝛc.

Alterum his orditur verbis: Wir
wig ꝛc. Verjahen / daß wir dem Edel-M
Marggraff Rudolff von Pforꝛheim gen
von Baden / Unſerm lieben Getreuen / ꝛc.

Ipſe quoque *Rudolphus* Dominum Pfo
hemii ſe dixit atque ſcripſit, poſteaquam
ſerto ſacro Ordine quem Canonicorum
cant, uxorem duxit & cum Fratre patern
hæreditatem diviſit A. 1309. Sic enim
liberis, quibus certam pecuniæ ſumm
legavit Xenodochio Pforzheimenſi, A.
ſcriptis: Wir Marggrav Rudolph von B
den / Herr zu Pforꝛheim / ꝛc.

Præterea in literis vetuſtis pragmati
quarum magnus eſt numerus in tab
riis noſtris formula hodie recepta Bad
Durlach non legitur, ſed hæc ſimilisq
Baden Pforꝛheimer theils. Unde liqu
conſtat urbem *Pforzhemium* inferiori Ma
chi

chionatui appellationem dediſſe. Quod vero nunc in deſuetudinem illa vetus formula abierit novaque adhiberi cœperit, factum procul dubio inde eſt, quia aulæ ſedes Pforzhemio Durlacum eſt translata à *Carolo* hoc, de quo dicere inſtitui. Ille enim A. 1565. novam arcem *Durlaci* exſtruxit, quam de ſuo nomine *Caroloburgum* dici voluit, eoque aulam transtulit. Cujus mutationis hæc fertur fuiſſe cauſſa, quod Pforzheimenſes neſcio quæ poſtulanti denegaverint. Pertinet & hoc vel cumprimis ad ejus laudem, quod abrogata religione Pontificia doctrinam Auguſtana confeſſione traditam, quam ipſius Pater *Erneſtus* amplexus fuerat, publicè A. 1556. per regiones ſuas introduxerit, uſus opera *Jacobi Andreæ* & *Jacobi Heerbrandi*, Theologorum Tubingenſium. Præmatura morte defunctus, Phorzhemii, ut vivus juſſerat, ſepultus eſt, cui præclarum hoc, ut merebatur, monumentum eſt cum ſequenti inſcriptione poſitum:

ILLUSTRISSIMUS ATQUE MAGNANIMUS PRINCEPS ET DOMINUS, DOMINUS CAROLUS MARCHIO BADENSIS ET HACHBERGENSIS, LANDGRAVIUS IN SUSENBERG, DOMINUS IN RÖTELN ET BADENWEILER, SAC. ROM. IMP. TOTIUSQUE FAMILIÆ MARCHIACÆ EXIMIUM DECUS; QUI MORTUO PATRE DOMINO ERNESTO UNICUS SUCCESSOR, DITIONES

HÆREDITARIAS INPRIMIS D
NO CULTU AB ANTIQUIS SO
BUS REPURGATO, INSIGNI A
PRUDENTIA, JUSTITIA, AT
FORTITUDINE TAM BELLI Q
PACIS TEMPORE PER XXIV.
NOS PLACIDISSIME GUBERNA
AMPLISSIMIS ÆDIFICIIS ORN
ET SINGULARI INDUSTRIA I
FESSOQUE LABORE MULTO
TILIORES REDDIDIT, DIG
LONGIORI VITA SI DEO PLA
ISSET, NONDUM EXPLETO XL
ÆTATIS SUÆ ANNO, XXIII.
MARTII ANNO MDLXX
IN ARCE CAROLIBURGO IM
TURA MORTE ERIPITUR, AT
HIC UT VIVUS JUSSERAT, SE
TUR, GLORIOSAM RESURREC
NEM EXPECTANS, QUAM EI
GIRI DIGNETUR OMNIPOT
PATER PER JESUM CHRISTU
LIUM SUUM UNIGENITUM, A

MARITO AC PARENTI CHAR
MO CONJUNX SECUNDA, AN
PALATINA, ET TRES FI
ERNESTUS FRIDERIC
JACOBUS, ET GEORG
FRIDERICUS IN PEREN
ET BENE MERITAM MEMORI

H. M. P.

Titulum Repurgatoris ab antiqui
dibus ferre non potuerunt ſacrificul

des veteres magis quam puritatem amantes, ac propterea hæc inſculpta marmori verba: *ordibus repurgato* delere conati ſunt, perficere tamen haud potuerunt. Manet igitur manebitque in æternum CAROLI *Repurgatoris* nomen cœlo, ac memoriæ gratæ poſteritatis, quæ à repurgatis per Lutherum ſacris nomen habet inſcriptum. Duas habuit uxores *Carolus*, quarum prima *Kunigunda* fuit, *Caſimiri* Marchionis Brandeburgici filia & *Alberti*, Alcibiadis cognomentum adepti, ſoror, quæ cum fratre ibidem honeſtum exuviis locum invenit, atque Epitaphium; *Kunigunda* quidem hoc Germanicis conceptum verbis ſed latinis exaratum literis:

Hie ligt begraben Die Durchleuchtig Hochgebornin Fürſtin, Frau Kunigund Marggrävin zu Brandenburg &c. Des Durchleuchtigen Hochgebornen Fürſten, Herrn Carols, Marggraven zu Baden und Hachberg &c. Eheliche liebe Gemahel, Die Gottsfürchtig Chriſtlich und Ehrenreich Fürſtin, vvelche hochgedachten Fürſten bis in das ſiebend Jahr ehelich beygevvohnet, und in ſolcher zeit zvvey Kinder, Mariam und Albertum mit ſeiner

F.G.

F. G. gezilet, und als ſie von O
bach vvider nach Pforzheim
vvöllen, iſt ſie den XXVII. Fe
des LVIII. Jahrs durch zu
Kranckheit zu Schvvæbiſchen
münd Chriſtlich verſchiden,
alher, neben iren lieben Br
Marggraf Albrechten &c. begr
vvorden, ires alt. im XXXIII
Got verleihe ihr Gn. ein Freude
che Ufferſtehung. A.

Albertus autem qui ſpectata fo
dinis documenta paſſim dedit & exp
tia belli ſummopere enituit ac formid
diu multis fuit; tandem & fortuna &
bus deſtitutus, regionibusque exutus a
ſcriptus, in Lotharingiam, ac mox in
liam ſe recepit, & interea per amicos
in Cæſaris aula habebat, rem eò de
ut Ratisbonæ delectis quibusdam neg
daretur, litis inter eum ac hoſtes dirim
cumque fide publica ipſe Albertus eò
retur, ac jam iter ingreſſus eſſet, & a
rolum affinem ſuum perveniſſet, mor
opinato correptus vitam finiit Pforzh
ibique humatus & ſequenti epitaphio,
apud Zeilerum quoque in Itinerar. G
extat, ornatus eſt :

V. Georg. Chriſtoph Renſchelij Brandenburgiſcher Stambaum. p. 83. ſeqq.

Anno 1557. den 8. Januarii iſt ſeeliglich abgeſtorben der Durchleuchtig Hochgeborn Fürſt, Herr Albrecht der Jünger, Marggraf zu Brandenburg, in Preuſſen, zu Stettin, Pomern, der Caſſuben und Wenden, auch in Schleſien, zu Oppeln und Ratisbern Herzog, Burggrav zu Nürenberg, und Fürſt zu Rügen, der Teutſch Streitbar und manlich Held, vvelcher umb des Vatterlands teutſcher Nation, Freyheit, Land und Leut, Gut, Ehr und Blut treulich zugeſezt und gevvagt hat, ſeines alters im 35. und Regiments im 16. Jahr, der lieben Seelen verlihe ein frölich Urſtendt. A.

Subjungam nunc etiam ſecundæ Caroli Conjugis epitaphium, quæ Grabenæ defuncta Pforzhemium deducta & Mariti tumulo illata eſt.

Illuſtriſſima Princeps & DNA. D. ANNA. Filia D. Ruperti Palatini Ducis Bavariæ, Comitis Veldentiæ &c. Caroli, March. Badenſis Religioſiſſima Heroina, & exemplum ſinceræ in Chriſtum fidei & virtutum omni-

omnium : poſt vitam laudabili
ctam mortua III. Cal. Aprilis A
LXXXVI. Annos nata XXI
Menſis quatuor, Dies XVIII. e
ctans poſtremum Chriſti Salva
Adventum, hoc loco humari v

Reliqua Epitaphia in fine ſeorſi
nectam, ne nimis longe hic dig
Nunc, quæ fata patria habuerit, poſt
religionem Auguſtana Confeſſione
tam amplexa eſt, enarrabo. *Erneſtu*
*dericus* magnanimus prudentiſſimusque
ceps, neſcio quibus verborum dolis c
ventus, deſerta religione paterna, in
vinianorum partes tranſiit, ac librum
tra *Formulam Concordiæ* conſcripſit, qu
præfert titulum: Chriſtlichs Bedenck
erhebliche wohlfundirte motiven des D
leuchtigen Hochgebornen Fürſten und
ren / Herren Ernſt Friderichen / Ma
ven zu Baden und Hochberg / ꝛc.
ihre Fürſtl. Gn. biß dahero von der
ption der Formulæ Concordiæ abge
auch nachmahln dieſelbige zu unterſ
bedenckens haben. Sambt Ihre Fü
Confeſſion und bekantnuß über etli
den Evangeliſchen Theologen erweckt
ge Artickel. Qui liber vulgo vocat
Staffortiſche Buch / à loco, ubi eſt i
ſus, A. 1599. in arce Staffort / qua

ſere lapide Durlaco diſtat. De eo *Leonhartus Hutterus* in Concordia Concorde ſcribit, *Sacramentarios* Illuſtriſſimi *hujus* Principis *nomine & autoritate male abuſos, hoc unum ſtuduiſſe, ut cum alia ratione non amplius poſſent, ſaltem ſub hujus, tanquam leonis exuviis formidabiles eſſent, & libro* Concordiæ *damnum aliquod afferrent. Eſt enim liber iſte* Staffortenſis *nihil aliud quam ſentina & quædam quaſi confluentia omnium abominationum, quas quidem unquam uſpiam* Sacramentarii *contra primam minimeque variatam* Confeſſionem Auguſtanam, *contra* Catechiſmos Lutheri, *contra* Formulam Concordiæ, *contra orthodoxam denique doctrinam de* Perſona Chriſti, *de* Baptiſmo, *de* Cœna Domini, *de* æterna Prædeſtiuatione *evomuerunt; ita ut haud male eum nominare poſſis* Epitomen ſeu Compendium abominationis Sacramentariæ. *Quod animadvertentes Illuſtriſſimi Principes ac Domini*, D. FRIDERICUS WILHELMUS, *Proëlector tum* Saxoniæ, *&* D. FRIDERICUS, *Dux Würtembergicus, Theologis ſuis in mundatis dederunt, ut libri hujus* Staffurtenſis *refutationem ſolidam & nervoſam adornarent. Hi dicto audientes fideliſſimè præſtiterunt, quod juſſi fuerant: ita gemina in publicum prodiret* Refutatio, *una ſub nomine* Theologorum Electoralium Saxonicorum *Anno* 1602. *altera ſub nomine* Theologorum Würtenbergenſium, *anno* 1601. Ipſe quoque *Hutterus* cum cap. 57. p. 381.

loco

loco adducto breviter quatuor cauſas
bus motus *Erneſtus Fridericus* ſubſcribe
bro Concordiæ noluit, tum in explica
plana & perſpicua libri Chriſtianæ Co
diæ p. m. 8. & 9. refellit; cujus verbis
prolixioribus, propterea uti volui in
do judicio de libro Staffurtenſi, ne ſi
uterer, affectibus nonnihil indulſiſſe,
ri fortaſſis potuiſſem. Ad Confeſſi
verò Sereniſſimi Principis quod attine
ſexennio poſtquam lucem vidit in lat
ſermonem à *M. Ludovico Lucio* Baſi
converſa & edita Ambergæ A. M D
fuit, qui, quod ex epiſtola dedicatori
ligi poteſt, inter Principis adminiſtros
eoque adhuc ſuperſtite & conſcio illu
borem ſuſcepit, atque, ut affirmare
net, *in hoc religioſo pientisſimi Principis*
*lato ſatisfacere ſtuduit; quo ille jamjam*
*mam acturus, ab omnibus, qui ad* Conf
nem *iſtam promulgandam vocati eſſemus*
*etiam poſt mortem* Celſ. *ſuæ, pro virili cuj*
*parte, aſſerendæ ſtudium ſtipulatus fuit.*
rane tradat, an ſecus, haud ſcio. Id
adhuc apud nos conſtans tradit, *Ern*
*Fridericum* Principem haud contentum
viniana dogmata ſcriptis propugnaſſe
armatâ etiam manu id tentare apud P
heimenſes voluiſſe, qui vero in agniti
ritate conſtantes vim vi repellere inſt
cujusdam JCTI, peculiari ſcripto Pri
pis factum improbantis, auſi, portas

ſtris aliisque impedimentis munivere, ac advenientium militum impetum ſuſtinere cupiebant. Quod malum Deus clementer avertit. Princeps enim iter jam cum armatis ingreſſus, Phorzheimenſes ad deſertionem purioris Religionis coacturus, morbo corripitur atque ſubito extinguitur A. 1604. d. 14. Aprilis. Quo triſti caſu percepto uxor ipſius, *Anna*, Filia *Ezardi* Comitis Friſiæ Orientali, quæ antea *Ludovico* Electori Palatino, ac poſtea tertium Duci Saxoniæ Lavvenburgico *Julio Henrico* nupſerat, armatos revocavit & priſtina frui in religione libertate Pforzheimenſes permiſit, quam deinceps aliis omnibus ſubjectis, qui ſive metu, ſive minis coacti, ſive pollicitationibus decepti deſciverant à religione libris Symbolicis tradita, indulſit *Erneſti Friderici* Frater & ſucceſſor GEORGIUS FRIDERICUS omnis ætatis memoriæque clariſſimus Princeps. Ea tamen libertas perpetua ac plena haud fuit, ſiquidem multa paſſi ſunt ab Hiſpanis atque Bavaris eo tempore cum *Georgius Fridericus* à *Tillio* & Hispaniarum Regis præfecto ſummo *Cordua* prælio ad Wimpinam commiſſo fuſus fugatusque & deſertus à ſuis etiam amicis fuiſſet; quod periculum quia ipſe quaſi præſagiebat, A. 1622. d. XII. Aprilis omnes ſuas ditiones, antequam pugnæ diſcrimen adiret, filio ſuo primogenito *Friderico* V. ceſſit. Factum igitur tum eſt,

ut Bavarici exercitus milites cum H
Polonis, Croatis, Ungaris aliisque
nibus barbaris patriam noſtram inva
cuncta incendiis, latrociniis, rapini
rum in modum devaſtantes, & in
crudelitatis veſtigia ubique relinq
Unde ipſe *Fridericus* cum conjuge &
per integrum annum ab aula ſua abeſſ
Stutgardiæ apud Affinem ſuum J
*Fridericum* Würtembergiæ Ducem
morari, calamitatesque varias ſuarum
num è propinquo quaſi intueri & aud
actus fuit. Præterea latâ in Cæſa
contra Parentem *Georgium Frideric*
tentia, jubebatur cedere poſſeſſione ſ
ris Marchionatus & omnium ad eu
ctantium Comitatuum atque region
quod multo aſperrimum eſt viſum, r
re fructus perceptos juxta ac percip
damnaque facta ex expenſas ſarcire
*Fortunati* filio natu majori, *Guilielmo*
nomine Viennam A. 1627. citatu
cumque partim Cæſaris autoritate,
minis cogeretur paciſci cum *Quili*
regionibus prudentia ſua abjurandi
chionatus ſuperioris neceſſitatem f
verborum mitigata declinavit, *inveſti*
*que* quam vocant, inferioris March
lenni ritu ab ipſo Cæſare obtinuit
impetravit ut Cæſareus miles inpo
parcere ſuis regionibus juberetur: qu
men minime fuit obſervatum, ſed

reani pariter ac Bavarici longe lateque indies graſſabantur, & hi turmas aliquot equitum in hyberna immittebant, ut cuncti quaſi ex compoſito perdere bonum Principem viderentur. Verum omnia iſta invicto Princeps animo ferre maluit, quam religionis purioris jacturâ dubiam immunitatem ſibi ſubjectisque impetrare, ad quam quidem magnificis promiſſionibus, & poſt Conjugis obitum ſpe matrimonii cum Cæſaris filia invitabatur. Recte enim prudenterque exiſtimabat, melius eſſe terreſtres perdere poſſeſſiones, quam hæreditatem cœleſtem Deique nixus ac fretus ope, mitiora tempora exſpectabat, qualia tum elucere viſa ſunt, quando Saxoniæ Elector, *Joaannes Georgius*, qui ſolus fere ad prædam reſtabat, Conventum Proteſtantium Lipſiæ Anno 1613. menſe Februario indiceret. Quò noſter inter primos, non ſine ingenti periculo advolavit, adjutusque *Læffleri* Cancellarii Würtembergici dexteritate, haud parum momenti attulit, ut Principes proteſtantes rationes inirent legationis ad Cæſarem ſuſcipiendæ, & tyrannidis Pontificiæ excutiendæ. Finito autem conventu aſſignatum ſibi militum numerum quanta potuit feſtinatione coëgit, Würtembergicisque ſubſidio miſit, qui *Egonem Fürſtenbergium* ex Italia per Rhætiam cum exercitu adventantem tranſitu interclude-rent. Adhæc commodum, Deoque for-

tunante accidit, ut *Guſtavus Adolphus* 
ciæ Rex preſſæ Eccleſiæ ſubſidio ve
junctisque cum *Saxone* copiis Cæſareanos
garet, & victoriam perſequens, *Ban*
*genſem*, *Herbipolenſem* atque *Mogunti*
Epiſcopatum occuparet, *Palatinatum*
riorem Hispanis eriperet, ac *Franc*
in deditionem redacto Moguntiæ hyb
ret. Qua occaſione utendum ſibi
*Eridericus* ad Regem profectus, eiq
merita Parentis in Rempubl. & mal
ab hoſtibus illata exponens rogavit
cauſæ ſuæ patrocinium ſuſcipere ne
gnaretur: majorisque fiduciæ declar
cauſa eundem rogavit: uti pro filio 
nato ſponſor eſſe velit, cui propterea
gis nomen dederat parens. Ad quæ omn
*ſtavus Adolphus* clementer reſpondit, a
tantum *Comitem Stolbergium* miſit, qui
fonte puerum Principem ſuſciperet
& auxilio ei adfuit, quantum potuit.
terim Rege hoſtem in Bavaria perſeq
deſertus Princeps à vicinorum locorum
ſidiariis militibus, Phorzhemium tot
familia ſeceſſit, metu cum primis *Harra*
*tii*, Cæſareani militis Ducis, ad cuj
plorandam voluntatem legatos ex 
miſit, quos ille cum ſeptem conditio
duris admodum remiſit, deinceps 
percepta *Eriderici* in Cæſarem voluntat
hil gravius in eum conſuluit, cop
quas Durlacenſi portæ jam admoverat

feſtim in Marchionatum Badenſem reduxit & Stollhofium poſt quatuor dierum oppugnationem deditione captum novo præſidio firmavit. Inter hæc Rege Speciæ paulo ante obitum ordinante *Oxenſtirnius* Cancellarius rerum Germanicarum adminiſtrationem in ſe ſuſcepit, inſtitutoque A. 1633. Heilbronnæ conventu, Franconiæ, Sueviæ & utriusque ad Rhenum circuli conſenſu rationem iniit præſtandi beneficii a Rege Principi promiſſi, decrevitque, ut is præter Marchionatum Badenſem omnia cis Rhenum loca, quæ inter eundem & Hercyniam ſylvam a *Seckinga* Udenhemium usque ſita ſunt domuique Auſtriacæ hactenus paruerunt, Friderico Marchioni Badenſi ejusque hæredibus tanquam propria cederent. Mox finito conventu miſſus eſt *Mocelius*, qui nomine Regni Sueciæ ſubjectos juramento interpoſito Friderico Principis filio natu majori traderet. In illis verò ſuperioribus aliisque deinceps ſecutis turbis & perſecutionibus cives mei conſtantiæ laude præ cæteris inſignes fuere, quippe qui pulſos à Bavaris A. 1643. circa vernum tempus Eccleſiarum atque Scholarum miniſtros haud tantum comitati ſunt, ſed etiam largo viatico inſtruxerunt, ut quoad mitiora apparerent fata, haberent unde viverent. Neque orbati ſuis Doctoribus ſive minis ſive pollicitationibus adigi potuerunt, ut ab agnita veritate deficerent aut eam diſſimularent. Unde quod domi habere non

poterant, foris non absque moleſtia d
culo quærebant; etenim in vicinos W
bergenſium agros excurrebant, con
Evangelicorum frequentabant & ad
fantes clam exportabant, ut ſacro fo
luerentur. Precibus quoque ſupp
compellabant ſubinde Maximilianum
riæ Ducem, ut ejectos verbi admi
reſtitueret; quod tandem, haud paru
*derico Moſero* caſtri Benfeldenſis præfe
juti impetrarunt, qui minabatur, ni
carentur priſtinoque ſtatui reſtituerent
niſtri Pforzheimenſes, ſe pari rati
vicinia ſacrificulos ejecturum. Igit
ximo cum gaudio reducti ſacris ha
libere operati ſunt. Quæ felicitas
bis patriæque noſtræ perpetua ſit,
à Deo petimus atque contendimus.

Nihil jam, quod ſciam de patria
dum reſtat, niſi ut brevem quoque e
ſcriptionem ſubjungam. Id tamen
Tom. I. declam. p. 619. liorum quam meis facere verbis. Faci
tur illud ex *Melanchthone,* qui aliquam
in urbe vixit illiusque naturam pro
gnitam ac perſpectam habuit. Sic
iſte in oratione de Capnione: *per id o*
*flumen mediocre Entius labitur, quod cu*
*piſcibus abundat, tum vero* phagros *cop*
*gnit, qui noſtra lingua nominantur*
*& influunt duo flumina in* Entium *ad*
Wormia *&* Nagolta, *qui copioſe gign*
*ratas* (Forellen). *Et amœnitatem aug*

*væ, prata & vicini montes, ubi aditus eſt in ſylvam* Martianam, *& in altero latere agrorum fœcunditas & horti. Ut autem alia ſunt multa oppidi ornamenta, ita literarum ſchola ibi frequentior ſemper fuit, quam in aliis vicinis oppidis.* In epiſtola commendatitia pro *Vandalino Giribio* ſcripta, cujus ſupra quoque facta mentio eſt, ſequentia addit: *Entius non procul inde in* Nicrum *effunditur. Eam oram ad* Nicrum *attribuit Ptolomæus* Charitimis, *quod à* Garten *factum eſſe exiſtimo; quia amœnitas viciniæ tanta eſt, ut vere dici posſit hortus. Nunc etiam Eccleſias habet florentes, recte Deum invocantes.* Cæterum, etſi oppidum hoc non ſit vel ambitu amplum, vel extructionibus magnificum, vel exquiſitis operibus munitum, eſt tamen pro Germanorum captu ſatis bene atque ſplendide ædificatum, ut Durlacum etiam ornatu ſuperat. Olim duo videntur fuiſſe oppida; nunc vero vetus oppidum vico quam urbi ſimilior eſt. Civium opes hodie ſunt mediocres, paranturque cum agricultura tum commerciis, ob quorum frequentiam quondam multo celeberrimum fuit. Nec tamen hodie prorſus veteri laude deſtituitur, cum inde Lipſiam aliaque in loca merces varii generis deportentur. Hoc igitur in loco prolixius nonnihil à nobis deſcripto, in lucem editus eſt Reuchlinus anno reſtituti per Servatorem Noſtrum Orbis *quadringenteſimo quinquageſimo quinto.* Hunc annorum numerum ipſe Reuchlinus iniit atque

Tempus nativitatis Reuchlini.

expreſſit in epiſtola ad Jo. *Cuſpinian*[...] Anno MDXII. *Cruſius* autem Suevic[...] l. VII. partis III. cap. XI. p 402. ann[...] bet 1445. Decemb. 28 niſi forte men[...] repſit ac ſcribere voluit 1454. quem [...] rum *Melchior Adami* in vita Capnio[...] quoque, procul dubio ſecutus Cruſi[...] fuit. Malumus nos facere cum Ca[...] ipſo, cui annus atque dies natalis non[...] eſſe incognitus.

Parentes. Parentibus ortus eſt honeſtis, patr[...] *gio* & matre *Eliſſa Erinâ*, Phorzhe[...] municipii, ut Reuchlinus alicubi ſcrib[...] bus. Idque hodienum legi poteſt in[...] phio Phorzhemii a filio matri in c[...] templi oppidani, ut vocant, poſito[...] verba eo modo atque ordine, ſicut in[...] ſunt a rudi artifice referam.

*in epiſt. ad Frat. præf. Gram̄. & Lex. Hebr.*

ELISSÆ. ER-
INÆ. GEOR-
GII. REVCHL-
IN. VXORI. IOH.
CAPNION FI-
LIVS. MATRI.
PIENTISSIMÆ
POSVIT.

Inſtitutio. Fratrem habuit *Dionyſium* & ſo[...] *Eliſabetham.* Parentes, *Melanchthon*[...] uterentur amantes virtutis & doctrinæ, curaverunt doceri literas. Cum aute[...]

hannes natu major voce valeret, poſtquam initia Muſicæ didicit, in Collegio ejus oppidi adjunctus eſt adoleſcentibus, qui, ut multis in locis mos fuit, multa præcinunt in templo, ac quemadmodum fratre ætate, ſic & ingenii gloria antecelluit, ac in eo ipſo non Germani fratris magis, quam fideliſſimi Præceptoris, imo & Parentis munus implevit.

Nam adhuc puerum ad percipiendam rectè Græcorum linguam, adjuncto pædagogo Florentiam tunc optimarum artium altricem, non ſine ſuo magno impendio trans Alpes è Suevia miſit, quatenus biennium penes egregia ſanctitate virum illum *Georgium Veſpucium* aſſiduus menſæ ipſius ac hoſpitii ſocius, *Angelum Politianum*, *Marſilium Ficinum* & *Demetrium Chalcondylen*, cæteroſque peritiſſimos homines quotidie audiret. His ferè verbis *Capnion* ad Fratrem in fine L. I. rudimentorum Hebraicorum ſcribit. Pædagogus autem, cujus mentionem facit, fuit *Joannes Streler* J. V. Doctor; quod ex ipſius epiſtolis aliquot ad Reuchlinum exaratis colligo, ſiquidem ibi & mentionem facit virorum doctorum paulo ante commemoratorum, & rationem reddit ſtudiorum in fratrem collatorum profectuumque quos is faciat. *Dionyſius*, ſcribit in literis, An. 1492. III. Kal. Jul. Florentiæ datis, *profectò benè ſtudet, te non pœnitebit impendiorum, certo ſcio,*

L. I. Epiſt. illuſt. vir. ad Reuch.

*nullis eget calcaribus*, *tamen* Italiam am-
*vult.* Nihil magnificentius quam ve-
ctaſſe *Strelerum*, tum maxime compert-
quando *Dionyſius* biennio poſt ex Itali-
*Tubingæ* ſummos in Philoſophia honore-
na cum laude conſecutus & primum lo-
deptus eſt, promotore *M. Jacobo Lemp-*
ralis ſtudii Tubingenſis, ut tum loque-
Gymnaſiarcha, & ſacrarum literarum
rarum æque ac Jurium Doctore e-
quem noſter in annotationibus ſ-
quæſtiones *Athanaſii* ex Græco in La-
ſermonem converſas, ſubinde Præcep-
ſuum appellat, cui Theologicarum
cognitionem maximam partem accept-
ferre debeat: Eodemque deinceps uſu-
ceptore Dionyſius in Theologia paul-
ſacerdos factus eſt; quo munere ut de-
rite poſſet, dux ei auctorque extitit
grediendam rationem ſtudiorum Heb-
rum, tum primum abs ſe poſt Hier-
tempora reſtitutorum. Hanc in re-
meretur epiſtola Capnionis ad fratre-
manum Libro de rudimentis Hebr. pr-
qua aperte palamque teſtatur, ſe cum
mni literatiſſimorum hominum nume-
ſua usque tempora inventus non ſit
itemque alter, qui pro ſanctiſſima Th-
gia linguam Hebraicam Grammatic-
more Chriſtianis demonſtraret, miſer-
tam ſanctas literas indoluiſſe ſtudioſ-
ætate diutius Hebraicæ linguæ ſcient-

Cruſ. P. III. L. IX. cap. 5. p. 499.

ere, eorum ingenio faventem, auſum primum omnium & tam grave onus humeris ſuis imponere; & ſimul offerre ſe latratibus mordacium. Vulgavit autem & rudimentorum librum & Lexicon Phorzhemii, à Thoma Anshelmo Badenſi impreſſum Anno 1506. VI. Calend. April atque utrumque fratri inſcripſit, eo potiſſimum conſilio, ut ipſe haud tantum iſtas literas addiſceret, ſed etiam ad laudem & gloriam Dei O. M. atque utilitatem S. Scripturæ, ſimul etiam ad præparationem abſtruſiſſimarum artium & antiquiſſimæ priſcorum philoſophiæ pluribus idoneis induſtriisque hominibus impertiatur. Utrumque librum pleniorem auctioremque nobis edidit *Sebaſtianus Münſterus* Anno 1537. Baſileæ per Henricum Petrum. Sed de his atque aliis talibus infra commodior dicendi locus eſt. Hic enim eorum duntaxat mentionem fecimus, quæ ad Dionyſium fratrem ſpectant, ut intelligi poſſit, quo animo noſter erga illum fuerit.

A fratre ad ſororem progredior, de qua quidem pauca mihi innotuerunt. Nomen ei *Eliſabethæ* fuiſſe, didici ex literis F. *Ægidii Viterbienſis*, Ordinis *Eremitarum S.* Auguſtini *Prioris Generalis*, Romæ A. 1516. 20. Octobris datis, quibus huic ordini adſcribitur DN. *Joannes Reuchlin* LL. Doctor eruditiſſimus, DN. *Dionyſius Presbyter* frater ejus germanus atque *Elizabeth* ſoror. *Philippus Melanchthon* in orat. de vita Capnionis ipſius ſo-

L. II. Ep. ad Reuch.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

epiſt. com. pro Girichio.

ſororem vocat honeſtam matronam
matque alibi ſuaviſſime apud eam
Quadam enim cognationis neceſſ
illæ familiæ conjungebantur, teſte J
*Camerario* in Philippi vita p. m. 8. C
eodem autore, illis temporibus lit
ludus Phorcenſis celebraretur præ
eo miſſus eſt Philippus adoleſcens, b
tea inſtitutus domi avi ſui à *Joanne*
Phorcenſi, quem Camerarius
annis vidit Phorzhemii audivitque
clarè concionantem de Filio DEI &
Evangelii doctrinam explicantem P
bus & populo frequenti, eumque op
& integerrimum virum appellat.
*Winshemius* artis Medicæ Doctor
tione habita in funere Philippi Melan
nis eadem tradit, atque confirmat J
*Ungarum* ſub ingraveſcentem ætatem
divini concionatorem factum, usque
num à nato Chriſto ex Maria virg
vixiſſe, cujus memoriam Melanchtho
ad vixit, ſingulari cum pietate & ven
ne conſervavit.

Præceptores Pforzhemii nactus e
lippus optimos, inter quos eminuit G
*Simlerus* Wimpinenſis, cujus integrit
tus, & in docenda juventute aſſidu
fides tum præ cæteris per eam Germa
ram prædicabatur. Initio Græcas
vulgo tunc ignoratas, non vulgand
quantiſ per arbitrabatur, eoque p

untaxat aliquot diſcipulis eas explicabat, uos præ aliis impenſe diligeret. In omni-us autem Philippus ita proficiebat eosque fa-ebat progreſſus, ut nemo non eum laudaret amaret. Hic *Simlerus* Græcæ haud tan-m linguæ peritus fuit, ſed Hebraicam quoq; erdiſcere ſtuduit, præceptore uſus Joanne euchlino. Unde in epiſtola quadam ad um perſcripta ita loquitur: *proficere nobis eſt nimus, ſi codices Hebræi extarent, ut gentilitio genuino idiomate verſati, dirum & peſtilentem uibusdam & ferè publicum errorem eximeremus, ui S. Spiritus oracula, divinitus ad nos deriva-, pro arbitrio ſuo corrigere, potius invertere & epravare conantur. Tu nobis anſam capulum-ue falcis præbe & vel pſalteriolo, uti pollicitus es, accurre, mox mox ad ædes tuas redituro quam-rimum.* Poſtea etiam ex primario Gramma-co eximius Juris conſultus factus eſt, eum-ue Tubingæ publicè docentem audivit Me-anchthon, qui de hoc ſuo diſcipulo dicere olebat, illum præceptore doctiorem eſſe, uemadmodum auctor eſt *Jacobus Heerbran-us* Doctor & Profeſſor Theologus celebris n Academia Tubingenſi, in oratione funebri abita in obitum Philippi Melanchthonis, qui na affirmat, Philippum a Reuchlino non-iſi filii nomine fuiſſe compellatum; eum nim non ob cognationis tantum vinculum mpenſe amabat, ſed etiam propter elegans & nullius non magnæ rei capax ingenium ad-miabatur; quod dotes magis magisque ex-

ci-

citare annitebatur, verbis pariter atq
nuſculis, quoties inviſendæ ſororis
patriam exſpatiabatur Inter quæ do
plenior præceptorum Grammattic
cæ tractatus & Lexicon, ac Biblior
dex, quem & circumtulit ſecum per
legit diligentiſſime, & hanc legend
Biblici conſuetudinem diſcipulis ſuis
ſis ſæpiſſime diligentiſſimeque com
vit; quemadmodum *Vitus Winshem*
jam adducto hæc nobis retulit. Qu
leolo puniceo ei per jocum impoſito
tione commemoravi, ex *Joach.* Ca
hauſi, qui ſequentia etiam, non præ
tenda hîc, addit, Philippum nimi
tum dono & veluti generoſum equum
tu gaudentem, prioribus ſemper ali
jeciſſe, & cognitionis partem cu
tuncque æqualibus ſuis ſcriptum qu
ludicrum Reuchlini inſtar Comœ
diebus editum, ediſcendum diſtri
ſuas cuique partes aſſignaviſſe ut com
Würtenbergenſi agro ad ſe reverſo
idque factum etiam eſſe cum ſumm
voluptate atque lætitia, qui proinde
nicum nomen Schwartzerd in Græc
*lanchthonis* mutaverit, quemadmodum
fumo deminutum ſuum Räuchlin ve
lein ab *Hermolao Barbaro* in Italia co
*Capnionis* eſſe voluerat. De quo
mutandi nomina familiarum non
ibidem diſputat, eundemque h

probandum cenſet. Sed de his nunc diſſerere prolixè, alienum fortaſſe fuerit. Sufficerit mihi ad patriæ gloriam, quod Melanchthon ei prope unicè acceptam referre debeat, quicquid in literis melioribus addidicit. Nam præter *Joannem Ungarum* Pforzheimenſem, quo privato Brettæ præceptore in ædibus avi ſui uſus eſt, & *Simlerum*, ſcholam Pforzhemii, egregie, ut diximus, moderantem, magiſtrum habuit ibidem, *Joannem Hillebrandum*, ſ. *Hiltebrandum*, Sueingenſem, cujus extat præfatio præmiſſa illuſtrium virorum epiſtolis ad Reuchlinum perſcripis, quique præter publicorum in ſchola ſtudiorum operas, privata quædam cum quibusdam habuit exercitia in lingua utraque, Latina pariter & Græca, in ejus diſciplinam ſe Philippus tradidit, ac ſermonis Græci elementa deguſtavit. Haud ergò vanè jactare poſſumus, è noſtra Schola prodiiſſe diſcipulum qui deinceps totius Germaniæ Præceptor evaſit.

Scholæ Phorcenſis celebritas.

Nunc quidem ea haud adeo celebris eſt, ac olim fuit, poſtquam Gymnaſium Durlaci ſeculi abhinc ſpatio, quod hoc ipſo anno redit in orbem, erectum atque apertum eſt ab *Erneſto Friderico* Marchione, in quo præter ſex claſſes, quas vocant, ubi juventus diſtinctis eruditur gradibus, etiam auditorium publicum, Philoſophiæ ac Theologiæ docendæ, nec non exercendis in declamando & diſputando auditoribus deſtinatum eſſe voluit, ac eo nomine Rectorem, Profeſſo-

Durlacenſis Gymnaſii.

Jüngler. Hiſt. MS.

feſſores & Præceptores idoneos
ſumptu conquiſivit, & honeſtis ſtipen
navit. Ad hæc alendis decem puer
cæteris indole præcellerent, rei divin
ficiendis, perpetuos decrevit reditu
*Carolo* hæc in *Manlij* collectan. Loco
1.3. mun. legi *Illuſtriſſimus Princeps* Carol
chio Badenſis, *ſedecim ſtipendiatos in uſu*
*ſiæ & Reipublicæ liberalibus ſumptibus*
*Tres etiam alios habet, duos Theologicis,*
*Medicis ſtudiis deſtinatum: quorum ſing*
*nuos liberales ſumptus impertit. Nec j*
*tempus concedit, ut exponam pientiſſim*
*mum aliaque beneficii ejusdem illuſtriſſi*
*cipis quibus in dies doctos viros & mi*
*cleſiæ afficit & contra notorias injurias*
Hodierno verò die idem Gymnaſium
ta eſt celebritate, quanta unqnam al
Habemus enim Nutritium clementi
& doctorum virorum amantiſſimum
ut DEUS nobis diu ſervet ſoſpitet
mnes cordati ac devoti cives una ani
tentia & voto mecum expetunt.

Redeundum nobis nunc ad Reuch
& inchoatus de Melanchthone ſermo
ſolvendus nobis eſt. Jlli enim non
hemii tantum opera atque auxilio
Reuchlinus, ſed tum etiam eum ipſi
A. 1512. d 17. Septemb. in Tubingenſem
demiam ſe contuliſſet, ubi ſexennium
ac poſtquam A. 1514. ſummos in Ph
phia conſecutus eſſet, privatim ac p

magna cum laude & admiratione docuit, ut diſcipulusne, an Doctor ac Profeſſor prius fuiſſet, merito aliquis ambigere potuerit. Doctor enim ſimul bonarum literarum & diſcipulus graviorum ſtudiorum fuit, audivitque in Theologia ſcholaſtica *Lempum*, qui eorum præcipuus habebatur, aliosque, de quorum ineptis inutilibusque diſputationibus in rebus graviſſimis, multa narrare ſolebat: è Jureconſultis verò *Similerum*, *Lamparterum* & *bingerum*. Neque medicam artem neglexit, ſed ejus doctores audivit æque ſtudioſè, & *Galeni* libros, cum propter Græcam linguam, tum propter rerum cognitionem ita legit familiaresque ſibi reddidit, ut pleraque inde de memoria recitare potuerit. Illo autem ſexennio, quo Tubingæ commoratus eſt, multum fuit cum *Capnione* noſtro, qui quoties Stutgardia Tubingam veniebat, apud Philippum in hoſpitio ſcholaſtico divertere, unaque cum eo in *Collegio* cibum capere, jucundiſſimèque poſt alios neceſſarios ac ad ſe pertinentes ſermones, de communibus ſtudiis & liberali inſtitutione confabulari ſolebat. Philippus etiam eo nomine crebro Stutgardiam ad cognatum ſuum accedebat, quem Parentis loco merito habuit; ei enim juxta Deum uni omnem ſuam fortunam acceptam referre debuit. Cum enim Anno 1518. conventum ordinum Imperii Auguſtæ Vindelicorum *Maximilianus* Imperator egiſſet, & Saxonum Dux atq; Elector *Fridericus* eo etiam

Heerbrand.

Winsh.

veniſſet, uſus eſt Capnionis conſilio
quirendis conducendisque viris doct
qui Academiam Wittebergenſem,
nos haud ita multos ab eo inſtitutam
rent ac celebrem redderent; tum is
Septemviro commendat majorem in
Philippum, tantumque ipſius comm
pondus habuit apud optimum Princ
protinus juvenem (natus enim erat Me
thon años viginti & unum) vocaret, &
dem re literas ad Reuchlinum diligen
ptas mitteret, in quibus inter alia hono
mentionem fecit patris Philippi, tanq
miliariter noti. Fuit igitur Noſter Phil
ctor ſuaſorque, ut conditione, qua
batur, uteretur, & Wittebergam
graret. Epiſtola Capnionis ad M
thonem, quæ de hac ipſa migratione
*Joach. Camerario* eſt edita. *Heerbra*
ctor eſt, Reuchlinum ipſum Wittebe
Electore vocatum eſſe, ſed quod T
ratum Sueviæ deſerere noluerit, reſp
adeſſe ſe longe majorem, *Philippum M*
*thonem* juvenem.

*Reuchlini* ſtudia.

Verum miſſo Philippo ad Reuch
redeamus, dicturi quibus ille Magiſt
in tantum evaſerit virum, ut fingere ſe
rem potuerit. Qua de re utrumque, &
pnionem & Philippum audire placet, ſe
ſteriorem tamen primo loco. Sic
orat. de vita Reuchlini: *inde* (Phorzheim
*aulam Badenſem ad Symphoniacos puer*

*itus eſt, ubi, quia Grammaticam melius didicerat, quam alii, ſtatim adjunctus eſt adoleſcenti Marchioni Badenſi, & aliquanto poſt cum eo miſſus eſt Lutetiam.* Ipſe Reuchlinus in epiſtola ad *Jacobum Fabrum Stapulenſem* Lutetiæ degentem, & tempus, quo in Galliam venerit, A. 1473. & Marchionis Badenſis nomen exprimit, aſſeritque ſe *fuiſſe è familia Marchionis* Friderici, *Badenſis, Epiſcopi poſtea Trajectenſis, συμφοιτητήν.* Fuit autem hic *Fridericus* Caroli tius, quem ſupra II. nominavimus, filius natu major, ſed fratribus *Alberto* & *Chriſtophoro* hæreditatis partem pro certa pecuniæ ſumma ceſſit, & ſacro ordini initiatus eſt An. MCCCCLXXIV. Epiſcopus Ultrajectinus factus A. MCCCCXCVI. quod munus cum duos & viginti annos geſſiſſet, tandem variis tumultibus, factionibus & bellis defatigatus, ſenioque prope confectus, eo ſe in gratiam Philippi Burgundi abdicavit A. 1516. & anno ſequenti 24. d. Septembr. deceſſit Badæque ſepultus eſt, ubi hoc epitaphium ipſi poſitum hodienum cernitur: L. II. Epiſt.

FRIDERICUS EPISCOPUS TRAJECTI EX MARCH. BAD. HIC JACET. VIXIT ANNIS LIX. MENS. I. DIES XVII. OBIIT XXVI. SEPTEMB. ANNO DOM. MDXVII. MORTEM CUM VITA MUTARE PLEROSQUE VIDI, SECUTUS EOSDEM, ECCE JACEO.

Cum hoc Principe venit Noſter in I
principem orbis terrarum Academiam,
tunc Italiæ etiam antecellebat, cum Ger
nicæ Academiæ agreſtiores adhuc eſſen
Reuchlino illuſtrandæ.

Iter in Italiam.

Nactus eſt autem ibi Reuchlinus do
res in omni eruditionis genere optimo
que præſtantiſſimos, quorum ipſe hon
cam admodum facit mentionem in ep
paulo ante adducta, qua his verbis ſcrip
*Jac Fabrum Stapulenſem* : Alemanniæ ſ
*græca elementa docui, quæ ipſe ego quond*
*veſtra Gallia ex diſcipulis* Gregorii Tiphe
*adoleſcens Pariſiis acceperam, anno D*
MCCCCLXXXIII. *quo in tempo*
& Johannem Lapidanum *Theologiæ Doct*
*Grammaticis ad Serbonam, &* Guiliel
Tardivum *Anicienſem in vico S. Genove*
Robertum Gaguinum *apud Matur*
*Rhetoricis præceptores audivi.* Idem i
commemorat ea, quæ in oratione ad
mus de reditu ipſius Lutetiam. *Demum*
*poſt aliquot annos è Suevia rediens ad Pari*
orgium Hermonymum Spartiaten Gr
*centem aſſequutus ſum.* Quantum ſub eo

Or. cit.

cerit, Melanchthon *prolixioribus verbis*
*modum narrat: à quo,* ſcribit, *venuſte pinge*
*rarum figuras didicit: quâ induſtria in ma*
*venit notitiam & peculium paravit.* Peteba
*multi deſcribi ab ipſo Grammatica elem*
*paginas* Homeri & Iſocratis, *qui enarra*
*Interea ſimul in Latina lingua & in Dia*

Ariſtotelis *exercebatur; quæ ita perfecte didicit, ut ſenex etiam ad verbum longas ex* Ariſtotele *ſententias recitare poſſet.* Extat hujus Hermonymi epiſtola ad Reuchlinum Græca, quam quoniam & brevis eſt, & ex ea intelligi poteſt de diſcipuli profectu, integram ſubjiciemus. L. 1. Epiſtol.

Γεώργιος Ἑρμώνυμος ὁ Σπαρτιάτης Ἰωάννῃ Φορκησίῳ εὐπράττειν.

Ἐγὼ μὲν καὶ ἄλλοτε ἐθαύμαζόν σου τήν τε σπουδὴν καὶ εὐφυΐαν, ἣν περὶ τοὺς τῶν ἑλλήνων λόγους ἔχεις, καὶ νῦν τὰ μάλιστα δεξάμενος τὰ παρὰ σοῦ πρός με πεμφθέντα γράμματα οὐκ ὀλίγης εὐμουσίας καὶ χάριτος μεστά· δι᾽ ὃ καὶ χάριτας τὰς μεγίστας οἶδά σοι τῆς εὐνοίας ἕνεκεν, ἣν πρός με δεικνύεις διὰ τῶν σῶν γραμμάτων, ἔμελλον δέ σοι εἰς πλάτος ἑλληνιστὶ ἀντίγραφα δοῦναι, εἰ μὴ ὁ τῶν παρόντων διακομιστὴς πρός σε ἀφικέσθαι ἔσπευδεν. ἔρρωσο.

## Quæ latinè ita ſonant:

*Georgius Hermonymus Spartanus, Joanni Phorcenſi Salutem:*

*Ego quidem & aliâs admiratus ſum tuum & ſtudium & ingenium felix, quod in Græcis literis conſecutus es: nuncque maxime id facio, quando tuas ad me miſſas literas haud exiguæ elegantiæ gratiæque plenas accepi. Propterea tibi quoque gratias maximas pro hac benevolentia quam erga me in literis tuis demonſtras, debere me tibi agnoſco. Prolixioribus tibi verbis Græco ſermono reſpondiſſem, niſi præſentium lator literarum ad te iter feſtinaſſet.* Vale!

L. 11. Epiſtol.

Eſt & alia *Hermonymi* epiſtola ad eunde[m]
latinis concepta verbis, qua illum & lauda[t]
quod Græcis literis operam dederit, & horta-
tur, ut in cœpto curſu pergat. *Tu mi Joa[n]-
nes*, inquit, *recte facis, literis* Græcis *opera[m]
dando, non enim minus ornabunt te, quam li[te]-
ræ latinæ. Noſti enim ſententiam* Flacci *poë[tæ]
celeberrimi: vos exemplaria Græca nocturna ve[r]-
ſate manu verſate diurna. Da igitur operam li-
bris Græcis, tu qui tali ingenio præditus es,* [...]
ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, *ut ajunt, optimis diſcipli[nis]
atque artibus inſtitutus es.*

Baſileæ noſter fit Magiſter.

docetque ling. Lat. & Græc. horrante Weſſelo, de cujus fatis & doctrina quædam.

Haud vane *Georgium* dixiſſe, literas Græ-
cas Noſtrum non minus ornaturas, qu[am]
Latinas, teſtis eſſe vel Baſilea poteſt. [...]
enim ex Gallia pervenit, ibique ſupremo[s]
Philoſophia honores, cum annum ageret [...]
ceſimum, adeptus, Græcas Latinasque lite[ras]
docere cum applauſu cœpit, hortantib[us]
ac inſtigantibus eum *Joanne Weſſelo* Græn[in]-
genſi, & *Andronico Contoblaca*, Græco ac utri[us]-
que linguæ peritiſſimo viro. Illum Capni[o]
eo majore cultu proſequebatur, quia Lu[te]-
tiæ non tantum in ipſius familiaritatem [ve]-
nerat, ſed etiam in elementis linguæ He-
braicæ perdiſcendis primum præcepto-
rem illum habuit. Tum verò inde pulſus Ba[ſi]-
leam profugit, propterea quod ibi gra[ves]
inveteratosque Theologorum errores [li]-
berè notaſſet, & de multis fidei capitib[us]
aliter, & Luthero, qui eo tempore Ecc[le]-
ſiam nondum à ſordibus repurgaverat, pr[...]

ſus convenienter docuiſſet. Qua de re ipſum Lutherum teſtem produco, in epiſtola Weſſeli ſcriptis A. MDXXIII. Baſileæ editis, præmiſſa, ubi inter alia hunc in modum loquitur: *ſed ecce! & mihi dicitur, eſſe Domino reliquias ſuas ſalvas, etiam in hoc tempore, & Prophetas in abſcondito ſervatos. Nec hoc ſolum dicitur, ſed & cum gaudio oſtenditur. Prodiit en* Weſſelus, ( *quem* Baſilium *dicunt*) *Phriſius Grœningenſis, vir admirabilis ingenii, rari & magni ſpiritus, quem & ipſum apparet eſſe verum Theodidactum, quales prophetavit fore Chriſtianos* Eſaias; *neque ex hominibus accepiſſe judicari poteſt, ſicut nec ego. Hic ſi mihi antea fuiſſet lectus, poterat hoſtibus meis videri* Lutherus *omnia ex* Weſſelo *hauſiſſe; adeò ſpiritus utriusque conſpirat in unum. Mihi vero & gaudium & robur augeſcit, jamque nihil dubito me recta docuiſſe, quando tam conſtanti ſenſu, peneq; iisdem verbis tam diverſo tempore, aliis cœlo & terra alioque caſu, ſic ille mihi per omnia conſentit. Miror autem, quæ infelicitas obſtiterit, quo minus in publico Chriſtianiſſimus hic autor verſetur, niſi in cauſa fuit, quod ſine bello & ſanguine vixerit, qua una re mihi diſſimilis eſt: aut metus Judæorum noſtrorum eum oppreſſerit, qui ſuis impiis inquiſitionibus in hoc nati videntur, ut optimos quosque libros faciant hæreticos, nobis ſtatuant Chriſtianos, quorum finis jam Deo vindice, deſinit in confuſionem. Legat itaque pius Lector, legatque cum judicio, quo maximè hic præſtat, quod & egregie format, & quos in me offen-*

*offendit nimia aſperitas, in aliis nimia di*
*elegantia, hic non habent, quod querantur.*

Quæ nam verò capita fuerint doctrin
Weſſelo traditæ, intelligi poteſt ex
ſcriptis publicè editis, quæ hunc præſen
titulum: *Farrago rerum Theologicarum ube*
*ma, doctisſimo viro* Weſſelo *autore.*
hæc is, qui opuſcula illa junctim edidit,
gula expreſſit in fronte libri. Nos eorum
tum faciemus mentionem, in quibus cum L
thero conſpirat Weſſelus. I. contra *Ari*
*telem* docet, *mortem* non eſſe *omnium ter*
*lium terribilisſimum*, ſed *ſervis* DEI *ab*
*& multis miſeriis ad patriam transmigratio*
*non ſupplicium, ſed bonorum maximorum in*
*mentum; quoniam per* Jeſum *mors paradi*
*vitam janua facta, per quam ingreſſus latr*
*Itaque nos etiam, ſi confiteamur noſtrum rea*
Chriſti *innocentiam, & inde permoti petamu*
*noſtri in regno ſuo meminerit, procul dubio*
f. 11. *dentes & confitentes per mortem intraturos in*
*radiſum, & ſine flagellis mediis, ſic non qua*
*ignem, ſed mox audituros: hodie mecum eri*
*paradiſo.* II. Quando de *cauſis*, *myſterii*
f. 17. b. *effectibus Dominicæ incarnationis & paſſioni*
*ſolum* Jeſum *viam, veritatem & vitam eſſe*
viam *hic in* juſtificando credentes, *quia*
*vitam* donat *illis, qui* credunt *in illum.* Op
f. 29. b. *re igitur nos jugiter aſpicere Chriſtum pro*
*crucifixum, ejusque holocauſtum noſtrum fier*
f. 30. ſ. fidem, *qua juſtificemur*; atque hoc proba
Apoſtolo Paulo, ex quo certas propoſitio

de *Gratia dei & fide in* Chriſtum collegit. III. Porrò diſputat *de dignitate & poteſtate Eccleſiaſtica : de vera & recta obedientia: & quantum obligent mandata & ſtatuta Prælatorum*; ac demonſtrat, *neminem teneri credere,* Papæ *etiam, niſi recte credenti, quia fides noſtra tanquam virtus theologica ſoli* Deo *obnoxia, in* f. 32.
*ſolum* Deum *credat, in quo ſolo juſtus vivat per fidem. Valde autem periclitari vitam juſti, ſi penderet ex vita Papæ, cum ſummorum* Pontificum plerique *erraverint*, & *ipſe etiam* primus Papa Petrus, *eo nomine* à Paulo *reprehenſus, omnibus in exemplum, ut ſciant ſapientes de* f. 41. b.
*ſale infatuato quid faciant.* Unde *ubi ſapiens à Papa diſcrepet, potius & magis ſapienti quam Papæ ſtandum aut conſentiendum: inque caſu ſimultatis & contradictionis inter Papam & ſapientem, non ſolum* Papam *teneri audire & ſequi ſapientem: ſed viciſſim ſapientem in his, quibus verè ſapiens eſt, h. e. in quibus creditur ſermo veræ ſapientiæ ſecundum immaculatam legem Domini, nullatenus à ſua ſententia debere decedere, & ſequi Papalem autoritatem, quoniam ſæpe verus Papa eſt Pſeudoapoſtolus, & verus prælatus* f. 42. a.
*falſus paſtor.* IV. *De* Sacramento pœnitentiæ, *ac* clavibus *Eccleſiæ ſ. poteſtate ligandi & ſolvendi* differit, atque oſtendit, *Petrum & omnes Apoſtolos habuiſſe eam, ſed miniſterio, non imperio : omnes etiam fideles ſimiliter, licet non æqualiter, eandem facultatem accepiſſe.* f. 49. 50.
*Non in Eccleſiam Catholicam non in Concilium Latinum, non in Papam ut in ſolum Deum nos credere:*

*Unam Eccleſiam Catholicam confiteri oporte*
*ſed hanc unitatem in unitate fidei & capitis, &*
*unitate lapidis angularis, non in unitate directo-*
*ris Petri vel ſucceſſoris* conſiſtere. Ulteri
f. 55. reprehendit prolixe ponentes *tres partes eſſe*
f. 62. *tiales* Sacramenti Pœnitentiæ, *contritionem*
*confeſſionem & ſatisfactionem.* V. Affirma
f. 68. *indulgentiarum materiam eſſe abuſum quæſtoru*
*& ſæpe illorum falſum crimen, nonnunquam im-*
*puram & corruptam intentionem Papæ.* San-
2. Pet. 1. ctum *Petrum primum Papam omnes vias & adi-*
4. f. *tus regni ſuſtuliſſe, præter viam ſcalæ hujus:*

1. Fugientes ejus, quæ in mundo eſt concu-
   piſcentiæ corruptionem,
2. Omnem curam ſubinferentes,
3. Miniſtrate in fide veſtra virtutem,
4. In virtute ſcientiam,
5. In ſcientia abſtinentiam,
6. In abſtinentia patientiam,
7. In patientia pietatem,
8. In pietate fraternitatis amorem,
9. In amore fraternitatis charitatem.

*Hæc enim ſi vobis aſſint, & ſuperent*, id eſt,
perfectè ſint, *non vacuos, nec ſine fructu vo*
*conſtituent in Domini noſtri cognitione.* Cu
*enim non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manu viam*
*tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum*
*delictorum. Ergo ſine his*, concludit Weſſe-
lus, *neque eſt clavis Regni, neque purgatio.*
*Hancque viam ſolam dicit abundanter miniſtrare*
*introitum in regnum Dei & ſalvatoris, & ho*
*non*

*non autoritate ſummi Pontificis errare potentis, ſed autoritate Spiritus Dei loquentis per eum. Videtur igitur expreſsè Spiritus S. propheticè per Petrum damnaſſe & reprobaſſe formam indulgentiarum.*

Hinc VI. materiam fraternitatis & participationis, oſcitanter & frigide ab aliis tractatam explicat, validisque argumentis probat, *religioſorum*, ut vocant, *merita transferri in alios haut poſſe*. Tum *ſacrificium Miſſæ* & *purgatorium* refellit prolixè, ac de *ſtatu profectuque animarum* diſceptat. f. 70. f. f. 72. 76.

Hæc fere ſunt illa doctrinæ capita, quæ *Weſſelus* tradidit, atque è ſacris literis potiſſimum propugnavit. Extat ejus quoddam vaticinium à *Noviomago* conſignatum, quod à *M. Joanne Oſtendorpio* Canonico *Templi D. Lebvini Daventrienſi*, viro multo ſtudio longaque experientia doctiſſimo, ſe audiviſſe ſcribit, nimirum Oſtendorpium adoleſcentem admodum *Weſſelum* ſenem adiiſſe & inter cætera ab eo audiviſſe, quaſi jam quod futurum erat prævidente: *Studioſe adoleſcens, ad illum, vives diem, quo doctrina recentiorum & contentioſorum iſtorum Theologorum, Thomæ & Bonaventuræ, & aliorum ejusdem farinæ, ab omnibus verè Chriſtianis Theologis explodetur.* Deceſſit ex hac luce Lux mundi Weſſelus A. MDCCCCLXXXIX. ſepultusque eſt Gröningæ.

Hæc de *Weſſelo* prolixius paulo in ſtudioſorum gratiam adduximus, ut intelligerent quo imbutus Præceptore noſter, quam gravi autore ad Græcas latinasque & Hebrai-

cas

cas etiam literas perdiſcendas & docendas inductus fuerit. Nunc de *Andronico Contoblaca*, Græco, & utriusque linguæ perito homine, aliquid dicendum eſt. Nam hujus inſtinctu excitatus Capnion fuit, ut alios erudiendos in Græcis literis ſuſciperet, quemadmodum ex ejus epiſtola nemini non patere poteſt, quam proinde hic legendam damus, ex L. II. Epiſtol. Illuſtr. viror. ad Reuchl. datarum.

*Andronicus Contoblacas, natione Græcus, utriusque linguæ peritus, Joanni Reuchlin Phorcenſi.*

S. P. D.

*Tuum modo ingenium literarumque Græcarum experti doctrinam, magnoperè optamus atque hortamur, ut alios Græcas literas edoceas; quod multum conducet. Nam non ſolum id muneris tibi prodeſſe, ſed etiam audientibus honori fore arbitramur. Quare tuâ doctrina atque noſtra autoritate fretus, literas Græcas audire volentes erudias, ut & ipſi doctiores in dies evadant, & tu ipſe in legendis autoribus clarior ac venuſtior ſis. Vale. Baſileæ* A. CCCC LXXVII.

Tantorum virorum monitis parens Capnion, Græcos Latinosque ſcriptores publice interpretari aggreſſus, nominis ſui famam egregie illuſtravit. Qua de re *Guilielmus Copus* Baſileenſis, Medicinæ Doctor teſtatur ſuis ad Reuchlinum Lutetia Pariſiorum per-

perſcriptis literis, quibus ſignificat, ſe, cum in aula Chriſtianiſſimi Francorum Regis ageret, ejus cauſam contra Epiſcopum ſuscepiſſe, & Regi interroganti, an Reuchlinum noſceret, reſpondiſſe, jam annis quadraginta eum non vidiſſe, ſed tum quum Baſileæ doceret Reuchlinus, audiviſſe à Præceptore ſuo *Joanne Heberling Gamundienſi*, ipſum *celebratiſſimi fuiſſe nominis, & in liberalibus artibus, & humanitatis adeò, ut ea tempeſtate nemo eſſet ipſi comparandus. Nec deſiiſſe illum ab illo tempore continuam in literis operam collocare.* Cujus rei opportunam nactus erat Baſileæ occaſionem. Nam in promtu & ad manus erant Codices Græci, quos Synodi tempore Anno MCCCCXXXI. inſtitutæ, *Nicolaus Cuſanus* eò deportari curavit: illos & inſpicere & deſcribere poterat. Quid verò & quomodo, ac quo cum fructu Baſileæ docuerit Capnion, ipſe in epiſtola ad *Adrianum S. Chryſogoni Cardinalem* his verbis exponit: *quondam adoleſcens ego*, dum *aſperam & rudem ſeculi ſuperioris philoſophiam apud* Rauracos *meditor, ſtatim ad cultum & æquabile genus orationis latinæ, ſive ſolutam velles, ſive modis vinctam, adjeci animum. Interque primos Profeſſores ut eſſet aliquis etiam uſus mei in reſtituendis literis, extra ordinem utriuſque generis authores publice docui. Atque id primum ſtudio, magis ut Grammatici quam elegantes haberemur. Quid enim requireres amplius ab hominibus, qui annos jam ſupra tercentos*

Dedic. libri de acc. & orth.

cento

*centos aliud nihil moliebantur, quam ut barb[a]ri eſſent? Unde cum loquendi vitio, amor etiam [&] voluptas quædam balbutiendi inſederat.* S[ed] *proſperè ceſſit. Magnæ rei non fruſtra admol[i] manum ſumus, tametſi ſtrenue refragarem[tur] initio iſtius generis magiſtri, quos hodie ſcil[icet] hoſtes patimur, quibus corruptiſſimo judicio [&] admirabili* φιλαυτίᾳ *tumentibus, nihil præter ſu[as] ſuas recte probatur. Jam uſu res exſplendeſc[e]bat, fiebatque ut purius & ſcriberet, & dice[ret] juventus Germanica: idque me auſpice.* Dein[de] *acceſſit* Græcarum literarum *ſtudium, ſine qui[bus] bus nemo ſat politus cenſeri poteſt. Hiſce ad Phi[lo]loſophiam revocabamur* Ariſtotelicam, *quæ no[n] niſi à Græcis hominibus propriè ac rite tradi ſol[et]. Huc aſpirabant, ſi qui bonis ingeniis non corrup[ti] iſta & perturbata diſciplina infecti erant.* Se[n]*ſim pueriles ſcholarum nugæ deſerebantur.* [I]*verò ſupercilia tollentes veternoſi Sophiſtæ, m[eo]rum, ut ridiculi ajebant, literarum genus à nob[is] tractari, alienum à Romana pietate, Græcos ſch[i]smaticos eſſe. Interdictas eorum diſciplinas con[tra] Eccleſiæ decreta nobis magiſtris prodi.* [Vi]*den! quanti ratio mihi primorum ſtudiorum con[ſti]ſtiterit, per quæ rerum diſcrimina, quid paſ[ſus] â Sophiſtis effecerim ut reſipiſceret Germania v[el] tandem. Sero enim Phryges ſapiunt.* H[æc] *ſunt primæ juventæ merita, quam intellig[o] omnem in diſcendis juvandisque literis actam.* Edidit eam in rem Latinum Lexicon, cui Bre[vi]viloqui titulum indidit; qui liber tum, cum nondum meliores in hoc genere extarent

& ex

& expetitus eſt, & ſtudiis profuit. Ut verò hunc laborem moleſtiæ plenum in ſe ſuſciperet, effecerunt *Amorbachii* fratres, officinam typographicam inſigni rei literariæ bono ea tempeſtate inſtituentes, quorum proinde operam nduſtriamque *Eraſmus Roterod.* in epiſtola ad *Leonem X.* in procuranda nova *Hieronymi* editione collaudat. *Porrò* inquit, *plurimum attulerunt momenti fratres* Amorbachii, *quorum & impendiis & ſudoribus cum Frobenio communicatis, hoc negotij potiſſimum peragitur. Quæ quidem domus in hunc uſum ab ipſis fatis parata videtur, ut ejus operâ reviviſceret* Hieronymus. *Pater vir omnium optimus tres filios in hoc Græcis, Hebræis ac Latinis literis curarat inſtituendos. Ipſe decedens liberis ſuis hoc velut hæreditarium commendavit, quicquid erat facultatum huic negotio dedicans. Atque optimi juvenes pulcherrimam provinciam ab optimo parente mandatam gnaviter obeunt, ſic mecum partiti* Hieronymum, *ut quod ab epiſtolaribus libris ſupereſt, id ad illorum pertineat curam.* Extat *Joannis Amorbacchii* epiſtola ad *Reuchlinum*, qua illius operam flagitat in reſtituendis atque emendandis multis Hieronymi locis, eam dignam judico, quam cum lectore communicem.

*Ioannes Amorbacchius impreſſor Baſilienſis, Ioanni Reuchlin Phorcenſi LL. Doctori.*

S. P. D.

Egre-

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*Egregie Doctor, vir humaniſſime. In com-mentariis* S. Hieronymi *ſuper Prophetas ſu-plurima vocabula* Græca *è diverſis translatori-ex* Hebræo *variè interpretata. Et fortaſſe illud hoc accidit, quia viderunt unam literam Hebræ- pro alia. Vocabulis autem græcis quæ in diction- græcis apud nos exiſtentibus non invenio, fidem- re non audeo. Sunt etiam ea vocabula in antiq- libris ita corruptè ſcripta, quod literas qu- non cognoſco. Quapropter ea vocabula Græ- quæ non intelligo in quaternionibus quibus- depinxi; eo modo quo potui ex antiquis libr- & eis breves ſententias ex commentariis p- miſi, dedique ea omnia religioſo viro,* Conrad Leontorio*, tibi, ut dicit, notiſſimo, ad te deferen- qui & mihi affirmavit rem meam apud Te pro- vere, & inſtare, ut operam des illorum emendati- & correctioni. Quod & ego peto ea inſtantiâ, q- poſſum. Et pro laboribus quicquid petieris libera- ſimè dato. Si autem me derelinquas, neminem- in Alemannia, qui me juvare poſſet. Et forte p- pter hoc, opus infectum permanebit. Spero eti- poſtquam* Hieronymus *cum ſuo* Græco & He-bræo *fuerit impreſſus, quod rudimenta hebræa p- ribus vendentur. Vale feliciter.* Ex Baſil- XXVII. Junii, M D IX.

Ita fato quaſi accidit, ut *D. Hieronymus* - eo lucem acciperet & reſtitueretur, qui p- mus poſt *Hieronymum*, undecim propemo- dum ſeculorum intervallo; literas Hebra- cas reſtituit, & alter *Hieronymus* nomina- meruit. Sic doctiſſimum virum, *Petru-*

*Moſe-*

*Moſellanum* judicaſſe de Noſtro, legi in epiſtola ad eum Lipſiæ A. 1518. data, quâ ſic eum compellat: *Tu es ille* Capnion, *in quo vetuſtus ille* Pythagoras *revixit, in quo* Plato *reviguit, in quo* Divus Hieronymus *refloruit. Breviter, quicquid uſquam gentium philoſophiæ olim erat in precio, in te velut renatum miratur mundus.* Quatuor autem annos docendo diſcendoque exegit Baſileæ, indeque *Aureliam* diſcedens, ibi eandem de literis bene merendi rationem, quam in Germania ſibi propoſuerat, tenuit conſtanter. Didicit ſimul & Latinorum jura & docuit Græcorum præcepta; de quibus tunc *artem Grammaticam* Græcè conſcripſit, cui titulum *μικροπαιδείας* fecit, eamque anno pòſt *Pictionibus* Galliæ Aquitanis publice legit, atque illic ſummos in Jure Civili honores meruit. Hæc omnia de ſe ipſe *Reuchlinus* ſcribit in epiſtola ad fratrem *Dionyſium*, quâ Rudimenta & Lexicon Hebraicum ei inſcribit. *Poſtea enim quàm*, inquit, *anno ætatis meæ duodevigeſimo* Priſciani Cæſarienſis *literaria ſtudia in ſchola* Pariſiorum *aggreſſus ſum, biennio poſt apud* Rauracos *collegi,* Dictionarium, *quem appellavi* Breviloquum: *eo tempore atque eodem* Baſileæ *cis Rhenum in loco ſub* Andronico Contoblaca, *natione Græco, linguam Græcam didici; quam elapſis inde quatuor annis inter* Gallos *primo apud* Genabum, *quas nunc* Aurelianas *vocant, ſeminavi, ubi tempore protracto & Iuri Civili dedi operam, & fui à Doctoribus honore* Papinianiſta-

Juris ſtudio ſe tradit Aureliæ.

rum *decoratus*, *Anno ſcilicet Domini* M CCCLXXIX. *Vide mi frater*, *qu circumſpectione vitam duxi. Nam univerſam pem, quam diſcendo impendi, docendo acqui ſimul enim & didici Latinorum jura, & docui* G*corum præcepta, de quibus tunc artem Gram ticam Græcè conſcripſi, cui titulus extabat* μ*παιδείας*, Micropædia *: eam anno poſt* Pi*nibus Galliæ Aquitanis publice legi, atque il Jure Civili cathedram merui.* In majo hujus rei fidem publicas Univerſitatis ctavienſis literas ſubjicere placet.

Pictavis licentiam ſummos in Jure honores conſequendi impetrat.

*Vniverſis præſentes literas inſpecturis & audi* Petrus Vaiall*, in legibus Licentiatus, Canonic clesiæ ſecularis & collegiatæ beatiſſimi* Hilarii m Pictavis*, ad Romanam Eccleſiam nullo medi tinentis : Vicarius atque Commiſſarius vener & circumſpecti viri, Domini* Thomæ de L daz *theſaurariique Eccleſiæ beatiſsimi* Hi *majoris* Patavis *prædictæ, ac ratione dictæ th rariæ Cancellarii almæ matris univerſitati nerabilis & fructiferi ſtudii generalis Pict. ab prafato Domino Cancellario ſolus & in ſolidum infraſcripta ſpecialiter deputatus, Salutem in eſt omnium ſcientiarum caput & autor atque rificus diſpenſator. Dignum namque & ra conſonum exiſtit, quod jurisperiti qui vitam laudabilem oſtenderunt, & docendi peritiam interpretandi ſubtilitatem patefecerunt, quibu rum gravitas, laborum aſſiduitas & ſtipendi prolixitas ſuffragentur, prout & veteribus pla laudabiliter decorentur, ad gradum aſcender*

*mit*

*mittantur celſiorem.* *Cum itaque venerabilis & ſcientificus vir, magiſter* Joannes Reuchlin Phorcenſis, *diœceſis Spirenſis, in legibus baccalaurius, de cujus facundia eloquiove & doctrina, diſcretaque morum honeſtate fama funditus divulgata conſiſtit: de quo etiam tam in collationibus quæſtionum reſponſionibus, quam argumentorum diſſolutionibus laudabile teſtimonium perhibetur, in præfata alma* univerſitate *atque ſtudio* Pictavenſi *jura civilia ſub auditorio reverendorum patrum & dominorum, Dn.* Bernardi Durandi & Hugonis de Banza, *utriusque juris eximiorum profeſſorum doctorumqae ſuorum actu in alma univerſitate* Pictavenſi *in facultate legum regentium continue per tempora ſufficientia audierit, & deinde poſt auditionis & lecturæ ſuæ tempora completa, ſecundum ſtatutorum ſtudii prædicti exigentiam atque per eminentis ſcientiæ viros, dominos doctores, & collegium doctorum in eodem ſtudio regentium diligenter cum rigore in camera examinis eorundem in noſtra præſentia examinatus & pro idoneo repertus, ad* licentiam *publicam ſibi per nos obtinendam & recipiendam nobis prædicto vicario & commiſſario præſentatus fuerit, nos requirendo dicto baccalaurio licentiam publicam ſibi per nos impertiri. Notum igitur facimus per præſentes, quod nos præſentationi & requiſitioni prædictorum doctorum benignitatibus annuentes, expoſcentibus meritis dicti baccalaurii retributione condignis, quem de morum honeſtate quamplurimum commendandum comperimus, hodie in prædicta eccleſia beatiſſimi* Hilarii *die ſiquidem pro* licentia *publica ſibi & aliis nobis ad eam ſimiliter recipiendam præſentatis, impertienda*

*tiendæ in comitiva totius univerſitatis Pictav-*
*ſis propter hoc inibi congregatæ, pariter & reve-*
*dorum patrum & dominorum Ablatum, Magi-*
*rum, doctorum, lectorum & nobilium ibidem*
*ſiſtentium aſſignata; præfatum magiſtrum* Jo-
nem Reuchlin Phorcenſem, Licentia-
*in jure civili creavimus & creamus per præſe-*
*eidemque legendi, docendi, interpretandi &*
*blice diſputandi in dicto jure civili, & om-*
*alia & ſingula faciendi, gerendi & libere*
*cendi, quæ ad verum* licentiatum *in*
*jure civili noſcuntur quomodolibet pertin-*
*hic & ubique terrarum ſe duxerit tranſf-*
*dum, dedimus & conceſſimus, tenoreque præſen-*
*damus & concedimus licentiam & liberam fa-*
*tatem, juramentoque ab eodem nobis præſtito;*
*nobis, dicto domino Cancellario & Rectori hujus*
*univerſitatis* Pictavenſis *eorumque ſucceſſo-*
*parebit in licitis & honeſtis: Et quod nec*
*liu, conſilium, vel favorem contra perſonam*
*domini cancellarii ſucceſſorumque ſuorum jur-*
*dictæ ſuæ cancellariæ præſtabit quoquo modo in*
*turum Statutaque: ejuſdem univerſitatis* Pictave-
ſis *juraque & prærogativas ipſius domini canc-*
*rii ſucceſſorumque ſuorum inviolabiliter obſerv-*
*ad quemcunque ſtatum pervenerit. Et quanqu-*
*ſecundum ſtatuta dictæ noſtræ univerſitatis* Pict-
venſis *dictus* Reuchlin *juramentum nobis pr-*
*terit de non recipiendo inſignia doctoratus alibi qu-*
*in hac alma univerſitate* Pictavenſi *viſis tamen*
*discuſſis nonnullis rationabilibus cauſis, nos una c-*
*collegio doctorum earundem facultatum ad hoc*
*preſſe conſentientium dictum* Reuchlin *diſpen-*

*vim-*

*vimus & diſpenſamus per præſentes de recipiendo inſignia doctoratus quando & ubi voluerit. In cujus rei teſtimonium, ſigillum dictæ theſaurariæ cui prædictæ cancellariæ officium eſt annexum, præſentibus literis duximus apponendum. Datum & actum in prædicta eccleſia beatiſſimi* Hilarii *majoris* Pictavis *die XIIII. menſis Iunii, Anno M. CCCC. octogeſimo primo.*

His ornamentis auctus *Reuchlinus* in Germaniam rediit, ac in ea *Tubingam* præ aliis locis elegit. Ubi inſcriptus atque in numerum ſtudioſorum receptus eſt, Rectore Academiæ *M. Conrado Schœferlin,* Canonico Eccleſiæ Collegiatæ Stutgardienſis, his verbis, quæ Mart. Cruſius Part. III. A. S. Lib. VIII. cap. XVII. p. 463. ex Albo Tubingenſi, ut vocant, deſcripſit: *M. Joannes Rœchlin* (καπνίων) de Pfortzen/ *Legum Licentiatus, V. Idus Decembris.* Hocque in loco Doctoris titulum atque inſignia adeptus eſt: & cum ob Aulæ Würtembergenſis vicinitatem, tum bonorum eruditorumque virorum magnam utrobique copiam, quorum aliqui in Gallia familiares ipſi fuerant, facile emergere poterat. Quod brevi quoque factum eſt. Nam Würtembergenſis Comes EBERHARDUS ſenior, Barbatus & Probus appellatus, (quemadmodum *Martinus Cruſius* Part. III. Annal. Suev. L. IX. Cap. VI. p. 500. & *Reuchlinus* in epiſt. dedicat. libri de arte Cabaliſt. eum vocant, licet alii, ac nominatim *D. Tobias Wagnerus* in deſcript. Geneal. ut &

Doctor fuit Tubingæ.

Cum C. Eberhardo in Italiam proficiſcitur.

in der kurtzen Hiſtoriſchen Entwerffung herkunfft und Stammens - Urſprung beeden Durchl. Häuſer Würtenberg und ſen / ac demum in append. Geneal. C A. 1674. *Eberhardo* erecti, *Eberhardum* V niorem, *Eberhardum VI.* autem Barbatum ſtinctè appellent ) Capnionem ſibi ad xit, haud ita diu poſt quam in Academ Tubingenſem veniſſet, ſed, ſi *Cruſio* hab da fides eſt, eo ipſo anno; quo profe Romam eſt, ut à Pontifice poteſtatem cœnobii in *Schonbuchiana* ſylva cond impetraret. *Reuchlinus* in jam adducta ſtola ſcribit, *ſe in Italiam profectum cum* Eberhardo Probo, *Suevorum noſtra ætat mo duce, intraviſſe* Florentiam *circiter d mum calend. Aprilis, anno ſalutis milleſimo drigenteſimo octuageſimo ſeptimo.* Quæ conc re aliter cum *Cruſio* nequeo, niſi hac ra ne, ut ſtatuam, *Eberhardum* aliquot an in iſto Italico itinere conſumſiſſe. Q quid verò ſit, parum enim ſitum nob eo eſt, hoc conſtat, *Eberhardum* C mitem Reuchlinum itineris ſibi çomite à ſecretis eſſe voluiſſe. Quod ut faceret, eff runt *Ludovicus Nauclerus, Petrus* Jacobus *Arlu* & *Gabriel Biel* viri & docti, & ætate g propterea quod, ut *Melanchthon* loquitu *exteras nationes antea vidiſſet, & uſum* *Latine dicendi & ſcribendi, & ſonum pronun nis minus horridum: animadvertitque* Eber dus *libentius audiri ejus orationem à ſumm*

orat. continente hiſtor. Capnionis.

*ris, quam aliorum, qui retinebant patrium ſonum.* Hoc nomine graviter invehitur in Svevos *Jacobus VVinpfelingius* Sletſtattinus, in explanat. Hecatoſtichi ad *Eberardum.* Sic enim adverſum

*Barbariem tollit fœlix Academia priſcam*

commentatur: *felix Academia* Tubingenſis, *quæ* tollit *priſcam barbariem, ruſticitatem & ignorantiam*; & ſequentem in modum Magiſtros compellat: *Vtinam & vos* Suevicæ *pueritiæ & juventutis præceptores eradicetis abſurdam illam & ineptam vocalium pronunciationem, quarum ſonus in omnibus aliis etiam literis concurrit, tum in principio, ut in ſemivocalibus & liquidis, tum in fine, ut in mutis. Ne de cætero ipſas vocales tanquam diphthongos pueri more balantum exprimant: neve adulti ex patria ſua in* Italiam Romamque *profecti, cum inter exteros vel familiariter, vel ut oratores loquuntur, ludibrio ſint ſibi ipſi, patriæ, præceptoribus, & univerſæ Germaniæ. Audientes enim Itali & cæteri tam barbaram* Suevorum *pronunciationem interrogare ſolent: putant ne hi homines ſeſe linguam loqui Latinam.*

Quid Florentiæ, qua illo ævo nihil erat floridius, viderit, didiceritque Noſter, ipſe commemorat in Epiſtola ſemel iterumque adducta, qua *Leoni* X. Pontifici ſe ſupplicem commendat, quod nimirum *Laurentius Medices*, cum intellexiſſet, *Eberhardum* Principem ſibi colloquium cum eo exoptare, protinus peregrini dexteram perquam humaniter apprehenderit, omnesque quos ſecum habebat, domum

ſuam duxerit, ac ſingula viſu digna oſte-
derit, faberrima equorum ſtabula, arm-
mentarium omni apparatu bellico re-
tum, thalamos pretioſiſſimis aulæis orna-
pulchrosque tapetes, & in excelſo culminis
cto arboribus conſitum nemus, Heſperid-
hortos ac aurea mala, bibliothecam
ſtructiſſimam; quam cum in cœlos uſ-
laudibus extolleret Capnion, reſpon-
*majorem ſibi theſaurum in liberis eſſe, quàm*
*bris.* Venit Noſter tum quoque ea oc-
ſione in amicitiam familiaritatemque vi-
rum doctiſſimorum & veterum autor-
peritiſſimorum, *Demetrii Chalcondylæ, Ma-*
*Ficini, Georgii Veſpucii, Chriſtophori Landini,*
*loris Angeli Politiani, Joannis Picæ Mirandul-*
*mitis*, aliorumque, quos *Laurentius Me-*
ad inſtaurandas illuſtrandasque meliores
teras honeſta mercede conduxit. Q-
res apud Noſtrum effecit, ut deinceps D-
*nyſium* fratrem *Florentiam* mitteret, ut ſu-
in loco diximus. Extant plerorumque
lorum virorum, eruditione præſtantium, ſc-
pta & literæ ad Capnionem datæ, quæ
ſertæ ſunt epiſtolis Illuſtr. virorum. *Mar-*
*Ficini* primum locum in Libro primo occ-
pant, quartum *Jo. Franciſci Pici Mirandulæ D-*
*mini Concordiæque Comitis*; ejusdem aliæ L-
bro II. leguntur: Duæ itidem *Demetr. Ch-*
*condylæ Athenienſis* comparent. In quos R-
mæ inciderit homines doctos Reuchlin-
quantoque in pretio atque honore habit-

ab ipſis fuerit, infra indicabimus. Intellexit certe abundè *Eberhardus*, illius opera induſtriaque plurimum ſe adjuvari, cum Itali eum longe audirent lubentius, quam alios Suevos more patrio pronunciantes. Itaque graviſſimis negotiis eum adhibuit, ac non multo poſt ſuum ex Italia reditum ſecum duxit ad FRIDERICUM III. Cæſarem, qui tum Linzii, ut vulgo efferunt, ſive, obſervante Doctiſſimo viro *Petro Lambecio*, Lentiæ rectius, commorabatur. Ibi Optimus Imperator perſpecta Capnionis eruditione, prudentia, morumque venuſtate, communicato cum Proceribus Imperii conſilio, ipſum *S. Lateranenſis* palatii & Aulæ ſuæ Tribunalisque Imperialis *Comitem* ac *Nobilem* creavit, atque hæc privilegia, dignitates ampliſſimas & inſignia familiæ publico diplomate confirmavit, quod his conceptum verbis erat:

præfat. Bibl. Vindob.

Lentiæ ad Imper. Comit. Palat. & Nobilis privilegia atque inſignia accipit.

FRIDERICUS *Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex ac Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, & Portus Naonis, Comes in Habspurg, Tirolis, Phirretis & in Kiburg, Marchio Burgoviæ & Land-*

*gravius Alſatiæ, Honorabili* JOAN-
NI REUCHLIN *artium & leg.*
*Doctori, ſacri lat. Palatii, Aulæ*
*noſtræ & imperialis conſiſtorii Com.*
*necnon noſtro & Imperii ſacri fideli*
*lecto, gratiam Cæſaream & omne*
*num!*

*Honor imperatoriæ Majeſtatis ejusque glori excelſo ſolio collocata tanto amplioribus commen-tionum preconiis, tantoque gratioribus fidei & de-votionum impendiis fulcitur, quanto indeſinentius virtutis donaria, largiori benignitatis munere piosius fuderit in ſubjectos, quos pro noſtris & imperii ſacri honoribus, probatione multiplici ſtat ferventibus inſudaſſe ſtudiis. Sic à cern-te ſplendore Imperialis ſolii nobilitates aliæ ve ſole radii prodeuntes, ita fidelium ſtatus & Cond-nes illuſtrant, quod primævæ lucis integritas norati luminis detrimenta non patitur, imò plioris undique rutilantis jubaris expectato profunditur, dum in circuitu ſedis Auguſtalis ſtrium* Comitum, Baronum, Nobilium Procerum *numerus ad Imperii ſacri decorem liciter adaugetur; Sane ad nobilitatem & mul-conſiderandam circumſpectionis tuæ induſtriam liaque multiplicia virtutum tuarum inſignia cum ſæpenumero & inter arcana cordis revol-tes, cogitare plerumque ſolemus, quonam te mum munere & digno ornamenti titulo, ac be-centiæ dono decoremus, & tute præcipuis erga Romanum Imperium meritis, à Cæſareano ſ*

*præ aliis ſentias præcipuo fulgore illuſtratum, futuriſque temporibus fixa & ſtabilis noſtræ imperialis largitionis memoria inte præcellentius reſplendeſcat.* *Te igitur* JOANNEM REUCHLIN *memoratum, quem virtutum claritas & laudabilium morum venuſtas ſpeciali decore reddit inſignem, animo deliberato, non per errorem aut improvide, ſed ſano Principum, Comitum, Baronum, & procerum noſtrorum & imperii ſacri fidelium dilectorum accedente conſilio, motu proprio, de certa noſtra ſcientia & imperialis plenitudine poteſtatis,* ſacri Lat. palatii aulæque noſtræ & imperialis conſiſtorii Comitem *facimus, creamus, erigimus, nobilitamus, attollimus, & autoritate noſtra imperiali gratioſius inſignimus: Decernentes & hoc imperiali ſtatuentes edicto, quod tu ex nunc in antea omnibus privilegiis, juribus, immunitatibus, honoribus, conſuetudinibus & libertatibus frui debeas & gaudere, quibus ſacri* Lat. palatii comites *hactenus freti ſunt, ſeu quomodolibet potiuntur conſuetudine vel de jure. Quodque poſſis & valeas per totum Romanum imperium facere & creare* notarios publicos, *ſeu tabelliones & judices ordinarios, ac univerſis perſonis, quæ fide dignæ, habiles & idoneæ ſint, notariatus ſeu tabellionatus & judicatus ordinarii officium concedere & dare, & eos ac eorum quemlibet, autoritate imperiali de prædictis per pennam & calamarium inveſtire, prout moris eſt. Dum tamen ad practicam & executionem habiles & idoneos inveneris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus. Dummodo tamen ab ipſis notariis publicis ſeu tabellionibus & judicibus ordinariis per te facien-*

*te faciendis & creandis ut præmittitur, & eorum q- libet, vice & nomine ſacri imperii & pro ipſo R- mano imperio debitum fidelitatis recipias corpo- & proprium juramentum, in hunc modum vi- licet, quod erunt nobis & ſacro Romano imperio omnibus ſucceſſoribus noſtris, Romanorum impe- toribus, & regibus legitime intrantibus, fideles, n- unquam erunt in conſilio, ubi noſtrum pericul- tractetur, ſed bonum & ſalutem noſtram defend- & fideliter promovebunt. Damna noſtra pro p- poſſibilitate evitabunt & avertent. Præterea i- ſtrumenta tam publica quam privata, ultimas v- luntates, codicillos, teſtamenta quæcunque judici- rum acta & omnia & ſingula, quæ illis & cui- bet ipſorum ex debito dictorum officiorum facien- occurrerint, vel ſcibenda juſte, pure, fideliter, om- ſimulatione, machinatione, falſitate & dolo rem- tis ſcribent, legent & facient, non attendent- odium, pecuniam, munera, vel alias paſſiones a- favores. Scripturas vero quas debebunt in publi- cam formam redigere, in membranis mundis, n- in chartis abraſis neque papyreis fideliter conſcriben- legent, facient atque dictabunt, cauſasque hoſpita- lium & miſerabilium perſonarum, nec non pontes e- ſtratas publicas pro viribus promovebunt. Senten- tias & dicta teſtium donec publicata fuerint & a- probata, ſub ſecreto fideliter retinebunt, & omn- alia & ſingula recte & juſte facient, quæ ad dicta officia quomodolibet pertinebunt, conſuetudine v- de jure. Quodque hujusmodi notarii publici ſe- tabelliones & judices ordinarii per te creandi, p-*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

*ſint per totum ſacrum Romanum imperium & ubilibet terrarum facere, conſcribere & publicare contractus, inſtrumenta, judicia, teſtamenta, & ultimas voluntates, decreta, & autoritates interponere in quibuscunque contractibus requirentibus illas vel illa, ac omnia & ſingula alia facere, publicare & exercere, quæ ad officium publici notarii ſeu tabellionis & judicis ordinarii pertinere & ſpectare noſcuntur. Inſuper eadem Cæſarea autoritate prædicta ex certa ſcientia motuque ſimili tibi concedimus & largimur, quod poſſis & valeas* Naturales, Baſtardos, Spurios, Mamſeres, nothos, inceſtuoſos copulative *aut* diſjunctive, *& quoſcunque alios, ex illicito & damnato coitu procreatos, viventibus vel etiam mortuis eorum parentibus, legitimare, Illuſtrium tamen principum, comitum, baronumque filiis duntaxat exceptis, & eos ad omnia jura legitima reſtituere & reducere, omnemque genituræ maculam penitus abolere, ipſos reſtituendo & abilitando, ad omnia & ſingula jura ſucceſſionum & hæreditatum, bonorum paternorum & patrimonialium, etiam feudalium & emphyteoticorum, & generis cujuscunque alterius etiam ab inteſtato, cognatorum etiam, agnatorumque. Et ad honores & dignitates ſingulos actus legitimos, ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati, objectione prolis illicitæ penitus quieſcente. Et quod ipſorum legitimatio facta ut ſupra, pro legitime facta maxime teneatur & habeatur, ac ſi foret cum omnibus ſolennitatibus juris, quarum defectus ſpecialiter autoritate noſtra imperiali ſuppleri volumus & intendimus. Dummo-*

*modo legitimationes hujusmodi per te faciendi*
*præjudicent filiis legitimis & hæredibus, ſed*
*legitimandi cum legitimis æquis portionibus ſui*
*cedant parentibus & agnatis. Non obſtantibu*
*prædictis aliquibus legibus, quibus cavetur, q*
naturales, baſtardi- ſpurii, inceſtuoſi co
lative *vel disjunctive, vel alii quicunque, de il*
*coitu procreati aut procreandi, non poſſint vel*
*beant legitimari ſine conſenſu & voluntate filior*
*naturalium & legitimorum, ac aliis quibuscun*
*legibus, juribus, conſtitutionibus, ſeu conſuet*
*nibus, præſenti noſtro indulto & conceſſioni qu*
*modo contravenientibus, quibus omnibus & ſi*
*lis, & cuilibet ipſarum volumus expreſſe de*
*noſtra ſcientia derogari. Et etiam non obſtant*
*in prædictis aliquibus legibus aliis, etiamſi*
*eſſent, quæ deberent exprimi, & de eis fieri m*
*ſpecialis, quibus obſtantibus & obſtare valentib*
*hoc caſu duntaxat ex certa ſcientia & de plenit*
*ne noſtræ imperialis poteſtatis rationabiliter dero*
*mus & derogatum eſſe volumus per præſentes.*
*dem etiam autoritate omnem ſolennitatem jur*
*qua in ſuperioribus requireretur & quemlibet*
*defectum ſupplentes. Præterea ſingularibus*
*quibus tu aliis te munificum reddere valeas,*
*ceptum prævenire cupientes, tibi ut in facultat*
*facultatibus, quibus malueris viros ſcholaſtic*
*hoc idoneos & ſufficientes decem doctores tantum*
*hibitis tamen in qualibet creatione ad minus*
*ribus tribus, ac profeſſione ejus, qui creandus erit*
*in loco fueris ubi doctorum copia haberi poterit*
*minus, quos ipſe judicaveris hac promotione di*

*fa*

*facere, creare & promovere, illis quoque conſueta ornamenta & inſignia doctoralia concedere & conferre poſſis & valeas, autoritate noſtra imperiali præſentium per tenorem, plenam concedimus poteſtatem & facultatem: Volentes quod illi per te in doctores promoti & promovendi in locis omnibus & civitatibus Romani imperii & ubique terrarum libere debeant & poſſint doctorales actus facere & exercere, omnibusque & ſingulis gaudere & uti privilegiis, prærogativis & exemptionibus, libertatibus & conceſſionibus, honoribus, præeminentiis, & favoribus, ac indultis, & gratiis, aliisque quibuslibet, quibus cæteri doctores in ſtudiis privilegiatis & generalibus, nec non in curia noſtra imperiali merentes gaudent & utuntur, uti & gaudere poſſint quomodolibet in futurum.* *Et ut tu* Joannes Reuchlin *memorate, ab imperiali culmine uberiori te gratia affectum intelligas, ex certa noſtra ſcientia & imperialis poteſtatis plenitudine, te &* Dionyſium Reuchlin, *fratrem & germanum tuum, nec non liberos veſtros ex lumbis veſtris legitime deſcendentes, tam maſculos, quam fæminas, ad nobilium virorum gradus & inſigni nobilitavimus, nobiles fecimus, conſtituimus, creamus, & nobilitatis faſcibus & titulis, vigore præſentium, clementer inſignimus, & vos juxta qualitatem humanæ conditionis nobiles dicimus & nominamus. Et ab univerſis & ſingulis perſonis cujuſcunque conditionis, præeminentiæ, ſtatus & dignitatis exiſtat, pro veris bilibus haberi, dici, & nominari volumus, & reputari. Hoc imperiali ſtatuentes edicto, & eadem autoritate*

*toritate expreſſe de cernimus, quod vos fratre pra ſcripti, & qui ex vobis legitime naſcentur, e que hæredes, deinceps ab hinc ubicunque locorum terrarum, in judicio & extra, in rebus ſpiritua & temporalibus, eccleſia ſticis & prophanis, e ſi in præſentibus de ipſis fuerit facienda mentu cialis, nec non in omnibus & ſingulis exer actibus, & ſtudiis, illis honoribus, dignitatibu ficiis, libertatibus, inſigniis, privilegiis, gra indultis, modo ſupra ſcripto gaudere, uti, & poſſitis, & debeatis, quibus ſacri imperii Ro nobiles de nobili procreati proſapia gaudent, u tur & fruuntur, & ad quæ admittuntur & piuntur quomodolibet, conſuetudine, vel de jur ſi de quatuor avis paternis & maternis milita geniti & procreati eſſetis. Cæterum & ut uber beneficentiæ noſtræ dono, meritis veſtris exigen à nobis vos ſentiatis abundantius exornari, & hæredibus veſtris legitime ex lumbis veſtri ſcendentibus arma illa & inſignia ſuperius deſig videlicet ſcutum coloris ceſii, alias laſurii app in cujus medio ara aurea cum accenſis carbu & fumo, inſcripta in quadro his literis,* Ara C pnionis. *Scuti autem ſummo impoſita galea neamenti, viridis lauri ſerto coronata & ceſu reisque teniis redimita, citream molendini ro continet, quemadmodum in medio præſentium p ris arte clarius cernuntur figurata, autoritat ſtra cæſarea de novo gratioſe concedimus & l mur. Volentes atque prædicta imperiali decern autoritate, quod vos præfati* Reuchlin *& h des veſtri legitimi ex lumbis veſtris deſcendentes dem armis & inſigniis, tam joco, quam ſerio,*

*torneamentis, haſtiludiis, pugnis, bellis, duellis, vexillis, ſepulchris, ſigillis, annulis, & aliis clenodiis, ſive actibus nobilium, militarium, ac armigerorum more deferre & geſtare, ac eis uti & frui poſſitis & debeatis, ac ipſi poſſint & valeant; contradictione & impedimento ceſſante quorumcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ creationis decreti, ſtatuti, conceſſionis, nobilitationis, armorum conceſſionis & voluntatis, gratiæ paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, ſub pœna noſtræ indignationis graviſſima, & quadraginta Marcarum auri puri, quas contra facientes totiens quotiens contra factum fuerit, ipſo facto ſe noverint irremiſſibiliter incurſuros. Quarum medietatem imperialis Fiſci ſive ærarii, reſiduam vero partem injuriam paſſorum uſibus decernimus applicari. Præſentium ſub noſtri imperialis Majeſtatis Sigilli appenſione teſtimonio literarum. Dat. in oppido noſtro* Lintz, *die viceſima quarta menſis Octobris. Anno domini Milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſecundo: Regnorum noſtrorum, Romani quinquageſimo tertio, Imperii quadrageſimo primo, Hungariæ vero trigeſimo quarto.*

Neque hic ſubſtitit munificentiſſimi Imperatoris liberalitas, ſed cum vidiſſet, noſtrum avidiſſimum linguæ Hebraicæ eſſe, ac Medico ſuo, gente Judæo, *Jacobo Jehiele Loans*, Præceptore uti, ad cætera dona Codicem Hebræum pulcherrime & emendate in membrana ſcriptum, adjunxit, de quo infra, ubi de Bibliotheca Noſtri prolixior nobis ſermo erit, plura habebit ſtudioſus

Codice Hebr. donatur.

Lector. Hauſi verò, quæ de Codice Capnioni oblato dixi, ex Melanchth qui ea procul dubio ex familiaribus co quiis cum cognato ſuo habitis accepit, que ipſa ejus verba ſubjungam. *Non to poſt reditum*, inquit, (ex Italia) *miſſus* FRIDERICUM *Imperatorem, ubi* Medicos *ipſius erat Judæus*, Jehiel Lo *quem cum in illis aulicis congreſſibus ſemel iterum* Capnio *aliquid de lingua* Hebræa *citatus eſſet, & Jehiel videret eum avidum ejus linguæ, admiſit eum in familiaritatem, & tionis tempore fideliter eum in Grammatica eru. Hic, cum deliberatio eſſet in aula de munere Oratori, ut mos eſt,* Capnio *per hunc ſuum giſtrum perficit, ut donaretur* Codice Hebr *pulcherrimè & integerrimè ſcripto, continente ſen & alios libros Propheticos. Delectatus eſt & ſapiens Imperator ſtudio hominis Germani cætera dona hunc pulcherrimum Codicem, qui nu tuiſſet emi trecentis aureis, adjunxit. Fla igitur ſtudio, & cognitis rudimentis, & inſtr Bibliis, ipſe jam, quantum aula concedebat poris, tribuit ſimul lectioni Propheticæ. Ita & Eccleſiæ doctrinam rectius diſcebat, & in lin exercebatur.* Meminit ipſe quoque Reu linus hujus ſui Præceptoris in epiſtola, fratri Dionyſio inſcribit Rudimenta & xicon Hebr. his verbis: *cumque me ſecum piſſet ad* Sereniſs. Imperatorem FRID RICUM III. inclytus Princeps EBE HARDUS Probus, *de cujus patriciis ego que Conſul eram: tum reperi ea in legatione Jud* doc

*doctum ſimul atque literatum, nomine* Jacobum Jehiel Loans, *imperiali munificentia & Doctorem Medicinæ & Equitem auratum. Is me ſupra quam dici queat, fideliter literas Hebraicas primus edocuit.* Ad hunc deinceps Capnion literas dedit Hebraicas, huminitate plenas, quibus illi & gratum pro fideli informatione animum teſtatus eſt, & quantum profecerit in hoc ſtudii genere, ſignificavit. Itaque raro exemplo & rempublicam & literas pari ſtudio feliciter pertractavit, & bene mereri de utriſque cœpit, ac propterea Imperatori æque ac Principi Eberhardo charus, maximiſque honoribus & muneribus capitalque ribus auctus fuit. Cæſar enim FRIDERICUS, qui Lentiæ Anno MCCCCLXXXXIII. XV. Kalend. Septembr. Reuchlino adhuc ibidem commorante, gangræna correptus alterum ſibi pedem, quo ſæpiſſime & clauſtra, & portas fregiſſe atque disjeciſſe dicitur, amputari ſibi voluit, ſupremum diem obiit, eum in conſiliariorum ſuorum numerum retulit. Qua de re Capnion ipſe ad *Maximilianum*, Friderici filium, in ſua defenſione contra Colonienſes calumniatores hunc in modum ſcribit: *Qui ſub* Divo Patre *Tuo causarum patronus militavi quondam, tam in ſenatu, quam in conſiſtorio aſſeſſor & Imperialis Palatii comes.* p. 10. Sic Noſter rebus præclare Lentiæ geſtis domum rediit, qui tamen biennio poſt, anno nempe ſalutis per Chriſtum Servatorem reſtitutæ MCCCCXCV. cum MAXIMI-

LIANUS Romanorum Rex Co[m]
Wormatiæ, conſultaturus cum Imperii
dinibus de ſervanda pace communi (de
Frieden) de auxilio contra Turcas co
do, de Carolo Franciæ Rege Italiam
xante cohibendo, ac demum de jud
quod *Camera* vocant, recte inſtitue
indixiſſet, in ſplendido Eberhardi c
tatu, eo profectus quoque eſt, teſtibus
tino Cruſio Duod., III. Lib. IX.
VI. & Hortledero L. III. cap. I. von
ſachen des Teutſchen Kriegs p. 614.
his comitiis *Eberhardus* comes primus
rum ea ætate, unâ omnium Imperii
num ſententiâ, ſolenni ritu, quem *Io. L*
*rius*, aliique, & ex illis Cruſius l. c. deſcr
runt, Sueviæ Dux à MAXIMILIA
R. creatus fuit, ſuo merito, quippe
*Ioannis ex Lupis de Hermansgrün*, Or
L. 1. Ep. ad R. Maidburgenſis judicio, videbatur omn
Principibus non modo ſuo tempore pr
rendus, ſed & priſcis, clariſſimis & illu
bus ob virtutem meritò comparandus:
que, *Sebaſtiano Brant*, J. V. D. ad Cap
nem Baſileâ ſcribente, *Germania nihil ha*
*excellentius, nihil illuſtrius, & qui ſingulari ſu*
*tute atque bene actæ vitæ præconiis cantati*
*Ducale nomen militarisque Romani Imperii*
*plinæ ſupremum Magiſterium jure meritiſſi*
*à Sacroſancta Regia Majeſtate obtinere meruit.*
ti Ducis gratia ſi frui diu conceſſum
pnioni fuiſſet, haud dubie maxima qu

conſecutus fuiſſet, ſed tredecim duntaxat hebdomadibus iſta Ducali dignitate gaviſus, fato functus eſt Princeps longiori vita dignus, cujus obitum vehementer noſter doluit, ut colligi poteſt ex literis *D. Ioannis Bernardi Schœferlin* Francofurto ad Capnionem miſſis. Neque id immeritò; fuit enim literarum literatorumque amantiſſimus, & Capnionem præſertem indè ab eo tempore, quo Romæ ad Pontificem ejusque purpuratos orationem ſuo nomine habuit, valde ſemper dilexit, & menſæ ſuæ hoſpitem ſubinde adhibuit. Accidit vero aliquando, narrante Jo. *Manlio*, ut cum dux ei appoſuiſſet ferinam ille civilior eſſe volens cultello carnem excipiendo in cyathum injiceret; quod cum corrigere alia civilitate & fruſtum cultro excipere vellet, cyathum effudit in menſam. Multa præterea in iisdem *Manlii* collectaneis de Eberhardo & Capnione memoratu digna leguntur, quæ ſi huc transſcriberem, haud ſane ab inſtituto alienum facerem. Sed cum liber iſte in omnium fere manibus ſit, tædij abſtergendi cauſſa lubens prudensque illa prætermitto. Hoc tamen omittere nequeo, cum cibi jam facta mentio ſit, quod Melanchthon de ſobrietate Capnionis ſcribit in libello Medico, à Manlio ex illius prælectionibus collecto. *Memini*, inquit, *Capnionem divitem virum, non pluribus quam duobus ferculis in prandio uti: veſperi verò unico erat contentus. Solebam illi adducere ſcholaſticos, meos*

Sobrietas Reuchlini.

*commilitones, quia delectabatur juvenum co[*
*tudine. Doctiores mecum ibant propter biblioth[*
*habebamus enim pulcherrimam bibliothecam, ub[*
*debamus veterum monumenta. Viſa ad lib[*
*bibliotheca, poſtea hortum accedentes luſu aliqu[*
*recreabamus. Sic igitur ſemper ipſe erat cont[*
*duobus ferculis, aut ad ſummum tribus in pran[*
*& veſperi unico. Ipſe biberat loram: nobi[*
*permittebat bibere eam, ſed dabat nobis vinum.*

Mutationes in aula Würt. Noſtrum mutare locum cogunt.

Mortuo autem *Eberhardo* Duce, ma[
in aula Würtenbergenſi viciſſitudines [
tæ ſunt, quæ noſtrum quoque haud lev[
afflixerunt. Illas mutationes in Orat[
ex Melanchthone potiſſimum comme[
ravimus, cum alibi tam expreſſam ea[
mentionem factam haud recordemur. [
que de veritate rerum geſtarum dubi[
me ſinit viri incorrupta fides & Svevicæ [
ſtoriæ inſignis peritia. Alii cur taceant [
diſſimulent, equidem ignoro, exiſtimo [
men factum id eſſe ſ. metu, ſ. aſſentandi [
dio, ſive ignorantia. Cruſius certe, qu[
Sveviæ rebus utilem operam poſuit, & p[
ba integraque fide ſcripſit, Teſtament[
Eberhardo I. conditi non meminit. [
que apud ipſum, aut alium lego, Eber[
dum juniorem, patrui ſenioris Eberhard[
lium vi Ducatum invaſiſſe, quin potius [
mnia ejus jura privilegiaque ipſi à Cæ[
*Maximiliano* fuiſſe confirmatu. Inte[
haud obſcurè digitum, quod dicunt, inten[
te videtur Cruſius in iſtam mutationem, qu[
do Part III. Lib. IX. Cap. VIII. ita [

bit: *Anno* 1497. *mutante Duce* Eberhardo *quadam in Ducatu, & novos* Officiales *conſtituente, Miniſtri & Conſiliarii Senioris p. m.* Eberhardi *receſſerunt.* In his, qui diſceſſerunt, procul dubio etiam *Capnion* fuit, qui de inſidiis periculoque mature admonitus fuga ſibi conſuluit, ſeque in aulam Palatinam recepit, propterea quod ibi optimos haberet fautores atque amicos, nominatum *Dalburgium*, Vangionum Præſulem, *Pleningium* ſive *Plinium* Cancellarium, *Rodolphum* Agricolam, *Joannem Wackerum*, qui *Vigilium* latino vocabulo dici ſe maluit. Horum virorum conſuetudine ſuum lenire poterat exilium, & proficere magis in ſtudiis. Utebatur enim ſemper pro animi ſui ſententia *Camerii Dalburgii*, laudatiſſimi Antiſtitis, Bibliotheca, Latinis, Græcis & Hebraicis voluminibus referta; unico quondam Germaniæ noſtræ theſauro, ut ipſe deprædicat in epiſtola libello ſuo de verbo Mirifico præfixa. Tantus Heros cum eſſet Dalburgius, tamen Noſtrum tanquam Præceptorem obſervavit atque coluit. Extant enim cum hac inſcriptione ad ipſum literæ: *Joannes Camerarius Dalburgius Epiſcopus VVormatienſis, chariſſimo Præceptori ſuo, Jo. Reuchlin.* In alia epiſtola gratias eidem agit, pro multis & præclaris in ſe gentemque & familiam ab eo collatis officiis atque promeritis, ac omnes res fortunasque ſuas ipſi offert. Placet autem harum literarum initium transſcribere, quo-

qui ſe in aulam Palat. recipit.

In honore à *Dalburgio* Epiſc. Worm. habetur.

L. 1. Epiſtol. ad Reuchl.

niam variorum Reuchlini monumento
mentio ibi fit. *Cum alias tuas transla*
*quas vel noſtro, vel fratris amore abſolviſti*
Græco *in* Germanicam *vel* Latinam *lin*
*vertens libellos, vehementer probaremus: tum has*
*lucubrationes maxime ſumus admirati.* Alem
nica *videlicet* in lingua *tam apte, tam luci*
*ſuaviter & in ligata, & ita ad certum num*
*perſtricta oratione, ea nihilo in ſententiis muta*
*tuiſſe explicare; tantoque id mirabilius viſum eſt*
*te illo genere carminis, quod octonis ſeptenis*
*dibus viciſſim procedit, concinnat ſimiliterque*
*dit deſinitque quam aptiſſime, nunquam te*
*uſum ajebas.* Nec finem omittere epi
poſſum, quo ſic noſtrum ſolatur: *Quod*
*ſiniſtris fatis agitabuntur, tales nos fratre*
*noſtrum offendes, quales nos nominaſti, h*
*aſylum futurarum calamitatum. Nihil in*
*noſtris fortuniſque futurum eſt, quod non tuum*
Comœdiam edit. *arbitrari debebis.* Tantis beneficiis noſte
Dalburgio cumulatus, rationem ſub
iniit, quomodo gratum Mæcenati teſta
tur animum, publiceque ejus quandam ſig
ficationem daret. Igitur præexercitame
quædam ludicra, Comœdiarum in mod
quæ *Scenica progymnaſmata* appellavit, pri
eo tempore in Germania, inuſitato exem
compoſuit, inque ſingularem *Dalburgii*
norem comœdiam iſtam, ludis Februis
MCCCC. XCVIII. Heidelbergæ
ædibus laudatiſſimi Principis & Epiſcopi
qui actores adoleſcentulos lautitia me

ſuæ liberaliter exhilaratos aureis quoque annulis & ſimul nummis aureis quam munificentiſſimè donavit. Unde omnium ſodalium nomine *Valentinus Helffant* Wiſſenburgenſis peculiari oratiuncula, ex ingenioſa Poëtæ noſtri, Capnionis, officina, ut *Jacobus Spiegelius* in explanat. pro gymnaſ. ait, profectâ, gratias h. m. egit: *Comicos hos ludos*, Illuſtris Princeps, & Sacratiſſime Pontifex! *quos ingenii exercitandi tantum, nullius lucri aut quæſtus gratiâ inſtituimus, tuo nomini dedicamus æquiſſimo jure. Tu enim & primus & ſolus es, qui humanitatis ſtudia, & literas politiores in hoc* Heidelbergenſe lyceum, *in hanc ſtoam* (*non enim verè* dixerim academiam, *cujus Plato fuit auctor, quam adhuc publicè ſordidis naribus nauſeant*) *ſed in hanc*, inquam, *ſcholam quaſi humeris ipſe tuis intuliſti; et ab indoctis, incultis & invitis veteratoribus quotidiè defenſitas, adeò ut nullæ ſint literarum deliciæ, nulla Germaniæ muſa, quæ non in tuas laudes meritò aſpiret, te tuamque illam nobilem* Dalburgiorum *familiam non in cœlum uſque ſummis efferat præconiis.* fol. 75. Dalburgiorum laus.

Reliqua, quæ ſequuntur, lubens prudensque prætermitto, quia gratias tantum & vota continent, pro felicitate *Dalburgiæ* familiæ perpetua, quæ hodienum Spiræ floret & avitam laudem ſuſtinet refertque egregie. Non poſſum tamen omittere, quæ *Melanchthon* de illuſtri hâc familia convictoribus ſuis quondam narravit, cujus verba *Manlius* ita retulit: *Celebrata eſt Familia* Rhenanæ *nobilita-*

tis Dalburgiorum, *in qua novi duos præſta viros* Joannem Dalburgium, *Epiſcopum V gionum,* & *Cancellarium Principis Electoris. A pud hunc* Dalburgium *vixerunt* Rudolph Agricola *in Academia Heidelbergenſi,* & Jo nes Capnio, *qui cum eſſent eruditiſſimi, orna ſtudia etiam virtute & dulci concordia.* Rud phus *Græcos ſcriptores juventuti interpretab* Capnio *Hebrææ linguæ ſemina tradebat, ſed p cioribus: quia* Monachorum *rabie impediebat ne publicè doceret. Alterum* Dalburgium The doricum *etiam familiariter novi, qui cum* Ph loſophiæ *admodum ſtudioſus fuiſſet, poſtea, c Evangelii doctrina illuxiſſet, veram etiam piet amplexus eſt, & ſæpè dixit, ſe lætari hac luc ctrina, qui antea non vidiſſet diſcrimen Philoſop & doctrinæ, quæ eſt Eccleſiæ propria.* Plura D *burgiorum*, elogia qui deſiderat, evolvat Cr ſium l. c. p. 508. & Spiegelium l. 77. expl Nos ad inſtitutum redeuntes & quem de Co mœdia inchoavimus ſermonem, abſolut penitus, argumentum ejus ex prologo re remus, qui his conceptus verbis erat:

*Novus poëta ſentiens actoribus*
*Spacium deeſſe temporis, quo ſeparent,*
*Vertit ſtatim, quam fecerat, comœdiam*
*In ludum anilem, quem vocat progymnaſmata,*
*Nec argumento nec ſtilo ſublimia.*
*Nam uxoris æs reconditum vir invenit,*
*Ac ſubtrahit, ſervo remandat improbo*
*Idem furatur atque juri ſiſtitur*
*Aſtu advocati, ipſum advocatum decipit.*
*Non eſt ſoluta oratio, ſed vinculus*

Jam

*Jambicis trimetris ligata, comicè.*
*Optans poëta placere paucis verſibus,*
*Sat eſſe adeptum gloriæ arbitratus eſt,*
*Si autore ſe Germaniæ ſchola luſerit*
*Græcanicis & Rhomuleis luſibus.*
*Nobis favete nunc, & hujus fabulæ*
*Aureis benignas commodate actoribus,*

Hinc & argumentum patet Comœdiæ, & una quoque illud, Capnionem merito ſe *novum poëtam* vocare, quoniam eo autore Germaniæ ſchola primum luſit talibus præexercitamentis, vid. *Jac. Spiegelius* in explanat. edita Tubingæ A. M. D XII. à *Thoma Anshelmo* Badenſi, & *Bucholcerus*, cujus *Cruſius* quoque meminit p. 508. addens ex vero: *hodie ſi ipſe veniat* Homerus, *aut*, Demoſthenes, *aut* Euripides, *ferè non curabitur. Sordere propemodum incipiunt bonæ literæ & diſciplinæ.* Illis temporibus magno cum applauſu recepta fuerunt ſcenica illa Capnionis progymnaſmata, ac ſubinde recuſa ſunt. Unde doctiſſimus vir, *Sebaſtianus Brant* editioni ab eod. Anshelmo A. M. D. XVI. curatæ, ſequens carmen præfixit;

*Accipe Vangionum præſul venerande! Joannis*
Capnionis *noſtri* comica *dulciloqui,*
*Quo duce Germanos comœdia priſca reuiſit,*
*Et meruit ſoccis Rhenus inire novis.*
*Barbarico ex fumo flammas meus ille decoras*
*Capnion elicuit, gratia multa viro.*
*Multum docta cohors multum cirrata juventus*
*Debet Capnioni, multa Thalia meo.*

Scri-

Scripſerat quoque antea *Reuchlinus* ali
Comœdiam, quam *Capitis Caput* vocav
plenam, ut *Melanchthon* ait, nigri ſalis & ac
bitatis adverſus Monachum, qui ejus v
inſidiatus erat: ac iterum aliam ibid
edidit, *Fabulam Gallicam*, plenam can
di ſalis, in qua forenſia ſophiſmata p
cipuè taxabat. Hanc ipſe *Capnion*, eod
Philippo autore, narrabat hác occaſio
ſcriptam & actam eſſe. Cum alteram
Monacho ſcripſiſſet, fama ſparſa eſt de age
da Comœdia; quod illo tempore inuſ
tum erat. Dalburgius lecta illa Mona
inſectatione diſſuaſit editionem & actione
quod eodem tempore & apud *Philippum* P
latinum *Franciſcanus* erat *Caſtellus*, prop
potentiam & malas artes inviſus nobili
& ſapientibus viris in aula. Intellexit pe
culum Capnion, & hanc Comœdiam o
cultavit. Interea tamen quia flagitab
tur actio, alteram, de qua diximus, fabe
lam jucundam edit, & repræſentari ab in
genioſis adoleſcentibus, curat. Nihilom
nus prior illa Comœdia Phorzhemii A. 150
menſe Septembri cum commentar. *Geor*
*Simleri* ex Thomæ Anshelmi officina typo
graphica prodiit. Idem *Simlerus* in ſcen
quoque progymnaſmata *Capnionis* comme
tatus eſt; quas notas *Spiegelius* ſuæ explana
tioni inſeruit, quantum ex initio hujus a
ipſum data epiſtolæ colligo. Ita enim i
lum affatur atque compellat: *Accipe, mi*

*vi*

*viſſimo* Georgi, *quam tu pro faciliori puerorum intellectu priori noſtræ in* Scenica Reuchliniana progymnaſmata *explanationi tumultuariæ tumultuanter quoque adjiciendam arbitratus es operæ pretium, hoc biduo comportatam interpretatiunculam.*

Epitomen hiſtor. componit.

Sed de ludicris Reuchlini exercitationibus ſatis. Veniamus igitur nunc ad ſeria, in quibus id præcipue memorandum eſt, quod Epitomen Hiſtoriarum in uſum *Philippi* Principis Electoris ſecundum ſeriem IV. Monarchiarum ex *Herodoto, Xenophonte* aliiſque bonis ſcriptoribus, qui res Macedonicas & Romanas enarrarunt, concinnavit. Hoc diſertis verbis de noſtro tradit *Melanchthon* in ſæpius jam adducta oratione de ipſius vita. Alibi tamen *Rodolphum Agricolam* iſtius Compendii autorem facit. Unde ne repugnantia dicat, neceſſe videtur, ſaltem veroſimile, ſtatuere, hos eruditionis omnis in Germania duumviros ſociatis laboribus opus aggreſſos eſſe; arcta enim familiaritas conſuetudoque Agricolæ cum Capnione interceſſit, quod ex epiſtolis eorum mutuis intelligi ſatis poteſt; in quarum una Noſtrum honorificentiſſimis verbis tituliſque ita compellat: *Gaudeo (ita me Deus amet!), vicem tuam, & cum animi naturæque tuæ felicitati, tum vero inprimis fortunis* Germaniæ *noſtræ gratulor, quam ſi unquam, nunc aliquando expergeſieri, oportebit, & ab hac barbarie, qua tot jam ſeculis velut ſtupido ſopore, vel potius ληθάργῳ τινὶ oppreſſa tenetur, excitatur.*

Rodol. Agric. familiaris.

*citarit.* Poſthæc illius conſilium auxiliumque expetit in perdiſcenda lingua hebraica cum ſtatuiſſet, ſenectutis requiem in ſacrarum literarum inquiſitione collocare, incitante eum acriter *Baſilio*, ſ. *Weſſelo*, cum quo Grœningæ ſæpius de depravata tum fidei doctrina fidei & corruptis Eccleſiæ moribus collocutus eſt, ut ex *Josquini Grœningenſis*, qui illorum ſermonibus interfuit multoties, literis, Wittebergam miſſis, *Melanchthon* in *Rudolphi* vita ſtudioſe notavit. Vocatus autem eſt Agricola à *Dalburgio* Heidelbergam, cujus contubernio uſus fuit, quoad vixit. Cum *Pleningero* etiam ſumma ipſi familiaritas in Italia jam contracta, interceſſerat, qui *Plinius* vulgò vocabatur. Hic poſtquam à Cæſare clariſſimo militiæ cingulo ornatus equeſtrique ordini inſcriptus fuiſſet, à Reuchlino petiit, ut *Plinios* ob veterem conſuetudinem & maxime Germanum ſuum, *Joannem* paucis ſcriptis poſteritati commendaret, quoniam is ea tempeſtate inter Germanicos *Homerus* ac *Ennius* merito unus cenſendus ſit. Præterea cum *Vigilio* J. V. D. & *Andrea* Theologo Heidelbergæ in multam noctem ſecundam aut tertiam vigiliam vigilavit, & de variis rebus diſputavit, ut magnum ſui deſiderium, poſteaquam inde rediit, in patriam reliquerit apud omnes antea familiares, quemadmodum vel ex *Wackeri ad Capnionem* literis luculentiſſime patet, quibus huic ſignificavit, *Vangionum Præſulem* non tantum

illum

illum vehementer deſiderare, ſed in dies quoque conari invenire media, quibus eum ad ſe reducat, ac ſi perpetuo detinere ſecum non poſſit, ſaltem per hyemem illo præceptore utatur, ac conſtituiſſe eo nomine uxori ipſius, ut conſenſum præſtet, transmittere propediem plauſtrum vini boni.

Neque his duntaxat in aula Palatina Proceribus charus acceptusque fuit *Capnion*, ſed ipſi quoque PHILIPPO Imperii Septemviro, qui proinde ſuſcepta conſultatione de mittenda Romam ad Pontificem *Alexandrum* VI. legatione, Capnionem ad hoc obeundum munus elegit; quod ille feliciſſimè exſecutus eſt, oratione pereleganti ad Pontificem VII. Idus Sextiles A. S. M. IID. habita: eam *Aldus Manut.* olim edidit, & nos dignam exiſtimamus, quæ huic narrationi interſeratur. Legatus Romam mittitur ad Pontif. orat. habet.

*Beatiſſima vicis tua ſors illa*, Pontifex Maxime, ALEXANDER, *& ſublimis auguſtaque ſedes ea, in quam non hominum tantum votis, verum etiam Dei ſummi nutu cœlitus & providentia divina vocatus atque locatus, non temere illapſus es, iterum atque iterum optime de te ac de inſigni liberalitatis tua clementia ſperare me facit. Neque enim aliter arbitrari quenquam fas eſt, nec ſecus in omnium opinione verſari oportet, quam quod te talem ingenuâ pietate patrem patria mitiſſimum præfecerit is, qui ait: diſcite à me, quia mitis ſum: poſt multiplicata ſæpius, non ſeveritatis, ſed amoris promiſſa, Petro, prædeceſſori tuo, Sanctiſſimum*

*mum hoc tribunal, & hæc tua fœlicia paſcua commendavit; qui cum eſſet veriſſimus rerum abſtor Deus, beatos eſſe mites ipſos teſtabatur, qui terræ pollicitus eſt poſſeſſionem. Quanto igitur majori te voluit pollere Chriſtus non humanitatis tum, quam vulgo habent, ſed etiam præter cæ nobilitate manſuetudinis & naturæ clementia tuis iſtis clavibus ſpiritualibus, atque cœleſtibus ſolum aliquantulam terræ glebam, verum & versum hoc orbis terrarum ſpacium contulit. ſacro munere te Pontificem animarum ſuiſſimo conſtituit, ut ſaucias mentes â vulnere liberes fundendo non acetum, ſed oleum, ut membra ungendo, non abſcindendo, ut patrem te præ non vitricum: hæc qua mente â me dicantur, pe optima, Sanctiſſime Præſul, etiam atque rogo, quam indulgentiſſime audias. Filium ſe Illuſtriſſimus ille* PHILIPPUS Bav dux, Sacri Romani Imperii princeps E ctor, *& ſemper fuiſſe gaudet, & nunc confitetur eſſe, qui ampliſſimum Sanctitati tuæ rem, devotiſſimam reverentiam, pietatem mam, dilectionem præcipuam, vel potius amorem terris ſummum debeat, &, ut ſibi viſum eſt, gentiſſime præſtiterit. Tute rurſus illi patrem eſſe, alias divino oraculo, tum etiam ſæpe multum per tuas apoſtolicas literas oſtendiſti. Fœlix vinculum, beata neceſſitudo, fortunata utrinque conne patris & filii! Lætatus es, non dubito, ſæpe, & tam præſtantem in patriâ poteſtate habere filium, tam nobili proſapia, & regum regibus or tam infractum viribus, tam potentem ſuis tam gratioſum ſuffragiis aliorum, tanta freque*

*ſtipatum & amicorum & ſociorum; cujus poſſet aliquando tua ſanctitas in adverſis & calamitoſis caſibus, ut ſunt humanæ res omnes facile mutabiles, commodiſſime frui auxilio: in proſperis autem honeſto pro tua dignitate obſequio uti, ad eccleſiæ catholicæ nontantum decorem & magnos apparatus, ſed etiam ad neceſſitatem & ad futuros eventus. Lætatus & ille, & ô quoties exultando lætatus, jam propitium ſe habere Sedis Apoſtolicæ patrem, nihil niſi* Pontificem Maximum ALEXANDRUM *proſpere diu, & feliciter vivere optabat, ſeſe tuo foveri ſinu, hærere amplexibus, ac paternæ pietatis oſcula & benedictionem expectare putabat, ut officioſus, ut gratus, ut tali, tantoque patre dignus filius. Conſtituit ſecum, & Coſſ. nobis ſæpe aperuit, hoc ſe in ſanctam tuam ſedem eſſe animo, ſic mentem ſuam in amorem & miniſterium tui deſtinaſſe, ut ſiquando ejus opera ſive ope foret, ſeu conſilio, ſtudio, fide, aut viribus opus, cum omni ſuorum caterva, & exercitus multitudine, cum clientibus vicinis, tribulibus, cum totius ſuæ proſapiæ, amicorum & neceſſariorum frequentia tibi tuæque ſedi aſſiſteret, omnibus rebus & fortunis ſuis opitularetur, & corpore ipſe propugnaret. Sed in tanto pietatis nexu, in tam firma* Philippi *de tua clementia opinione atque ſpe omnis erga ſe benevolentiæ tuæ, ſubito irrepſit diaboli coluber, quietis turbator, & autor mendacii, qui ferre nonpoterat tam præclaros, & Reipub. Chriſtianæ tam utiles invicem affectus patris atque filii. Emerſit enim unus aliquis minutus* Monachus *(ſi tam ſancto monachi nomine vocari fas eſt) qui moleſtis & importunis (ut ajunt (clamoribus, & compoſita tragœdia, & ficta lamentatione, ſanctiſſimam tuam manſuetudinem, â ſolita*

*in principes clementia ad inauditam auſterita traduxit. Vtque brevi recenſeam, quo ex fonte tarea hæc flumina, ſtyx illa & ardens phlegeton naverint. Eſt intra merum imperium ac ditio inclyti* Philippi *Cœnobium, quod lingua Ger norum* Wiſſenburg *appellatur: id diuturni ctu temporis de monachis bonis perverſum fuer fratres non bonos, qui malè inſtitutâ vita, & mis moribus imbuti, & exemptionis cujusdam, qua libertate, freti, cuncta penè prodegerant, in tan ut latrunculorum, qui militiam induiſſent. Ea jurias, imò miſerias ſacro loco inflictas diutius oculis videre non potuit Illuſtriſſimus Bavariæ quondam* Fridericus *divus, hujus* Philippi, *pr cipis mei & patruus, & legitimus in imperio tu Quin & juſticiæ & religionis amore commotus, hibuit conſtantem ſolicitudinem, vehementem gentiam, indefeſſos labores, & immenſos æra ſumptus ſupra ducenta millia florenorum ad monaſterium ab interitu vendicandum & ab lerabili pernicie ad ſalubriorem integritatem re randum. Feliciter acta res eſt, invitis etiam di toribus, & devaſtatio reparata eſt, & cura loci cellentiſſimo principi Philippo Electori, cujus re geritur, agnata eſt. Is patrui ſui veſtigia imi qua defunctus ſtruxit, hæres conſervavit, & conſervavit,* Beatiſſime Pontifex, *ut* Hen cum *priorem Abbatem, illum litigioſum & ſi lari audacia hominem, ab hoſtibus & ingruen periculis, non ſine incredibili ſuo impendio def rit, & ad proxima tempora locum ſacrum oport ſimè tutatus ſit, quouſque virus tandem ingrati nis & confidentia quorundam monachorum er*

*Qui ut vagarentur licentius, & ſub honeſtiori vocabulo extra monaſterium degerent, foris maluerunt obligurire fratrum annonam, quam domi nocturnis diurniſque cantibus Deo ſervire, atque ut ſibi eam licentiam in longius protraherent, putabant ſibi non ſatis fore, ſi vicinis tantum odio eſſent, niſi etiam & principem ſuum & defenſorem calumniis laceſſerent. Itaque rem mendaciis, &, ut accepimus, perjuriis pleniſſimam, & antehac omnibus ſeculis inauditam, apud excellentiſſimum tuæ ſanctitatis tribunal auſi ſunt, ut dicerent, juſtitiam ſibi de* Philippo, *duce integerrimo, negatam fuiſſe, & quod nemo contra Palatinum juſticiam conſequi poſſit. Deinde (ut fertur) ſuper neſcio quibus prædiis ac cenſibus prophaniſque cauſis, auditorem ſibi â tua beatitudine per calumniam impetrarunt. Is quidem auditor, ignoramus quo calore, ſed tamen nimis, ut videtur, inconſideratè, iſtum tuum, tam dilectum & nobilem filium, non tantum imperii Romani ſuperilluſtrem & conſularem principem, verum etiam imperatoris electorem & alioquin dictatorem regni, in cauſis manifeſtè prophanis clam urgere, & ad ſua ſubſellia trahere auſus eſt, nullo rerum aut dignitatis diſcrimine habito. Quid multis? proceſſit ille, vel ut verius dicam, prolapſus eſt repentè nimium, &, ſupra quam expediebat, acceleratè, ad excommunicationem honoratiſſimi & invictiſſimi ducis; eo nondum audito, neque defenſo, in non mediocrem tam generoſæ, tamque nobilis* Bavarorum *familiæ, & nominis ignominiam. Quæ cum ita ſint*, ALEXANDER, Maxime Pontifex, *non dico abs te, quem paterna clementia non ſinit eſſe crudelem, ſed per tuos, qui ſe mandatam â*

*ſanctitate tua jurisdictionem habere gloriantur,*
*ſumpta & præter æquum & bonum adeò præcip*
*impulſu magis arrogandæ autoritatis, quam ve*
*rendæ veritatis amore, ut in omnium ferè gen*
*maximè autem totius Germanicæ nationis co*
*ctum, multò priùs, quam ad moderatiſſimas p*
*cipis mei aures devenerint. Tamen ab officio a*
*tiſſimi filii,* Philippus *non recedit; ſed apud te*
*dulgentiſſimum patrem ſuum, etiamſi quid im*
*denti erratum accidiſſet, ſaltem locum aliquem*
*ſtare ſperat & veniæ & gratiæ, quo magis ve*
*tì conſolatur illuſtriſſimorum principum, quam*
*gantium fraterculorum audaciæ. Ad illud obt*
*dum tria ſunt, quæ nos in hac cauſa quod opt*
*non fruſtra ſperare faciant, adverſariorum te*
*tas, & judicii rigor, & ampliſſimi principis i*
*centia De quibus quam breviſſimè dicendum*
*hi eſt, ne tuas benignas aures malè offendere vi*
*Quid non temere putamus eos, litem, conten*
*& jurgia quærere? qui conventiones majorum*
*veterum inſtituta, & regni pacem interturbant*
*nis & externis ſuffragiis confiſi, quibus de vit*
*fortunis, de fama, de quibuſcunque periculis, ſ*
*poſſint contingere domeſtica ſubſidia, & ea au*
*quæ præſtò ſint, & ad manum. Aut quænam*
*probabilis ratio, foris quærere, quod domi habe*
*Num diſtat â frivola pertinacia, trahere vic*
*trans alpes, per Apennini pruinam atque nivi*
*cauſa, quam te cum intra decimum miliarium*
*ſequi poſſis, inter ipſos, inquam, penê domeſticos p*
*tes. Quid à temeritate abeſt, ſine veniâ irritar*
*trem, vexare Patronum, obliviſci beneficiorum*
*acerbare defenſorem, auſu & audacia violar*

*re*

*evertere divina & humana omnia? Dabis mihi veniam,* Maxime ALEXANDER, *oranti contra perfidos pro fideli, pro pietatis autore, contra impios, pro benefico contra ingratos, & quod potiſſimum eſt, pro tuæ Sanctitatis filio nobili, contra degenerem & ſubdititium partum, contra eos, qui tua Paterna erga filios ſolicitudine abutuntur; quaſi tua ſanctiſſima ſedes videatur belli ſeminarium, ac non potius concordiæ fomentum. Nam ſi pacem quam diſſidium mallent, ſi præferrent Monaſticum Ordinem cauponibus & tabernis, ſi ſtatum Monaſterii plus optarent, quam ruinam, jamdudum cujuslibet etiam quæſtionis finem, apud patrios judices non modo aſſecuti, ſed & conſecuti fuiſſent. Sed ô impudentiam! negata nobis (inquiunt) juſtitia fuit, ſcilicet oſtendant ante fuiſſe vel aliquam ſupplicationem Principi oblatam, producant ullam citationem. Quis hoc homo ſtolidus crederet, ſub tali orbis terrarum Domino & glorioſiſſimis iſtis Regni proceribus, in tam felici & pacato imperio negari juſtitiam? quæ ſola eſt radix & firmamentum quietis; habent Germani juſtum Regem & ſolidas leges, quibus univerſi municipes regni, omnia urbana ſua, cuncta ruſtica prædia, ſedes, focos, annonas, aras, libertatem, vitam denique omnem ab injuria poſſint defendere. An putas* Philippum *illum tuum, qui ſuapte naturâ juſtitiæ graviſſimus cultor eſt, voluiſſe refragari æquitati aut juſtitiæ competenti? qui juris Conſtitutionibus & legibus ferendis ante, ac pridem in Romani Imperii publicis comitiis in Vangionibus, atque ſæpe aliâs, non ut Dux Palatinus interfuit modo, verum etiam ut Conſul regni, & è numero Electorum ſecularium ſummus, egregiè præfuit, & tabulas legum ipſe*

 pri-

*primus poſt Archiepiſcopos obſignavit, quo certe ſingulariſſimus Iuſtitiæ cultor oſtenditur. Men-
ciis ergo & perjurii ſponſione fallaces Monachi cum nobiliſſimum filium tuum calumniati ſunt, Juſti-
ſibi fuiſſe denegatam. Teſtes ſunt Regiæ Majeſtatis li-
Romam miſſæ, quibus cauſa remitti poſtulabatur,
& Regale interdictum Monachis, ut patrias
ctiones in profanis cauſis imitarentur, promulga-
Quæ omnia ab adverſariis contempta ſunt.
de, quid non auſint contemnere, qui ſe ad perju-
obtulerint, qui reſtauratorem & Conſervatorem
loci, & Patrem atque Patronum, venia non ob-
invitum extra territoria in jus traxerint, in cauſ-
negotiis ſecularibus & feudalibus regni, contra
tus conſulta, contra leges imperii & præter
majorum. De temeritate igitur adverſariorum
ctenus fortaſſe multa nimis. Nunc me de rigore
dicii aliquanto brevius dicentem benigne, ut
ſoles, & quam patientiſſime audias. Non enim
titudinis tuæ rectiſſimum in adminiſtranda ju-
propoſitum vitupero, nec autoritatem minuo,
nitatem animi tui non laudo, quod Monachorum,
etſi fictos, tamen crebros & importunos clamores
audiſti: quod preces eorum, quantumcunque
ptioſas & perjuriis fundatas recepiſti; nemo enim
ſub ſpecie veritatis fallitur: quod denique propter
numerabilium negotiorum tuorum inundatio-
cauſam Auditori demandaſti. Nec tam prom-
rurſus Auditoris obedientiam poſſum, aut ſi
nolo reprehendere. Fecit fortaſſe in ſuſcipiendo
officium poſtulabat: ſed ejus tamen erat imitari
dentiam tuam, æmulari ſanctiſſimos mores tuos
non eſſe negligentiorem omnium rerum indaga-*

*qui ſit mandatarius, quàm tu ſolitus es, qui mandaſti cuncta rimari oportebat ante, quam ad tam graves cenſuras deſcendiſſes, priusquam tot offendicula, tot ſcandala tanto populo, & tam latæ plebi objiceret, aut tot provincias in unius principis contemptu exacerbaret. Vnde facile concitati vulgi adverſus clerum ſeditio aliqua imminere queat. Cumque in ſupplicatione porrecta legiſſet monachum imperii vaſſallum, â Rege Romanorum temporalia recipientem, & (ut tenore ipſius ſupplicationis utar) à clementisſimis orthodoxæ fidei cultoribus, Imperatoribus, & Regibus una cum temporalium abundantia magnifice ditatum (talia namque ſua verba fuere) ſuper caſtris, vineis, villis, pratis, judiciis, & jurisdictionibus ſecularibus, cum inclyto Romani Imperii duce in judicio velle contendere, tum ut de duobus gladiis neuter alterum deſpiceret, inſtar* Pelagii *Papæ reſpondiſſe decuit! Mi frater ſi quisquam clericus, ſive inferioris, ſeu potioris gradus exiſtat, & contra laicam perſonam ſuas dirigat actiones, ille modis omnibus non alibi quam apud provinciæ judicem, negocium ſuum dicturus occurrat. Quia vero monachus es,* Auguſtinum, *monachorum parentem, ignorare non debes, quando ait:* per jura regum poſſidentur poſſeſſiones & jure humano dicitur hæc villa eſt mea, regem ergo reverere & ſceptrum ejus prius implora. *Talis exhortatio prudentis auditoris fuiſſet & pacis amica & magis canonica. At vel nomen ipſum illuſtriſſimi* Ducis Palatini, *in tanto Imperii faſtigio & imperialis electionis culmine locati, ad æquitatem aliquam, & nonnullam maturitatem inducere potuiſſet auditorem tuum, ad inquirendum diligentius &*

*conſiderandum, quis eſſet, adverſus quem iſti n*
*fraterculi dimicarent, cujus famam lacerarent,*
*molirentur inſidias, ſic enim reperiſſet agi de auct*
*te, de nomine, de fama excellentisſimi Præſidis*
*vinciarum Romani Imperii, qui ſecundum* Juſtin
*conſtitutionem de defenſoribus latam, judex jud*
*potius videbitur eſſe, & ex hoc honeſtior præcedem*
*apparere. Vnde ſenatusconſulto cautum ext*
*de his, qui provincias regunt, parcisſime jus dic*
*Nec enim id nunc urgeo, quod in jus vocari non*
*teat, neque conſulem, neque præfectum, neque p*
*rem, neque pro conſulem, neque cæteros magiſt*
*qui imperium habent,* Ulpiano *autore; Sed tam*
*ut parcisſime jus dicatur, æquitate ſervata ſemp*
*humaniorem partem declinando, ſecundum qua*
*ſonas & cauſas, loca, & tempora videas poſt*
*Potiſſimum vero exitus rerum animo metiamur*
*tet, cum non hujus, aut illius hominis verſetur p*
*culum, ſed plurimorum corporibus ſtrages imm*
*Tunc enim* Divi Auguſtini *ſententiâ,* detrah
dum eſt ſeveritati, ut majoribus malis
nandis caritas ſincera ſubveniat, max
cum ille corripitur, qui habet ſociam m
titudinem. *Et non id ſolum, ſed etiam cui,*
*in quem innumerabiles populi, lege regia, omne j*
*imperium, & omnem poteſtatem contulerunt,*
*tam latas provïncias habitant,* Bavariæ, Sue
*tractusque* Rheni *ultro citroque. Vnde &*
latinus Rheni *cognominatur. Fuit igitur,*
*auditoris tui officium, ad imitationem natur*
*prius & ſæpius tonare, quam ſua fulmina jacere*
*te benignis votis inſtare, ante hortari, ante mo*
*ſi non legato, at nuncio, quam talem Princip*

*ſuperilluſtrem ducem ab Eccleſia Catholica ejiceret, quem ea ipſa in periculis defenſorem & adjutorem expectat, antequam â clero ſegregaſſet eum, qui cleri autor & patronus eſt : Cujus patrimonio clerus vivit atque nutritur, â quo ipſo & â cujus majoribus innumera clericorum beneficia fundata & dotata ſunt; Quorum annuæ penſiones ſi conſiderentur, magnificum aliquem principatum excellerent : quâ opum multitudine carendum hactenus eſt Palatino, ut ſacerdotes non eſuriant, immò ut ſplendide vivant, tamen auditoris tui rigore factum eſt, ut â ſacerdotum cerimoniis, ipſe beneficiorum collator & patronus cogatur abſtinere. Multo fuiſſet æquius, cauſam omnem adtuam ſanctiſſimam providentiam retuliſſe, cui* Philippus *plane notior eſt. Scio, quæ tua eſt circumſpecta ſagacitas, non illum tam facile abjeciſſes, quem agnoſceres in tanta dignitate honoris, in tam illuſtri ſublimitate officii conſtitutum, qui ſummus in regno conſul, ſolus vacante imperio curator, proviſor & interrex, &, quod omnium majus eſt, ipſius etiam Imperatoris in quibusdam controverſiis, certus judex, & futuri Regis elector extitit. Omitto, quam ſit inclyta progenie natus, ex latiſſimorum regnorum Regibus: cui avus Paternus Romanorum Rex fuit, divus* Rupertus. *At vero Maternus avus religioni devotiſſimus Allobrogum dux* Amedeus *defuncta Conjuge ob vitæ integritatem quondam in* Papam Felicem *electus. Præterea Ruperti proavus fuit* Ludovici *Romanorum Regis frater germanus. Sic præclariſſimam hujus Philippi proſapiam citius veneraberis, quam contemnas. Habet octo quoque eleganti corpore filios, & ſperatæ indolis, qui majorum ſuorum proſperis ſucceſſibus, & propria virtute freti, venient non humili dignitatis*

*gradu amplificandi. Hunc talem non aliquis cu*
*bubulco præferat, hunc tam concito motu, & tu*
*viter quisquam excommunicet? præſertim abſente*
*coram tua ſanctitate per nuncium rationem a*
*ſuæ oſtendentem: primo quod cum cauſa ſit pro*
*& monaſterium ab Imperatore ſua recipiat tem*
*lia, feudumque recognoſcat, placuerit regiæ Ma*
*eam more majorum coram ſuo tribunali fore t*
*nandam, quod & ita inſtitui authenticis literis*
*davit. Sic enim beatitudinis tuæ prædeceſſor I*
NOCENTIUS III. Non nega
*inquit*, quin præcellat Imperator in tem
ralibus illis, qui ab eo ſuſcipiunt tempor
ſed Pontifex in ſpiritualibus antec
*Deinde patet omnibus ſacra Imperii conſtitutio*
*per excellentiam* bulla aurea *vocatur, in qu*
*tationes extra territoria principum electorum*
*tatæ caſſantur, & pro irritis declarantur, niſi*
*perialem aulam quis duxerit provocandum, & v*
*tenti juſtitiam apertè neget. Poſtremò adde*
*ſanctio pragmatica, pax decennalis, & pax W*
*tiæ â ſubditis imperii tam ſpiritualibus quam tem*
*libus ſuſcepta & laudata, quæ ſi parva tibi vi*
*tur, tenuia & exilia, tamen non ita tuo audit*
*viendum fuit, in tam nobile caput. Sed co*
Carthaginenſis *meminiſſe debuit, ſcil. ſtude*
*eſſe Epiſcopis, ut diſſidentes ſibi Laicos ad pacem*
*gis quam ad judicium coërceant. Ad componen*
*itaque decebat eum partes ſuas prius interponere*
*ta* Honorii *tertii decretum. Statu imperii*
*magnitudine provida deliberatione penſatis, qu*
*gè plus in rem Monachorum fuiſſet & nonnihil*

*ciſſet ad conciliandos animos litigantium, & ad futura pericula depellenda.*

*Vltimò de innocentia graviſſimi ducis* PHILIPPI, *quæ poterit manifeſtior afferri ratio, quam ab ineunte ætate integerrimè acta vita, & mores etiam adverſariis non negantibus humaniſſimi, & virtutum in eo homine copia, potiſſimum verò juſtitiæ dilectio illa memorabilis & cunctis nota, quodque illi ſupra quam cæteris Germaniæ principibus divina quædam ſors dedit, ſingularis amor & reverentia ergà ſacra, ceremonias, templa, univerſum denique* DEI OPT. MAX. *cultum, uſque adeò, ut qui ad ſplendorem & magnificentiam ſacrificiorum, ad ornatum divinæ Majeſtatis, ad dignitatem ſacerdotis muneris, majori impendio utatur, & pluribus ſumtibus quam inclytus iſte* PHILIPPUS, *invenire queas neminem. Ea mentis puritate ac animi moderatione ab incunabilis ad præſentem ætatem educatus innocenter vixit, atque ſic vivit, ut non tantum ſacro alicui loco vim ullam non cupiat inferre, nec injuriam, cujus & nomen & vocem ſuapte natura & odit & abhorret, verum etiam cogitet ſumma ſemper liberalitate & quotidianis beneficiis ſuccurrere. Si quando de injuria certatur, honeſtius ſibi ducit injuriam pati, quam injuriam facere. Quod hoc uno exemplo apertiſſimè monſtrat, cum tantillos Monachos, omnium diſcordiarum faces, & irritamenta inimicitiæ, levi valeret pugna ſupprimere, tamen ſanctæ religionis contemplatione, vexari hactenus, deſpici atque contemni, & à flagitioſa Cucullatorum cohorte ad extranea tribunalia trahi, de rebus temporalibus & ſecularibus negotiis, etiam ſe non*

*audi-*

*audito, nec defenſo, clam ſupplantari, excom*
*carique paſſus eſt. O admirabilem Viri religion*
*cujus potentia, opibus, & facultate cum ſitum*
*eſſet iſtis ſuis hoſtibus bella, famem, incendia, ca*
*direptiones moliri, cum multa ſtrage clericorum*
*en ad tuæ ſanctitatis clementiam confugere m*
*quam ad arma proſilire. Id contra ſi faceret,*
*aliud quam illa* Domitii *vox rediiſſet, ſ. h*
Craſſi *ſummæ dignitatis & eloquentiæ homin*
*cum* L. Philippus Conſul *manum injici ju*
*ille rejecto lictore*, Non *es, inquit, mihi Conſu*
*nec ego tibi ſenator ſum. Revixiſſet non dam*
*nata lex illa, ut vi vim, obtinuiſſet vetus adag*
*Omnia dat qui juſta negat. Sæviiſſet prælium, n*
*fieret. Tum vero nihil ominus fuiſſet, alicu*
*dem oblata rei componendæ occaſio, poſt devaſ*
*nem Monaſterii, poſt Monachorum necem, p*
*lamitatem extremam & irreparabilem. At m*
*modo propoſuit, non ita fecit* PHILIPPU
*illuſtriſſimus filius tuus. Sed te clementiſſimu*
*trem ſuum imitatus, ad ſalutem propenſior eſt, q*
*ad interitum, dummodo adhuc Pietatis tuæ vi*
*terponas. Vnde rogare te non deſinit, hoc cura*
*ligenter, ne adverſarii diutius abutantur pat*
*ſua, quibus ne ad momentum quidem conceſſur*
*niſi te unum tanto cultu proſequeretur, cauſamq*
*mnem, qua Monachus imperii Vaſallus cont*
*Laicum ejuſdem quoque imperii Vaſallum temer*
*tendit ad Cæſaream Majeſtatem, utriusque parti*
*rum Dominum, & ad rei forum cum excommunica*
*nis (ſi qua ſit) abſolutione velis remittere, coramq*
*de ſtando juri & judicato ſolvendo cavere ſemp*
*paratum ante obtulit, atque nunc offert omnium*

*ximè, cum de feudis temporalibus, de imperii ſecularibus, de foreſtis, de conductu, de vectigalibus, de præfecturis & advocationibus profanis, caſtris, villis & poſſeſſoribus agrorum agendum ſit. Nec eorum Conſilia ſequaris, qui neſcio, & ſi ſcirem, dicere nolim, quâ humana imbecillitate victi, non verentur bella potius, & eccleſiæ futura ſcandala, quam ampliſſima nationis pacem fovere.*

Hanc orationem admirati ſunt Pontificis purpurati ſummopere, & docti quiq; viri paſſim avide deſiderarunt, ejusque copiam ſibi fieri, poſtularunt: è quibus duos duntaxat nominabo. Primus eſt *Raimundus Cardinalis Gurcenſis*, qui cum legatus in Germaniam miſſus Ulmæ ageret, d. XXVII. Junii A. M. D. II. peculiares ea de re literas ad Capnionem in hanc ſententiam dedit: Judicia doctorum de hac oratione. *Raimundi Cardinalis.*

*Venerabilis & eximie Doctor! Si eam, quam cudere nuper nobis petentibus promiſiſti* Orationem de Germania & ejus Principibus, *optato fine terminaſti, non poteris in præſentiarum nobis præſtare rem magis gratam, quàm ut quantocius eam ad nos transmittas. Quæ ſi non eſt plene perfecta, adhibeas omnem operam, ut quam celerrime compleatur, & ad nos proprio cum tabellario, ſi aliàs commode fieri nequeat, expenſis noſtris afferatur. Bene vale.* Ex *Ultima* XXVII. *Junii* M. D II.

*Poſtquam ſcripſeramus præſentes, venit ad manus noſtras* Oratio *tua lepidiſſima, quæ ſupra modum nobis grata extitit.*

Adhæc *Petrus Jacobi Arlunenſis*, J. U. D. beneficio EBERHARDI Probi Eccleſiæ S. Pancratii in *Backnang* Præpoſitus, Eccleſia- *Petri Jacobi Arlunenſis.*

rum

rum item S. Sionis Treverenſis & S. Cr
Stutgardienſis Canonicus, denique Eccl
parochialis in Waiblingen Rector, u
Epitaphio ipſius Backnangæ legitur, ho
rifice admodum de ea oratione ſenſit, p
v. Cruſ. quam legendæ ejus copia ipſi tantum fa
fuit, ac ſuam ſententiam his literis per
pſit:

*Legi ſumma cum voluptate luculentiſſi tuam ad* D. ALEXANDRUM Ora nem, *qua in defenſione Iuſtiſſimi Princip cerdotii defenſoris, ita evectus es, ut nemo eſſe q qui eum per te conſtanter defenſum eſſe, neget. G deo mihi, gratulor Eccleſiarum cauſis, qui tam Principem, non oppreſſorem, at multi, ſed ac mum vindicatorem habeamus. Cupio omninò, id ex te contendo, ne me hujus elegantiſſimæ Ora nis copiâ fraudes, at potius perpetuum tuum in amoris monumentum manu exſcribas.*

Orat. de vita Reuchl.

Adducit *Melanchthon* aliam rationem, Capnion Romam miſſus fuerit, nimiru hanc, quod conjugium inter Rupertum & liam Ducis Bavariæ, Georgii, de quo in la Palatina inſtitutæ ſunt deliberationes, R mani Pontificis autoritate comprobari p cuerit. Haud tamen dubitaverim, præ puam legationis mittendæ cauſam illam e tiſſe, quam ipſe *Reuchlinus* in laudata orati ne expreſſit. Atque hoc nos permovit, ut in tegram eam transſcriberemus.

Romæ ling. Hebr.

Interim cum per anni, & quod exc rit, ſpatium Romæ commoraretur Capnio

&c

& otii pecuniæque haberet ſatis, meliori- bus literis id omne deſtinavit, & Hebræam Græcamque Linguam tum perdiſcere penitus ſtuduit, cum peropportunam nactus eſſet occaſionem. Incidit enim ibi in Magiſtros optimos atque perfectos: ac in Hebraicis quidem literis uſus eſt Præceptore *Abdia* filio Jacobi *Sphurno*, de quo ita ipſe ad fratrem Dionyſium: *Poſt legatus Romam ad* ALEXANDRUM VI. *qui reliqui fuerant ea in lingua Canones, eas à* Celinatenſi Judæo *ſcilicet* Abdia *filio* Jacobi Sphurno *petivi, qui me quotidie toto legationis tempore perquam humaniter in Hebraicis erudivit, non ſine inſignis mercedis impendio.* Melanchthon tradit eum δίδακτρα dediſſe *pro ſingulis horis ſingulos aureos*. Ipſum *Capnionem* nihil video definiviſſiſſe, ſed generatim tantum expreſſiſſe didactron, licet ſatis magnum fuiſſe inde intelligi queat, quod in Epiſtola, qua *Adriano Cardinali* librum ſuum de *Accentibus & Orthographia Linguæ Hebrææ* inſcribit, affirmat gravi ſuo impendio doctiſſimum quemque Hebraicorum præceptorem auctorare, ac liberaliter ad horum ſtudiorum ſemtus aurum prodigere ſe ſolitum fuiſſe. Neque id duntaxat tum, cum Romæ fuiſſet, fecit, ſed ut ibidem teſtatur, cum civiles cauſſæ eum obruerent, quum in foro verſaretur, Potentiſſimorumque Germaniæ Principium conſiliis intereſſet. Summam omnium quæ narrat illo in loco, in oratione adduximus. Si tamen forte ex ipſo autore

plenius perdiſcit â Judæo.

ea legere placet, haud gravabimur verba
licet nonnihil prolixa, referre: *Tum*
*meo impendio doctiſſimum quemque Hebraicorum*
*ctorare Præceptorem ſolitus, cum ipſis quoque*
*congreſſus, quatenus homini Chriſtiano fas eſſe*
*nihil â me non datum eſt pietati. Adriſit hercle*
*mo Hebraica peritia: primo, quia ſuopte ingenio*
*cunda, deinde, quia magno videbatur uſui futura*
*cras olim verſaturo literas. Eo jam tum & m*
*anteactæ vitæ ſtudia & omnes animi cona*
*ſi qui non infelices forent, referebam. Ch*
*addictus omnia devolvebam Chriſtianæ E*
*vel augendis vel honeſtandis rebus. Nulla m*
*mes auri (id ipſum enim liberaliter prodigebam*
*rum ſtudiorum ſumtus) adegit ad Hebraica my*
*diſcenda. Nulla inanis gloriæ ſitis, ea enim ſtudia*
*celanda vulgo erant, ut quæ in tanta dignitate*
*tuto viderentur indecentia. Non me tenet, ADR*
*NE, non tenet in his excolendis auri ſcelerata*
*Ingenio trahor & amore pietatis. Sanguinem*
*Chriſti, qui medullatam ſeſe pro nobis hoſtiam*
*obtulit, teſtor, me nunquam â Judæis ulla vel au*
*argenti dona, præmia, munera recepiſſe. Du*
*rante ac docente linguas diſco etiam ſenex, idque*
*pidius eò, quòd nulla prorſum ingenii ſunt huma*
*nia interpretandæ ſacroſanctæ legi tam neceſſaria,*
*eſt linguarum peritia. Quod ſi libet, periculum*
*Scriptorum Eccleſiæ viſurus quid inter peritos lin*
*rum ac expertes interpretes interſit: & quidem*
*διὰ πασῶν.*

*Mihi autem in animo non eſt in præſentia*
*quoquam digladiari, alioqui & reclamantibus, qu*
*tum oratione poſſem, ora retunderem. Nec*

*levia ſunt quæ Grammatica cognitio parit. Is eſt plane verus & germanus Scripturæ ſenſus, quem nativa cujusque proprietas expedita ſolet aperire; ut præteream interim quantum poſſis venari myſteriorum non è verbis modo, ſed apicibus pene ſingulis, ſi Spiritu magiſtro adoriare. Id vel maxime verum eſt de Scripturis Hebraicis, quibus prope nihil eſt traditum, quod non umbraculi vice ſpirituali commendetur intelligentiæ. Diviniora enim non è rubo per angelum, ſed ex homine per Deum accepimus, & parvuli clarius quam patres noſtri myſteria regni Dei cognoſcimus. Tamen ita ſeſe habet conditio noſtrorum, ut non modo plurimum adjumenti veteris figuræ Teſtamenti ad explicanda ea conferant, ſed etiam neglectis hisce* σκιας, ραφίας, *adiri noſtra prorſum nequeant. Hæc cordi ſedent, hæc admonent, hæc agitant, ut Hebræa & amem & excolam. Manca mihi noſtra videntur niſi hæc adjungam. Deinde non expleor niſi hoc ſtudium meum bonis omnibus adprobem, id quod arbitror eſſe liberalis animi argumenmentum.*

In Græcis audivit ibidem *Argyropylum*, Thucydidem publicè interpretantem, magnamque ſui admirationem excitavit, cum non tantum legeret pronunciaretque ſuaviter & commode, ſed illum quoq; autorem expedite explicaret; adeò ut ipſe Argyropylus ad auditores, in quibus etiam aliqui Cardinales fuerunt, ſeſe convertens, exclamaverit: *Eheu Græcia noſtro exilio transvolavit Alpes.* Quibus verbis reſpexit forte ad Capnionis ſermonem, quo interroganti Græco, an Græ-

In Græcis *Argyrop.* audivit.

cas literas attigiſſet, reſpondit, ſe B[illegible]
in Germania audiviſſe iſtius linguæ eleme[illegible]
Totam verò hanc narrationem conſig[illegible]
*Phil. Melanchthon*.cum in orat.de vita Re[illegible]
ni tum in præfatione in *Procli* Metaph[illegible]
quadripartitæ *Ptolomæi*, ubi addit non[illegible]
la huc omninò pertinentia. Scribit [illegible]
inter *Argyropyli* auditores etiam fuiſſe [illegible]
*bum Queſtebergium*, Fribergæ in Miſnia [illegible]
tum, qui cum in patriâ Academia lin[illegible]
Latinam, & illa Philoſophiæ initia, [illegible]
tunc tradebantur, didiciſſet, Romam [illegible]
nit tempore Alexandri Pontificis, atque [illegible]
apud Cardinalem Venetum; *Marcum* [illegible]
*Marco*, omnibus Romæ pariter ac Ven[illegible]
cum propter eruditionem, tum propter [illegible]
integritatem gratum acceptumque, c[illegible]
moratus eſt, eique Latinos & Græcos [illegible]
res, quoniam utriusque linguæ haud [illegible]
rus erat, deſcripſit. Cum hoc Ja[illegible]
Reuchlinus familiaritatem contraxit, a[illegible]
ab eo aliquot Codices Græcos emit: [illegible]
quos fuerunt Æſchinis Demoſthenisque [illegible]
tiones contrariæ. Dedit quoque illi [illegible]
cedem, ut *Dalburgio*, Vangionum Ep[illegible]
po, aliquot Græcos libros deſcri[illegible]
ret, qui in hujus Bibliotheca cuſto[illegible]
ſunt. Fuit vero in his etiam *Athenæ*[illegible]
*Procli* commentarius. Illum Capnion [illegible]
tinuerat: hic verò Moguntiæ repertus e[illegible]
quò ex Bibliotheca laudatiſſimi Antiſ[illegible]
perlatum eum eſſe, *Melanchthon* exiſtimat. E[illegible]

tu[illegible]

cum Queſtenbergio familiaris.

qui ei libros Græc. deſcripſit.

tant aliquot hujus Jacobi Aurelii de Queſtemberg literæ ad Noſtrum perſcriptæ, humanitate plenæ; in quarum prioribus gratias ipſi agit pro officiis beneficiisque in ſe quamplurimis collatis, atque petit, ut Wormatienſium Epiſcopi gratiæ ſe commendet. In poſtremis autem mentionem facit orationis ad Pontificem à Reuchlino habitæ, qam ſua manu (pingebat autem, Melanchthone teſte, qui libros ab eo exaratos inſpexit, eleganter & pulchre) deſcripſit, atque his verbis eum compellat: *Orationem tuam ad te mitto, quæ propter ipſius ſummam elegantiam dignitatemque verborum & gravitatem ſententiarum, digna viſa eſt, non mea tantum manu deſcribi, ὃς καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ ἠψάμην, ſed omninò ubique terrarum legi; adeò tu quidem omnia, ita me Deus amet, diſertè, prudenter, appoſite explicaſti. Ego tamen, ut ſoleo, propere tranſcripſi, & ἰδιογέγραφα. Utinam ſit in hac difficilima temporum difficultate, quod & tu cæleſti præditus eloquentia mereris, & nos amici laudum tuarum præcones videre cupimus. Vale doctiſſime Vir, Principis tui ornator, de* Bavariæ *domo ac toto* Imperio Romano *bene merite, præcipuum communi patriæ decus.* Romæ Anno M. II. D. L. 1. Epiſt. III. Vir.

Hanc cum Queſtembergio conjunctionem conſuetudinemque admodum utilem & ſalutarem ſibi noſter expertus poſtea eſt, cum Colonienſes Theologi litem ei graviſſimam intendiſſent. Memor enim Jacobus veteris amicitiæ, magna fide apud *Leonem* Pon-

Me- lanch- thon l.c.

tificem, apud Cardinalem Venetum *Gri-*
*num*, & alios, eum tuebatur: ac plus ei
jus unius viri authoritas profuit, ne cru-
litate Monachorum deleretur, quam R-
gum Principumque literæ, quibus eum
*ni* commendaverant, ut ſuo loco copio-
dicemus. Sed, ut ad *Joannem Argyrop-*
redeamus, fuit is Byzantinus, ac prim-
à *Cosmo Medice*, qui Muſarum Pater me-
ſuo appellatus fuit, Præceptor filio *Lau-*
datus, deinceps verò Romam vocatus
ras Græcas magno cum applauſu doc-
adeò ut multi Cardinales, multique Re-
& Principum legati, ac alii Romani c-
hoſpitesque docti eum ſtudioſe audi-
Maximam ergo laudem conſecutus noſt-
publicè, quum in conſeſſu doctiſſimo-
ampliſſimorumque virorum laudatus ab
gyropilo eſſet, cujus verba jam ante add-
*Græcia noſtro exilio transvolavit Alpes*, quo
ſu dicta ſint, in Oratione expreſſimus.
di tamen interea aliud placere nobili *G-*
*Galloiſio* in libello de præſtantiſſimis Eu-
Bibliothecis, qui ſic ſentit: *la raiſon de cela*
*qu' outre une grande quantité de bons Livres*
*nous apporterent*, (les Grecs ſçavans) *ils*
*donnerent auſſi une entiere connoiſſance de la*
*gue Grecque, par le moyen de la quelle nous*
*appris beaucoup de choſes fort excellentes en*
*ſortes de Sciences: Ainſi puisque ce temps là*
*favorable aux Muſes, il eſt croyable qu' on y*
*poſa des livres, & qu' on y erigea des Bibliothe-*

Sieur le Gallois traitto de plus belles Biblio- theques de l' Eu- rope.

*grande quantite.* Quod de Bibliothecis tum magno numero erectis tradit doctiſſimus vir, optime ſane ſe habet, & Reuchlino laudi cedit haud exiguæ, quod *Dalburgio* Vangionum Epiſcopo non tantum auctor ſuaſorque extitit erigendæ celeberrimæ Bibliothecæ Heidelbergenſis, ſed adjutor etiam, ut ex illis quæ paulo ante diximus, intelligi liquido poteſt. Aſſentiri igitur *Galloiſio* nequeo, ſcribenti *Rodolphum Agricolam* conſiliis ſuis effeciſſe apud Dalburgium, ut Bibliothecam colligere inciperet. Noſter ſaltem in partem laudis venire debet, qui magnum Hebræorum Græcorumque Codicum manu exaratorum, numerum eò intulit. Neque minus ſibi ipſi proſpexit, cum opibus abundaret, amicorumque, quos per Italiam, Galliam, Angliam, Belgium & Germaniam habebat, auxilio, quoscunque expetebat libros, nanciſci poterat. *Aldus Manutius*, qui nobis Græcos Latinosque ſcriptores fere omnes pulchre emendateque edidit, omnes, quos deſiderabat, ei transmiſit; quemadmodum ex epiſtola quadam colligo, qua ita ad noſtrum ſcribit: *Ex libris, quos petis, mitto* Julium Pollucem, Stephanum *de urbibus*, Thucydidem, Etymologicon magnum, Prudentium, *Chriſtianum Poëtam, cum quo & Græca quædam impreſſa ſunt.* Sedulium *item cum* Juvenco *&* Aratore, *cum quibus &* Homerocentra *imprimenda curavi.* Ipſe *Reuchlinus* in libro de accent. & orthogr.

Biblioth Palat. auctor

p. 10.

fol. 8.

meminit Codicis cujusdam ſupra quam loquitur, pervetuſti, quem Roma ſecum tulerit: hunc hodienum in *Sereniſſimi* PRI CIPIS Noſtri Bibliotheca habemus, c aliis multis libris manu exaratis, de qu ſuo loco prolixiorem inſtituemus ſermone Nam, ut *Laurentius Behem*, Canonum Doc Canonicus; Senior & Scholaſticus S. Ste ni Babenbergenſ. qui eadem tempeſtate c Capnione Romæ fuit, literis ad ipſum d teſtatur, ſedulus admodum & curioſus fu indagandis comparandisque Judæorum bris. *Tantus enim*, inquit, *meus in te eſt quem ſuavi amicitia tibi Romæ cum pariter Hebraicos inter Judæos libros percontando paraſti. Vnde me quam ingratiſſimum ſerem, ſi me tuæ bonitati non patefacerem; doquidem te unice admirer & obſervem. Præceptor optime, idemque vir doctiſſime, ad ne memineris, quod me docueris Romæ, qu pacto illa LXXII. Dei nomina ineffabilia verbis Exodi :* & angelus domini, *καὶ τὰ πά, extrahantur ſeu componantur. Fuit enim hi illud jucundiſſimum ex te hauſiſſe. Et qu hujus cauſa feciſti me emere volumen illud ſim ctis ſcriptum, quod Judæi in ſynagogis ſu ſervant. Sed nec te latere puto, cum ex urb mum reverſus ultimum* Razielis *librum ad deris, quo carebam.* Neque in Italia tan libros conquiſivit, ſed etiam in Germa qua de cauſa ad *Jacobum Margolith* prima Judæorum Ratisponenſ. ſcripſit, qui H braicâ epiſtola reſpondit, illos libros q

flag

flagitaſſet, venales Ratisbonæ non eſſe, nec reperiri. *Cruſius* L. IX. Part. III. Cap. III. ex *Geſneri* Bibliotheca tradit ad A. 1490. *Joannem Beham* Ulmenſem primum omnium in Germania Hebraicum Lexicon & libros aliquot Grammaticos à Judæis comparaviſſe, quibus *Capnioni*, *Pelicano* & aliis profuerit. De quo nihil exploratum habeo. Hoc Noſtro ad laudem ſufficit, quod Romæ conquiſitis undique libris & comparatis ſubſidiis magnam Germaniæ, parum hucusque exculte, lucem attulerit, eòque, ut in Oratione diximus, meruerit ut φωσφόρος potius Græce, Latineque Lucifer diceretur, quam Capnion, aut fumeus. Ita ad nomen, quod ajunt, alluſimus. Vidi interea aliis quoque idem placuiſſe. Huc refero *Adæ Wernheri* Temarenſis tetraſtichon: Lucem attulit literis.

*Cum tua jam totum* fumaſcat *fama per orbem,*
*quam facile audito nomine notus eris.*
*Vix una in cœna nos ſors conjunxit amicos.*
*Et jam diſtrahimur* Fumule, *vive, vale!*

Et hoc *Joannis Ziegleri* in quendam Reuchlini librum compoſitum:

Capnion *hic latum victricia ſigna per orbem*
*En agit! & totus fulminat hocce libro:*
*Multus* Agrippinis *fumus importunus ocellis,*
*Aſt redolet doctis thura Sabæa viris.*

Eodem pertinet *Henrici Bebelii,* Juſtingenſis, politioribus literis in Gymnaſio Tubingenſi præfecti, Sapphicon carmen, e quo tres duntaxat ſtrophas producemus, in qui-

bus id, quod volumus omnium lucu-
tiſſimè eſt expreſſum:

Capnion *magnum ſpecimen* Suëvis,
*Te Parens rerum voluit nitere*
*Ante mortales, velut ante* Phœbum
*Sydera ſplendens.*
*Optimis fulges Superûm favore*
*Dotibus ſanè ingenii vigentis,*
*Ipſe natura ut videare cunctas*
*Noſſe Camœnas.*
*Seu velis Græcas Latiasve Muſas,*
*Aut Hebræorum tonitaſſe ſcripta,*
*Optime calles nitidus per Orbis*
*climata vaſti.*

& puriori Theologiæ. Hæc ſimiliaque his, ſane eximia, ciunt, ut ſi non Lux mundi, Germaniæ te dici Reuchlin mereatur. Neque tantum literis melioribus lucem acc & ex craſſiſſimis ignorantiæ tenebris ruit, ſed, quod omnium eſt maximum, niores etiam illuſtravit, atque à ſord quodammodo repurgavit, ut facem ferre Luthero viſus fuerit. In multis

In art. de Juſtificane. Manl. m. 73. fidei capitibus ſecus, atque rectius ſen quam Scotiſtici tenebriones. Cujus ſtem habemus *Phil. Melanchthonem*, qui leſcentem ſe audiviſſe ſcribit *Stœflerum* & *pnionem*, de doctrina noſtra diſputantes, quendam *Scotiſticum Doctorem* dicentes: *nos legimus in noſtris* Bibliis, *invenimus longe Theologiam ac ſententiam de* Juſtificatione *vos in veſtris Gloſſis.* Jam vero hoc de J

*catione* dogma, verè recteque ſentientium judicio, omnium eſt præcipuum. *In hac controverſia*, inquit *Philippus* in Apolog. A. C. *præcipuus locus doctrinæ Chriſtianæ agitatur, qui rectè intellectus illuſtrat & amplificat honorem Chriſti, & affert neceſſariam & uberrimam conſolationem piis conſcientiis.* Id *Martinus Lutherus* ſuis etiam teſtimoniis confirmavit paſſim, in ſcriptis ſuis variis, commentar. in Geneſ. in Galat. Tom. V. & VI. Lat. Witteb. T. III. Jenenſ. Conf. Art. III. ſolid. Declarat. p. 693. Neque minus alter *Martinus*, per quem, ut vulgare apud nos verbum eſt, prior ſtetit, *Chemnitium* puto, id comprobavit, quando T. II. Locc. Thol. de Juſtific. p. m. 547. aſſeruit, hunc locum eſſe tanquam arcem & propugnaculum præcipuum totius doctrinæ & religionis Chriſtianæ, quo vel obſcurato, vel adulterato, vel ſubverſo, impoſſibile ſit puritatem doctrinæ in aliis locis retinere: ſalvo autem hoc loco, corruere per ſe idolomanias, ſuperſtitiones, & quicquid eſt corruptelarum in omnibus ferè aliis locis. Cum ergo *Capnion* ſummum hoc fidei caput, cui omnia innituntur, ſalvum, purum, integrumque tenuerit, fumum utique non vendidit, ut Scotiſtica & reliqua obſcura cohors, ſed plenam Evangelii lucem exoſculatus eſt, ac recte omnino fecit, quod in firmiorem ſermonem Propheticum eſſet intentus, tanquam in lucentem obſcuro in loco lucernam, donec dies illuceret & lucifer in ipſius animo oriretur.

p. 60.

de Sacrament Sed aliud quoque ſpecimen ex eod autore proferre placet, unde liquido ap rebit, haud defuiſſe noſtro alibi quoq mentem ſaniorem & luce divini Spiritus i ſtratam. Totam rem ſic enarrat *Philipp*

Manl. p. 88. Stutgardiæ *fuit conſuetudo, ut paſtor Eccleſia q annis â capitulo* Conſtantienſi *peteret pot tem* ſacramenta *adminiſtrandi, ſed quia m ſunt reditus, princeps parochiam adoleſcenti cui nobili commendavit. Sed nobilis ille venaba nec Eccleſiam curabat: atque ita neglexit morem tendi adminiſtrationem Sacramentorum.* Orti *igitur quæſtio inter* Theologos, *an illi, qui int temporis, dum fuit mos neglectus, uſi fuerant* Sa *mento, rectè cœnam Domini ſumpſiſſent?* Ibi a *indocti diſputaverant, quod non vero Sacrament fuiſſent; ſed doctiores, ut* Capnio, *& alii qui dixerunt: Quamvis conſuetudo petendi, ac juſp gendi Sacramenta neglecta fuiſſet, nihilominus v ram adminiſtrationem factam fuiſſe.* Nam ea q *ſunt juris divini, non mutantur, etiamſi ali traditio humana negligatur, præſertim quæ non fi eſt ex contemptu.* Adhæc, cum *Weſſelum* ha

& aliis. buerit Præceptorem Noſter, haud dubi eſt, quin veram in Theologia doctrinam multis ab eo hauſerit.

Porro Pontifici Romano non ita cœ

de poteſtate Papæ. obſequio erat addictus, ut omnem ei pot ſtatem in *temporalibus* æque ac *ſpiritualibus* (l ceat enim uti vocabulis vulgò receptis atq uſitatis) tribueret, quemadmodum ex Or tione, quam ad *Alexandrum* Pontif. hab dilucidè patet.

Ip

Ipſe denique *Lutherus* Noſtrum præceptorem veneratus eſt, & organum conſilii divini omnibus puræ Theologiæ ſtudioſis exſpectatiſſimum appellavit, in epiſtola ad eum perſcripta; quam integram hic ſubjiciemus. Lutheri ipſius teſtimonium.

## *Martinus Luther, Auguſtinenſis, Joanni Reuchlin Phorcenſi.*

DOMINUS *tecum, vir fortiſſime! Gratulor miſericordiæ Dei quæ in te eſt, vir & eruditiſſime, & humaniſſime, quâ tandem prævaluiſti obſtruere os loquentium iniqua.* Fuiſti tu ſane organum conſilii divini, ſicut tibi ipſi incognitum, ita omnibus puræ Theologiæ ſtudioſis expectatiſſimum; *adeò longe alia fiebant à Deo, & videbantur geri per vos. Eram ego unus eorum, qui tecum eſſe cupiebant, ſed nulla dabatur occaſio. Eram tamen oratione & voto tibi ſemper præſentiſſimus. Sed quod tunc negatum eſt ſocio, nunc cumulatiſſime tributum eſt ſucceſſori. Invadunt dentes iſtius* Behemoth *me, ſi quo modo ſarcire queant ignominiam, quam retulerunt ex te. Occurro & ego ipſis, longè quidem minoribus ingenii & eruditionis viribus, quam tu occurriſti & proſtraviſti, ſed non minore animi fiducia. Congredi mihi detrectant, reſpondere recuſant; ſed mera vi & violentia in me viam affectant. Vivit verò* CHRISTUS, *& ego perdere nihil poſſum quia nihil habeo. Fracta ſunt in tua firmitate non parum quidem cornua horum taurorum.* Hoc *enim* in

te

te egit DOMINUS, ut Tyrannus ſophiſtarum aliquando & tardius & m... diſceret veris Theologiæ ſtudiis reſiſt... *ac reſpirare inciperet* Germania, ſcriptur... doctrina, tot eheu! annorum centuriis ... tam oppreſſa quam extincta. *Non erant initia danda per hominem parvæ gratiæ; ſed ...* CHRISTUM *(ſit venia comparation... mnium maximum montem Deus contrivit ... in pulverem mortis; verum ex iſto pulvere ... excreverunt tot magni montes, ita tu parum ... liſſes fructus, niſi mortificatus in pulverem fuiſſ... dactus. Vnde nunc tot ſurgunt proceres liter... ſacrarum. Et exaudita eſt oratio gementis E... ſiæ: Salvum me fac Domine, quoniam defeci... ctus, diminuti ſunt fideles de filiis hominum. ... niam exaltati fuerunt ad altitudines Dei, vil... filiorum hominum. Sed ecce nonne ego impu... qui tam familiariter ſine proœmio honoris tecum ... quor? Verum, facit hoc animus in te officioſiſ... qui & tibi eſt familiariſſimus, tum memoria tu... librorum tuorum meditatione. Accedit ad hoc, ... & permovit, ut tandem ſcriberem, quia* Phili... *noſter* Melanchthon, *homo admirabilis, ... pene nihil habens, quod non ſupra hominem ſi... miliariſſimus tamen & amiciſſimus mihi, omnino ... git has literas ad te; fidem jubens, certiſſime ... ægrè laturum, ſed & gratum habiturum quod ... ad te ineptirem. Huic ego imputes velim, ſi ... imputare velis, niſi quod animum meum erga te ... niſi candidiſſimum his literis proteſtari volui. ... & gaude in Domino, Præceptor verè mihi venera... Wittembergæ alterâ die Luciæ, A.* M. D. XV...

A...

Alibi etiam Lutherus *Reuchlinum* inter eos numerat, qui injuſtè, ob veritatem agnitam atque profeſſam damnati ſunt. *Poſt hos*, inquit, (Occamum, Picum Mirandulanum, Laurentium Vallenſem) *Johannes Reuchlin, in quo deprehenſi ſunt Theologi quinque Vniverſitatum (Deo diſponente) quid ſapiant, quid cernant, quid quærant doctrinales damnatores. Nec obſcurum eſt* Lovanienſes *&* Colonienſes *conſcientia hujus ignominiæ agitatos, quam ex* Reuchlino *acceperunt, novâ hac fabula in* Luthero *quærere redemptionem gloriæ, ut qui in illo fuerunt damnatores avthentici, non doctrinales tantum; nunc re peſſimè geſtâ nonnihil fracti, cum nec doctrinales,, nec authentici manſerint, ficta humilitate tantummodo doctrinales ſe ſimulant, ſperantes ſe evaſuros quoque avthenticos.* in Reſp. ad condemnation. doctr. T. I. Jen. Lat. f. 469.

Verum de his infra ſuo loco uberius dicemus. Nunc Reuchlinum Româ in aulam Palatinam redeuntem comitabimur. Legati partibus rite feliciterque obitis magnam apud Philippum gratiam iniit, qui eum perpetuo ſecum retinere cupiebat, ac cum in patriam revocaretur, ægre admodum abs ſe dimiſit; ſed retinere tamen nec potuit, nec voluit, quia graviſſimas diſceſſus cauſſas habuit, nempè conjugis, quam in Suevia reliquerat, conſuetudinem, & otium literarum ſtudiis impendendum, quod in aula non dabatur. Erat verò tum in aula Würtenbergenſi pacatior longe rerum ſtatus, quam ante. Nam, ut *Melanchthon* autor eſt, edicto Impe-

Redit Heidelbergam.

Revocatur in Sueviam.

or. de vita Reuch.

Imperatoris coactus ille ſucceſſor *Eber[...]* *Probi* reliquerat gubernationem, & Mo[...]chus procul fugerat in alias terras terras[...] potius ἐς κόρακας, & jam gubernatio Du[...] *rico* adoleſcenti, ſententiâ Imperatoris, [...]ta erat.

L. IX. P. III. cap. 8. p. 869.

*Cruſius* autem perhibet, *Eberhar[...]* juniorem ſponte ſe adminiſtratione Duc[...] abdicaſſe certis conditionibus, cum no[...] voto res cederet, eique ſucceſſorem à *M[...]miliano* Cæſare datum *Vlricum*, Comitis [...]*rici* Filium, & *Vlrici Adamiti* nepotem, un[...]cim annorum puerum, cui tutores gu[...]bernatoresque Reipubl. dati fuerint p[...]

v. Reuchlini præfat. in Chron. Naucleri, & exind. Cruſ. p. 517.

alios *Gregorius Lamparter*. J. V. D. Canc[...]rius, *Ioannes Nauclerus*, vulgo nominatus [...]gen/ ſ. Vergenhans / Doctor atque Præp[...]tus Eccleſiæ Tubingenſis, & Academiæ C[...]cellarius, qui Chronica edidit ad annum[...]que 1500. perducta, & hujus frater *L[...]vicus*, Stutgardienſis Eccleſiæ Præpoſitus[...] deinceps Würtembergenſis Ducatus C[...]cellarius: ab his, ut iterum *Melanchthon* p[...]didit, Reuchlinus revocabatur in patriam[...]

Triumviratum Sueviæ adipiſcitur. De quo officio, & fœdere Suevico nonnulla diſputantur.

ſtudiis totum ſe dare cupiebat; cum[...] ſummam Sueviæ *Triumviratus* dignita[...] nulla ambitione ſed ultro delatam adep[...] eſſet, unico hoc munere contentus, quic[...] à negotiis publicis relinquebatur otii, li[...] tribuebat, ut ipſe de ſe memorat in epiſt[...] qua *Adriano* Cardinali libros de accent.[...] orthogr. Hebr. Ling. inſcribit.

fol. III.

*Jam,* inq[...] *civiles cauſſa obruebant, in foro verſabar, pote[...]*

*ſimor[...]*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*ſimorum* Germaniæ *Principum conſiliis intereram. Poſt deinde ad ſummam* Triumviratus Sueviæ *dignitatem electus, quem undecim annos continuos geſſi, ſæpè imminentia patriæ bella juſto tribunali dimoveram, ne tum quidem peregrinis ſtudiis neglectis. Hac veluti occaſione uſus, interdum ad* Hebræa *animum contuli, de erant enim adhuc.* f. LIX. col. b.
Libro II. ſcribit, ſe depoſuiſſe ſponte Triumviratum & negocia ſecularia, quo in literarió otio quieſcere, ac ſacroſancta divinitati conſortia legere, ſibi & Deo, per quæ ſalutem perpetuam, & cordis tranquillitatem, verumque gaudium ac non fucatum adipiſci poſſet. Unde hic titulus paſſim Reuchlini libris & chartis, in ampliſſimâ Bibliotheca quæ Neoſtadii eſt ad Cocharum, à FRIDERICO Würtembergiæ Duce omnis ætatis memoriæque clariſſimo, collecta, manu *Andreæ Rüttelii* & *Osvvaldi Gabelcoveri*, celeberrimorum domus Wûrtemberg. Archivariorum, inſcriptus legitur: JO. REUCHLIN PHORCENS. DOCTOR JURIS. COMES PALATINUS LATERANUS, SICAMBRORUM LEGIS TACITUS, ET SVEVIÆ TRUMVIR. FRIDERICO III. IMP. ROM. INSIGNIS.

De hoc Triumviratus munere diu fui ſollicitus, ut quæ ejus fuiſſent partes, rectè intelligerem. *Melanchthon* enim deſiderio meo non ſatisfecit, qui Suevicum fœdus in Ora-

Oratione Encomium Svevorum contine
deſcripſit quidem, ſed nimis generatim, &
ſingularem ſpecialemque illius notitiam
deſcendit. Itaque ubi occaſio mihi
cum viris hiſtoriarum peritis colloquendi
dulo diligenterque de hujus fœderis ra
percontatus illos ſum. Commodum
accidit, ut cum proxima æſtate curam vale
dinis habiturus ad acidos Deinachii fon
profectus eſſem, in familiaritatem D N. U
RICI PREGIZERI, J.U. Doct
& in Illuſtri Collegio, quod Tubingæ
Profeſſoris celeberrimi venerim, à quo
coram inter deambulationes & poſtea e
per literas nonnulla de hoc argumento
moratu digna accepi, eoque nomine pu
ce hic tanto viro gratum animum decla

Nomen. tum cupio. Ut verò ordine in expli
do hoc fœdere progrediamur, prima de
pellationis ratione cura nobis erit. Refe
nim ſcire, cur fœdus Suevicum dic
fuerit, cum tamen alii etiam præter Sue
illud inierint, vel in id conſenſerint
magis, cum conſtet Reuchlinum hunc
paſſe titulum: der Käyſerl. Maj. als
Hertzogen zu Oeſterreich / auch Chur-
ſten und Fürſten gemeiner Bund-Richt
Schwaben.

Ejusq; origo. Quando originem atque principium
jus confœderationis altius repetimus, S
vos ejus autores extitiſſe reperimus, à qu
proinde recte fœdusSuevicum appellatum

ſe

intelligi poteſt. Illi enim, cum Anno 1487. (al. 1488.) Imperator FRIDERICUS Noribergæ de pace communi (perpetua, ut opinor, quam demum A. 1505. *Maximilianus* I. ſancivit; ad tempus enim ab eod. *Friderico* jam antea Francofurti A. 1442. utcunque ſtabilita fuit) in Imperio firmanda conſultaret, ſoli ex omnibus fœdus inter ſe, ipſius Cæſaris auſpiciis, iniêre, cui deinceps Principes nonnulli alii, ac vicinæ civitates ſubſcripſêre. Hac in re Illuſtri viro, *Bilibaldo Pirckheimero* potius, quam vel *Cruſio* dubitanti, vel aliis accedo, qui ſub initium L. II. belli Helvetici tradit, ſpectaſſe hoc fœdus eò, ut Bavariæ Ducum potentia & vis cohiberetur, qui Cæſarem ipſum contemnere ac multa quotidie violenter perpetrare auſi ſint. Sed fortaſſis operæ pretium erit ipſum audire Pirckheimerum. *Erant*, inquit, *tum* Bavariæ *Duces admodum potentes, ac* Auſtriæ *domus æmuli, qui oblata occaſione freti &* Cæſarem *ipſum contemnebant, & multa quotidie per vim non deſinebant perpetrare.* Albertus *igitur dux* Ratisbonam *civibus dedentibus occupavit.* Georgius *verò, qui ditiſſimus & potentiſſimus habebatur, vicinas* Svevorum *civitates & populos aſſiduis injuriis infeſtabat: eoque inſolentiæ devenerat, ut nec Legatos eorum audire vellet. Civitates igitur omni ope deſtitutæ, ex* Friderici *conſilio fœdera inter ſe ineunt, quibus mox* Prælati, *ut vocantur, cum nobilitate ſe junxerunt, ac bellum* Georgio, *ni ceptis deſiſteret, inferre cogitarunt: qui cum ino-* *p. 74.*

Q pina-

*pinatò vim tantam contra ſe inſurrexiſſe* ce
*non ſolum innatum depoſuit faſtum, ſed* et
*ſuperbiſſimo redditus eſt humilimus.* Omnia
*quæ per vim ademerat, vi quoque reddere eſt* co
*ac ingentem inſuper pecuniarum ſummam,* p
*vere adactus: ſed &* Albertus *Dux* Ratisbo
*reſtituere beneficii loco duxit; nam* Friderici
*erat.*

Signum. Fœdere conjuncti invicem appella
tur die Geſellſchafft Sanct Georgen Sch
quia omnes quotquot in hac ſocietate c
prehendebantur, clypeum cum *S. Georgii* ef
geſtare debebant; quem è Divorum nu
ro hanc forte ob cauſſam elegerunt, q
niam contra *Georgium* Bavariæ Ducem, tum
tentiſſimum pugnare cupiebant; cujus Di
pe freti facile ſe hoſtem ſuperaturos, ex
illorum temporum ſuperſtitione conf
Claſſes duceſque. bant. Diviſa autem hæc ſocietas fuit in q
tuor claſſes, quarum quælibet ſuum exe
ſ ri ordine habebat Ducem. Prima era
*Hegæa*, & ad lacum *Podanicum*, Ducemque
bebat *Jacobum Bodmanicum*: altera ad D
Cruſ. L. IX. P. III. cap. 1. *bium*, cui praerat *Vlricus Fronſpergius*: terti
*Kocheram* regebatur ab *Alberto Lympurg*
quarta denique ad *Neccarum* & *nigram ſyl*
paruit *Georgio* ab *Ehingen*. Hæc diviſi
Svevica nobilitate deinceps quoque ma
ladditusque quintus ordo ſuperioribus,
rum np. qui ad *Greichgæam* habitabant, ac pr
claſſi juncta fuit *Algovia*. Neque urbes
deſtituebantur præfecto; quo honore ga
b

bat *Wilhelmus Beſſerer* Ulmenſis. Quinque his Ducibus præfectus fuit cum Imperio Dux generalis *Hugo* Comes à Werdenberg, ac ſingulis adjuncti conſiliarii, ſimiliter ex equeſtri ordine. Fœderis ſocios nominatim exprimit *Jo. Sleidanus* in fine Libri IV. de ſtatu Relig. & Reip. p. m. 116. ſed non omnes. Suppleri autem poteſt ex *Jo. Strauchii* diſſertat. Exoter. Jur. Publ. X. §. 3. qui inſuper numerat Abbates XI. Abbatiſſas III. & civitates Imperiales XXX. Socii.

Factum autem fuit hoc fœdus initiò quidem in annos acto, quorum finis inciditſubla-tumque in A. 1495, quo pax perpetua à MAXILIANO I. Imperat. Wormatiæ ſanciebatur: deinde prorogatum in tres, poſt in duodecim, ac inde in decem annos: anno verò ſalutis humanæ ſupra milleſimum quingenteſimum vigeſimo ſecundo, quo *Reuchlinus* diem obiit ſupremum, renovatum fuit in annos undecim, Ulmæ, ſub CAROLO V. ut luculenter & prolixe traditur a *Friderico Hortledero* L. III. cap. IV. de cauſſ. belli Germanici. Exſpiravit igitur anno 1533. nec redintegratum deinceps eſt, annitente FRANCISCO I. Galliæ Rege, teſte *Mart. Bellajo* comm. de rebus Gall. L. IV. fol. 142. & ſi *VVaremundo* ab Ehrenberg ſive *Eberhardo* à Weihe habenda fides eſt, etiam CAROLO V. Imperatore. *At quo minus ei credamus*, inquit *Strauchius* loco paulo ante adducto, idem *Bellajus* facit fol. 150. 152. & 156. Ad

quando & ſublatum initum.

medit. pro fœd. L. I. cap. cap. 2.

156. Adde *Chytræum* in Saxon. L. X[illegible] prope finem. Sine dubio exorta ob reli[gio]nem diſſidia & ſimultates præcipue eff[ece]runt, ut diſſolveretur hoc fœdus. Etſi [non] nego multa ſubinde facta à quibusdam [e] ſociis fuiſſe, quæ minime probari deb[ent].

l. cit. Unde haud a vero alienum ſcripſit *Pir[khei]merus*, fœderationem Suevicam eam arrog[an]tiam, quam Bavari, quorum potentia [...] roganti a occaſionem huic fœderi dedit, [ut] ſupra ex eodem autore dictum fuit, exuen[...] induiſſe, nihilq; eſſe impervium virtuti ac [po]tentiæ ſuæ duxiſſe. Unde potiſſimam [di]ſcordiarum & belli Helvetici, quod de[...]bit, cauſſam extitiſſe putat; quod non [...] *Maximilianus* Rex, quam ejus potentes [...]ci rerum ſucceſſu elati, animo volvere [...]perint, ſub qua honeſta occaſione bel[lum] Helvetiis inferre, ac olim acceptas inj[urias] vindicare poſſent. Cum igitur Cæſar[iani] arma expedirent, milites inſtruerent, ac [...]lo omnia ad futurum bellum compara[rent,] Suevi quoque ex fœderis formula arma [ar]ripere Helvetiosque oppugnare cœper[unt.] Tum & *Vlricus* Würtemberg. Dux d[itio]ne ſua pulſus & à Svevici fœderis ſociis [...]ctus fuit, propterea quod *Reutlingam*, op[pi]dum imperii, ipſis confœderatum, nuper [...]piſſet. Unde multa Würtembergico [...] mala acciderunt, quæ Reuchlinum qu[o]que haud leviter afflixerunt, ut paulo poſt re[cen]ſebimus. Interim de ejectione & reſtitu[tione]

ne *Vlrici* peculiari diſſertatione egit *Jo. Strauchius*, quæ inter exotericas decima eſt. In ea tamen ſcio multa eſſe, quæ Würtembergici minimè probant, haud omninò abs re conquerentes, injuſtè ducatu illo, qui feudum Imperii erat, ejectum *Vlricum*, ac injuſtius multo à ſucceſſionis beneficio excluſum filiolum quatuor annorum, Chriſtophorum, eumque CAROLO V. Imperatori contra primam Ducatus fundationem, contra ipſam Cæſaris capitulationem, contra alias Imperii leges & fœderis conditiones conceſſum traditumque eſſe. Sed hanc litem meam non facio, ac aliis potius, quorum magis intereſt, dijudicandam illam relinquo. Neque enim inſtitui omnia & ſingula de fœdere Suevico referre, ſed ea duntaxat, quæ faciunt ad explicationem dignitatis illius, quam Sueviæ *Triumviratum* appellatam fuiſſe, ſuprà indicavimus. Malo autem hoc omne aliorum, quàm meis exprimere verbis, cum ut majorem dicta autoritatem habeant, tum ut adulationis crimen devitem. Atq; ne nimis ſim prolixus, è Strauchio deſcribere totam hujus officii rationem placet. Sic autem ille: *conſtituebantur fœderis* judices tres, *unus à* Cæſare, Electoribus & Principibus? *alter à* Prælatis, Comitibus, Dynaſtis *ac* civitatibus: *data illis jurisdictione, mixtoque Imperio in cauſis Principum inter ipſos, vel adverſus alterius ſubditos, eosque vel ſingulos, vel integras univerſitates, realibus & perſonalibus, criminalibus*

Judices fœderis tres.

 *& ma-*

*& matrimonialibus exceptis. Circa Feud*
*conſtitutum, ut ſiquidem inter litigantes conve*
*quod ſint feudales, ad ordinarium tribunal ut*
*tur: ſin de qualitate lis, vel incertum ſit, item*
*de evictione, poſſeſſione, ſervitutibus feudorum,*
*competentem judicem fœderis exerceantur; quæ*
*late cauta fuere in dictis renovati fœderis*
*quæ habentur apud* Hortlederum L. III. cap.
*Inprimis ſancitum, ne Ordo alter alterum vi*
*invadat, dejiciat, captis pignoribus ſpoliet, capt*
*ducat, de mutuis auxiliis, & aliis pluribus.*

Hæc fere ſumma eſt eorum, quæ ad
dicis officium pertinebant, quæque lati
*Hortlederus* deſcripſit, l. c. p. 638. ſeqq. Ex
lis verò quæ in compendio adduximus,
telligi ſatis poteſt, ampliſſimam fuiſſe Tri
viratus dignitatem atque auctoritatem, q
niam & prudentiſſimi & juſtitiæ æquit
que amantiſſimi eligebantur. Fuitque
ſter inter omnes primus, à Cæſare quippe
lectoribus & Principibus conſtitutus. Q
magis admiratione dignum eſt, quod ſpo
ſe hoc munere abdicaverit, ſolo litera
& ſtudioſæ juventutis amore ductus,
alii tantum honoris faſtigium ambiunt ma
gna cupiditate & turpibus quandoque co
ditionibus prenſant. Sed & eo tempo
quo muneris partes implebat, quando
que aliquid otii nactus fuerat, ſtudiis
gilabat; atque ſic una & Rei publicæ & li
rariæ utiliſſimam operam locavit. *Sap*
quit; *imminentia patriæ bella juſto tribunali*

Reuchlinus præcipuus.

Rem publ. ſimul & literas tractat.

*qu*

*veram, ne tum quidem peregrinis ſtudiis neglectis.* Utrobique igitur Triumvirum ſe præſtitit; & in literis & in cauſis forenſibus. Haud igitur abs re *Sebaſtianus Brant* literis, quibus Noſtro gratulatus eſt de felici ad patrios lares reditu, hoc carmen ſubjecit: v. ſupr. p.

*Optime Suevigenûm,* triplicis *decor unice linguæ.*
Capnion! *ſalvum Te* Titio *eſſe jubet.*
*Tu velut* Auguſtus Lepidus Marcusve *Triumvir*
*Totius Imperii es Teutonicique ſoli.*

Similiter quoque *Conradus Leontorius* Monachus Mulbronenſis, in epiſtola anno MCCCCXCV. exarata, mirum in modum deprædicat præſtantiſſimum *Reuchlini* animum, ingeniique ipſius naturam & acrimoniam, dum quod excellentiſſimi Philoſophorum, aut neglexerunt, aut minime fuerunt attentare auſi, ut theoricam laborioſa cum civilitate conjunxerint, & reipubl. fungentes muneribus ſe nihilominus philoſophiæ ſtudiis addixerint, ipſe utrumque munus ſplendidiſſimè ſolitus fuerit obire. Ac poſt interjecta nonnulla ſcribit: *tractas quidem Rempublicam, ſed interim ſummi Philoſophi & Oratoris eloquentiſſimi* (addo ego, & *Philologi*) *munus impleſti. Ego trilinguem, immo quinquilinguem Suevum Romano* Tullio *non æquo tantum, ſed etiam præfero; tanti exiſtimo, ex hac barbarie in tantam eruditionem emergere potuiſſe.* L. 1. Epiſt. Ill. vir.

Quærebat autem noſter laborum, quos in foro ſubibat, tædio moleſtiaque pleniſſimorum Rudimenta & comment. in.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Pſal. pœni- tent. edit.

rum quaſi quoddam condimentum in li
literis ut in epiſtola, qua *Jacobo Lempo*, Theo-
giæ atque Juris Doctori, Commentarios
in ſeptem *Pſalmos pœnitentiales* dicavit, de
pſo in hæc verba ſcripſit: *Conjeci me*, cum
ſtudio me manciparem, *in ſervilem condit*
*& repulſa vivendi libertate immiſcui me infinit*
*minum & jurgiorum quæſtionibus, atque demum*
*publ. curis & ſollicitudinibus, quæ non tantum*
*ſomnos adimunt, ſed etiam vigilanti & recti*
*robur mentis debilitant, & corporis nervos, ubi*
*quies, nulla tranquillitas. Unde mihi crebri*
*in mentem, ut ſentirem priſcos illos & majores*
Minoi *juriſperitiſſimo, quippe qui eſſet novem*
*ab ipſo* Jove *eruditus, & illi* Rhadamanto, *etiam*
tone *teſte, viris optimis atque ſinceris, juſtitiæ*
*que deditis, haud ficte ſed vere apud inferos*
*dediſſe. Quando namque tranquillitas mentis*
*corpori deeſt, quid aliud eſt; ſi non inferorum*
*tari pœna eſt? Taceo ſæpe infortunatos ejusmodi*
*que hominum exitus.* Demoſthenes *poſt clara*
*pub. negotia, extractus* Neptuni *Aſylo quo confug*
*ab Antipatro interficitur.* Themiſtocles
*profugus ſeipſum interimit. Sed nobis, quid*
*Græcis? Latinos recordabor. Quid* Cicero
*juris? Non* Antonii *gladios effugere poterat.*
tius à Sylla *occiditur, â quo & Marius prætor*
*obtruncatur. Nec unquam ſanguine cauſidici*
*duerunt roſtra puſilli. Scipio domeſticorum*
*bus ſuffocatur: Regulum hoſtes necant. Pompe*
*Nilum transfoditur. Julius Cæſar in ſenatu*
*latur,* Cato *ipſe ſibi homicida fit, &* Nero *caput*
*& quorum me nunc piget. Quin cum ſatyra*

*exclamare : O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane ! Quapropter ut mihi pacem optatam quærerem, quæ absque* CHRISTO, *vel tum patribus venturo, vel nunc qui nobis pridem, noviſſima ſcilicet hora, venerit, contingere poteſt nemini, talia meditatus ego interdum ad ſacram Scripturam diverti, quæ tota Chriſti eſt, ſive ea ſit in vetere inſtrumento hebraicis literis, ſeu in novo græcis conſcripta : & illius ergo Romanum loquendi morem prius adeptus, denuò utramque linguam didici, & græcam & hebraicam, ut ſanctiſſima oracula & eorum hierophantas interius capere poſſem. In hoc enim conquieſcit verè pacatus hominis animus.* ὀυ μόνον μαθῶν ἀλλὰ καὶ παθῶν τὰ θεῖα, *ut ait* Dionyſius *de divinis nominibus ; id eſt : non ſolum diſcendo verum etiam patiendo divina. Durum autem poſt eas diſciplinas & agreſte nimis judicabam, amicis negare humanitatis officia, ſæpè multumque & coram, & per epiſtolas nunciosque à me petentibus, ut eis moleſtè admodum, &, ut ajunt, intolerabiliter ignorantibus, aliis quidem græca divulgarem, aliis autem Hebraica. Quare pio amore ductus, cum antea docuiſſem multos in græcis literis & per grammaticam artem, cui titulum inſcripſi, Micropædia, dolaviſſem quicquid potui; noviſſime ad decorem & ſplendorem ſacratiſſimæ Theologicæ & Theologicorum virorum utilitatem, ipſe ego totam linguam hebraicam primus omnium in literis, in dictionibus & regulis collectivè, legibus mancipavi latinis. Vtque omnibus promptum eſſet omnium meorum abundare copia & facilitate, feci rudimenta hebraicæ linguæ, quæ multo ſudore & algu, prece, premio & precio, per longa tempora corraſeram, haud ſine incredibili diligentia & ære non parvo publicitus*

 *impri-*

*imprimi. Qui liber rudimentorum meorum cum integrum hebraice intelligendi artificium contin nonpoteſt derepente tanto uſui eſſe, niſi & adhibe tur aliqua volumina bibliæ, qua quidem ipſa tota gua conſtat.*

In Epiſtola ad *Arnoldum* de *Tungari* ſe in ſacratiſſimæ Theologiæ profectum, tilitatem atque laudem Hebræorum lingu in Latinas regulas, opus antea inauditum redegiſſe, ejusque dictionarium conſtruxi labore pleniſſimum, cum magno rei famili ris impendio & jactura. De ordine, que ſervavit, idem hunc in modum ad fratre *Dionyſium* ſcripſit: *tribus voluminibus totum gotium conficiam.* Primum *erit de literis, ſylla & dictionibus uſque ad ea vocabula, quæ à* K *in piunt.* Secundum *de dictionibus inchoantibus* L, uſque *ad finem vocabularii.* Tertium *de te* Grammatica *& ejus exercitatione.* Sebaſtia nus Münſterus *tres libros in duos contraxit, ut tota* Grammatica *priorem occuparet locum* Lexicon *poſteriorem:* addidit quoque hau pauca, ut quaſi novum opus videri potuer quemadmodum vel ex ejus titulo appare quem hunc fecit: *Joannis Reuchlini Phorcenſ primi* Græcæ *&* S. Hebraicæ *linguæ, adeoque meliorum literarum omnium in* Germania *auto ris, in* Galliis *verò &* Italia *vindicis,* LEXI-CON *Hebraicum, & in Hebræorum* GRAM-MATICEN *commentarii, quibus ea, qu requiri, utiliterque addi poſſe videbantur, ex Elia longe utiliſſimis inſtitutionibus accreverunt.* LEXI-

CO

CO *quoque præter complures* Scripturæ *locos, qui citantur, hebraicos factos, ingens acceſſit dictionum numerus. Ita lucubrationes à* Capnione *feliciſſimè cepta, non minus feliciter Dei Opt. Max. ope,* SEBASTIANI MUNSTERI *operâ, & non levibus vigiliis abſoluta ſunt* Baſileæ apud Henricum Petrum Anno M. D. XXXVII. *Reuchlini* verò opus prodiit Anno M. D. VI. Nonis Martiis; quod certe leve videri non debet, etſi perfectum non ſit, uti nihil eſt quod eſſe demum incipit. In multis certè lucem accendit deditque obſcuris, & ſecus ac par eſt, inque fontibus legitur, à Latino, quem *Vulgatum* vulgò appellamus, aliisque interpretibus, converſis. Qua ratione odium incurrit apud illos, qui religioni ſibi ducunt, veterum deſerere tramites, licet ſæpe devios, maluntque in errore verſari ac perſeverare, quam regiam viam monſtranti obtemperare. Id cum prævidiſſet noſter, ſibi ipſi deeſſe noluit, & his verbis obtrectatoribus reſpondit. *At gravius inſurgent* (credo) *invidi contra* Dictionarium *noſtrum, in quo multorum frequenter interpretationes taxantur.* Proh ſcelus! exclamabunt, *nihil indignius patrum memoriâ, nihil admiſſum crudelius, cum ille homo audaciſſimus tot & tam ſanctos viros divino ſpiritu afflatos labefactare contendat.* Hieronymi *beatiſſimi ſcriptura,* Gelaſio *Papa teſte, recepta eſt in Eccleſia: venerabilis Pater* Nicolaus de Lyra, *ordinarius expoſitor* Bibliæ, *omnibus Chriſti fidelibus vir integerrimus probatur. Iamjam exortus eſt aliquis ſumulus, qui plurimis*

Multa in vulgata verſ. correxit.

epiſt. ad fratr. in rudim. Hebr. p. m. 19. edit. Münſt.

rimis in locis imperite illos tranſtuliſſe notet. … rum imminentibus clamoribus hæc pauca reſpo… mihi licere, quod eisdem Illuſtriſſimis lumini… cuit. Hieronymus vir ſanctus LXX. carpit I… pretes, non ſemel bis, terve, ſed ſæpiſſimè n… Nunc illos dicit erraſſe errore perſpicuo, n… ceptos ignorantia: tum diſcordare â veritate … braica: tum falſatos ſimilitudine literar… tum conſultò aliqua celaſſe, aut omiſiſſe, … cra panderent myſteria, quos tamen Ptolom… Alexandriæ Rex divina credidit virtute … tuliſſe: & ut Juſtinus Philoſophus atque Mart… ſuo de illis parænetico ſcribit ὡς Θεοφιλεῖς … διέγνω. Nicolaus item de Lyra D. Hiero… mum in translatione ſua oſtendit reprehenſi… cum aliàs multis in locis, tum in Pſalmo ſecun… Eccleſiæ noſtræ ſupputationem 47. qui incipit: M… gnus Dominus; ubi ejus in fine ſic ait: Hie… nymus tamen minus bene videtur dic… quia in omnibus Bibliis Hebraicis, quas … almuth hic eſt una dictio & non duæ, … quomodo accuſat beatiſſimum Virum erroris … negligentiæ. Ipſemet vero Nicolaus ut æqu… menſuram pateretur, ſimile à reverendo Burgenſ… piſcopo frequentibus cum notis, invito etiam … quo fratre Doringo, ferre coactus eſt; ſed quid p… bus erit opus? Idem ille divus Hieronymus in tra… latione ſua ſeipſum erraſſe fatetur in commenta… ſupra Iſaiam capite undevigeſimo ubi ſic ait: M… us reor proprium errorem reprehende… quam dum erubeſco imperitiam confite… errore perſiſtere, in eo quod tranſtuli: … erit terra Juda Ægypto in feſtivitatem. Poſſem …

*aquin plures proferre verſiculos & quod cujusdam vocabuli ſignificatum, uſque hodie ſe ignorare non verecundiæ duxerit in Jeremia capite Septimo: & quod Apoſtolum notaverit imperitum artis Grammaticæ, in Epiſtola ad Hedibiam quæſtione ante penultima: & quod ſcripſerit, eundem Apoſtolum pſalmorum verſibus aliter eſſe uſum quam in Hebræo habeantur, ut in Commentariis ſuis ſuper Pſalmo 13. Cur. igitur in iis, quæ ad interpretandi modum artemque Grammaticam, & ad veritatem idiomatis ſpectant, me quoque non deceret in lucem producere, quid cum doctiſſimis Hebræorum ſentirem, quippe ad quos etiam, eodem* Hieronymo *teſte, confugiendum eſt, quoties in vetere teſtamento controverſia movetur. Quanquam enim Hieronymum ſanctum veneror, ut Angelum, & Lyram colo ut Magiſtrum, tamen adoro veritatem ut Deum. Ac nos plane non uſquequaque illum noſtrum Dictionarium ab omni Exceptione defendimus alienum; primò quia non ſingula complectitur: deinde quia in exponendis vocabulis crebrò variat.* Eadem corrigendi emendandique libertate utitur ſubindè in libris ſemel iterumque citatis de accent. & orthograph. Ling. Hebr. fol. VII. b. IX. a. X. a. XI. a. b. aliisque in locis propè infinitis. Itaque vel ob hanc cauſſam ſolam grati nobis iſti Reuchlini labores eſſe deberent, quod à rivulis nos ad fontes deduxit, facesque in obſcuris impeditisque nobis prætulit, à ſtudio certè incredibili ergà juventutem ſtudioſam commendandi quam maximè ſunt: in cujus gratiam deinceps *ſeptem Pſalmos Pœnitentiales* ut vocant, *Hebraicè cum grammaticali tralatione latina de verbo ad verbum & ſuper eis-*

*dem*

*dem commentariolos* edidit A. M. D. XII. *inſtitutio* ( quemadmodum ipſe ait) *in* *mentis Hebraicis habeat materiam, circa quam* *ſetur, ceu architectus circa ædificia.*

Melancht. judicium aliorumque de iſtis libris.

De his duobus Reuchlini ſcriptis pla Melanchthonis adjicere judicium. *Hisq bus*, inquit, *judico benè meritum eſſe de E ſia & de tota poſteritate. Nam & invita multos ad diſcendam linguam Hebræam & a gnoſcendos fontes doctrinæ Propheticæ, & eorum dia adjuvit.* Ipſe Reuchlinus in epiſt. c ta ad *Jac. Lempum*, cum primum omni ſe in uſum Theologiæ linguæ Hebraicæ r menta concinnaſſe ſcripſiſſet, refert, ſe *exercitii diſcipulos nonnullos, nulla tamen mer gratuitò feciſſe participes.* Ex his certe libris m linguam Hebraicam didicere, à nullo c docti magiſtro, quemadmodum *Eraſ* de *Priore* monaſterii pervetuſti Carru ſium apud Sanctum *Odomarum* Arteſiæ o pidum ad ipſum Reuchlinum ſcripſi *è tuis libris mirè literas Hebraicas aſſecutus eſt a nullo præceptore. Tibi vero ſic deditus, ut n etiam ipſum veneretur.* Similiter Joannes Fr *ciſcus Mirandulæ Dominus* ex ejus Rudime linguam Hebraicam didiciſſe ſe profiten & hunc maxime in modum in literis Reuchlinum exaratis illum librum coll davit : *Tum ego, qui in Italia librum unum de R dimentis Hebraicis tantum videram, nec mihi h re illum poteram, quæſivi* ( ex Bilibaldo Pir heimero) *an ea in regione venalis haberetur. ille, non* (inquit) *eſt opus, nec mora, prom*

ex

*ex bibliotheca ſua librum, meque illo donavit, & animo & fronte hilari. Inde in Italiam pauloque poſt in patriam ditionem reverſus, ſecundo jam ab exilio redux verſare librum avidius cœpi, revocaturus in memoriam, quæ partim exciderant, abhinc ferme annis quindecim, partim non tenaciter hæſerant, ob alia negotia & literaria & bellica. Inceſſitque me adeo ex ipſa lectione ardor, ut quicquid Hebræarum literarum haberem, per me ipſum, non per interpretem haurire cogitarim.* Exiguam tamen Theologi ei hoc nomine gratiam retulerunt, inprimis *Colonienſes.* Qua de re priusquam dicam, nova legatio, quam Oenipontem ad MAXIMILIANUM ſuſcepit, & alia nonnulla breviter commemoranda ſunt. De legatione teſtem habeo *Melanchthonem* in explic. Evangelior. fer. Lucæ Evangeliſtæ pag. 437. unde ea quæ in Oratione narravimus, ſunt deſumta. p. 32. Alibi tamen ad ea tempora hoc refert, quibus apud Cæſarem *Fridericum* Legatus ſui Principis fuit, Lentiæ, ut exiſtimo. apud Manl. p. 533. Novum autem fœdus aureis perſcriptum literis, è Baſileenſi Bibliotheca, opera *Jacobi Sprengeri Provincialis Ordinis Prædicatorum* obtinuiſſe videtur, quemadmodum ex hujus ad illum L. II. Epiſt. epiſtola Baſileæ Anno M. CCCC. LXXXVIII. data, colligo, quando inter alia ſic ſcribit. *Tuum deſiderium, quo libello* Græcis *apicibus deſcripto langues amplexatus, negare non valeo. Reperi ad tuam voluntatem inclinatiſſimos conventus Baſileenſis Patres, qui potius Codice, quam tuæ voluntatis beneplacito carere volunt*

*lunt ; his tamen adjectis conditionibus, ut ad* tuum, quoad vixeris, ſit, ut ſi caſu perditus ſi non tibi, ipſis autem ſit amiſſus. Si verò in extremis, apud te remanſerit, tuum erit, ut fato reſtituatur conventui, providere, & ex codicibus alterum pro ornatu Librariæ re. *Non aurum, non argentum, ſed vic dinis loco tuum amplexamur affectum;* te exauditum ob preces ſuas Nobilis & generoſ noſterque Dominus* Comes Eberhardu Würtemberg Senior *intelligat, effice.*

I. 11. Epiſt. hoc forte Codice Novi Teſtamenti, ſi do illum intelligit *Sprengerus*, loquitur *ſmus*, quando illum a Reuchlino per li petiit. *Eſt*, ſcribit, *animus, excudendum* Novum Teſtamentum Græcum, *adje ſtris annotamentis, Ajunt tibi exemplar eſſe datiſſimum, cujus copiam ſi feceris* Joanni Fro nio, *gratum facies non ſolum mihi atque rum etiam ſtudioſis omnibus. Codex integer contaminatus ad te redibit.* In alia epiſtola tias ipſi agit pro codice commodato. *quidem*, inquit, *mei officii doctiſſime* Reuch *literis Tibi gratias agere pro Codice, hoc eſt, tuis, nobis commodato miſſis. Sed* Frobe *in cauſſa fuit, qui me non admonito librum re* Unde, ut opinor, liquido conſtabit, ſcripſiſſe Melanchthonem, de Capn Codice N. T. Græco emendatiſſimo & cherrime ſcripto.

Oenoponte redux Reuchlinus, ob ſtem, quæ tum graſſabatur in cœnobium *Denckendorfio* nomen eſt, haud procul S

gardia ſito, quod ſepulchri Dominici Ordinis Monachos alebat, cum uxore & familia univerſa ſe recepit, ubi humaniſſime exceptus tractatusque eſt ab ejus Præpoſito ordinisque ſancti Dominici ſepulchri per Germaniam vicario & viſitatore Generali Petro, cujus rogatu libellum de *Arte prædicandi* conſcripſit, quem ei memoriæ teſtandique animi cauſſa dicavit, præfixâ hac epiſtola: *Cum aut noſtra erga ſuperos impietate, aut cœleſtium ſolito influxu Deive, omnia gubernantis providentia factum ſit, ut apud noſtrates ubique jam graſſante tanta peſtilitatis lue, vix tutò in ipſis quaſi petrarum cavernis conſiſti queat: tu me, pius* Pater in me, *quam pro tua ſingulari benevolentia tam in meos, & omnibus nota, & mihi hactenus à multis annis perſpecta, cogitantem quorſum cum uxore ac familia domo ſecederem, dedita opera per tuos familiares ad te in ipſum tuum Monaſterium vocaſti. Quæ res digna mihi videri debet in omne ævum perpetua gratitudine mea, non modo erga te, qui mihi tanto adjumento eſſe voluiſti, verum etiam in tuos, & Monaſterii tui fratres ac Dei ſervos, qui noctes atque dies in Creatoris obſequio famulantur. Quod enim illi vel officium, vel beneficium in mihi gratificando unquam intermiſerunt? aut quam humanitatem domeſticis meis ullam negarunt? quibus cum in tanto moleſto otio & bibliothecæ meæ triſti abſentia, diu mecum ipſe ſubdubitarem, qualis â me gratia referatur, tua ſum adhortatione factus certior, nihil fore quod adoleſcentibus tuis, vel etiam profectæ ætatis Sacerdotibus ad regendas Parrochias, quarum tibi copia eſt, magis conducere poſſit, quam ſi id*

*curarem, ut in arte prædicandi evaderent quam ... ctiſſimi. Feci igitur quod in tam ſuſpecta temp... vel præ timore, vel mærore potui, ut una luc... tiuncula hæc de arte prædicandi documenta co... rerem, quæ Adoleſcentibus tuis viva voce decla... ut creſcerent tandem in viros Evangelicos, qu... ſermonibus plebs ad meliores mores converter... Accipe ergo hoc in munuſculum grato animo, ... quanquam parum extat corpore, tamen me... tentia plurimum lucebit virtutibus. Vale Ka... Januar. A. M. D. III.*

Hoc opuſculum Noſter inſcripſi... *brum Congeſtorum de arte prædicandi*, quem c... geſſit Denckendorffii Anno M.D. II. e... que Thomas Anshelmus Badenſis Pf... *mii* biennio poſt edidit. *Baſileæ* demum 1540. unà cum aliis libellis ejusdem a... menti prodiit. Mentionem ejus facit ... norificam *Joannes Potken Præpoſitus S. Georg... loniæ*, & *F. Joannes Quonus* Prior Ca... propè S. Odomarum vallis S. Aldego... his verbis in epiſtola ad Capnionem d... *ſupereſſe putamus, ut poſito metu, ſicut omnes ... etiam tuos vexatores per novum tuum docuiſti ... ſculum, quonam modo ſermo fieri debeat ad popu... ita quoque Germanicam pueritiam doceas di... quas calles linguas & faciliorem diſcendi mo... ut eò magis tui æmuli jaceant inglorii.* Ad ip... verò opuſculum de *arte concionandi* quod ... net, illud profectò magna arte eſt con... natum, ut grata brevitas cum perſpicui... certare videatur. Ac quanquam prof... Rhetoricæ præcepta ad ſacram accomm... d...

Judicium de eo.

det ſcripturam, magnam tamen ubique cautionem adhibet. Ita cum Sermonem ſeu Concionem conſtare dicit *principio* (exordio) *lectione, diviſione, confirmatione, confutatione*, *concluſione*, præcipit lectionem non aliunde quam de vetere aut novo teſtamento promendam eſſe juxta præceptum Chriſti; prophana autem, & vana eloquia, & ſtultas ſine diſciplina quæſtiones, & genealogias & Judaicas fabulas, & mandata hominum averſantium à veritate, devitanda, ne ſecundum *Hieronymum* Sacerdotes Dei omiſſis Evangeliis & prophetis videantur comœdias legere, amatoria *Bucolicorum* verſuum verba cantare, tenere *Virgilium*, & ejus generis cætera. Sicut *Melanchthon* meminit cujusdam, qui pro concione *Ethica Ariſtotelis* expoſuerit, à quo ipſe ſe audiviſſe primam partem primi libri Ethices, affirmat. Ob tot igitur tantaque in Rempublicam æque ac literariam, Theologiamque inprimis merita omni amore, honore & cultu dignus ab omnibus bonis exiſtimabatur. *Jamque par, jam tempus erat*, ut *Eraſmus* ad Cardinalem *Grymanum* ſcribit, *ut homo veneranda ſenectutis ſuis pulcherrimis ſtudiis frueretur, & ex honeſtiſſima juvenilium ſemente laborum ſuaviſſimam caperet meſſem. Conveniebat, ut vir tot linguis, tot diſciplinis inſtructus, hoc velut ætatis autumno divitem ingenii proventum in univerſum orbem effunderet. Ad hoc erat laudibus extimulandus, præmiis invitandus, ſtudio inflammandus.* Sed quemadmodum juxta

Manl. p. 791.

illud vetuſtiſſimum veriſſimumque dictum, invidia quavis excetra nocentior egregiis conatibus ſemper obſibilat: ita quoque ſuos expertus eſt *Reuchlinus* oſores, obtrectatores & calumniatores. Exorti enim ſunt *Coloniæ* circa hæc tempora homunciones nonnulli, qui cum ipſi, eodem *Eraſmo* ſcribente, nihil præclarum efficere poſſint, perverſiſſima viâ gloriam affectarunt, & ex frivolis nugis magnas Tragœdias concitarunt, quarum originem, cauſas ac exitum paulo accuratius & copioſius ordine atque ſerie rerum ita poſtulante, recenſere mecum conſtitui.

Certamen cum Colonienſibus Theol.

Summam certaminis *Philippus Melanchthon* complexus eſt breviter, & his verbis deſcripſit: *fuit in urbe* Colonia Agrippina *impoſtor quidam Judæus, qui ſimulabat ſe amplecti religionem Chriſtianam, & familiaris erat* Monacho Inquiſitori, *ut nominant,* Hochſtrato *& ejus amicis: Hic oſtendit magnam pecuniam honeſta ſpecie & ſine magno negotio, Judæis eripi poſſe, ſi edictum Imperator proponat, ut Judæi libros omnes adferant in curiam, in ſuo quæque oppido, ut ab inquiſitoribus cæteri libri præter Biblia, tanquam pernicioſi Chriſtianæ religioni comburantur. Nec id ſerio impoſtor ille agi volebat ſed Judæos ſciebat ſtatim magna pecunia libros redempturos eſſe. Eo igitur rem deduci volebat, ut Judæi pecuniam offerrent. Hanc prædam captabat dividendam inter inquiſitores & ſocios hujus conſilii. Hos fuiſſe fontes negotii certum eſt.* Ita breviter certaminis occaſionem *Melancht.* deſcripſit, qui *Joach. Camer.* teſte, Capnioni aſſidue & fideliter

Ejus ſumma ex Melanchth.

præſto

Tempus.

præſto fuit, deſcribendo potiſſimum ea, quibus defenſio cauſæ continebatur, & quæ ad judicium mittenda erant, & quicquid omninò ad Capnionis innocentiam declarandam & conſervandam ſalutem dignitatemque ( quæ petebatur utraque ) pertineret, omnibus modis adjuvando. Veram igitur cauſſam iſtius controverſiæ eum latuiſſe, credi minimè debet. Ut tamen majorem dictis fidem faciam, ac copioſius cuncta enarrem, nec quidquam in præteritis relinquam, de tempore, quo exorta hæc lis eſt, primò omnium aliquid dicam, quoniam *Cuſpianum* & *Reuchlinum* ſingulare quid hic obſervaſſe deprehendo. Ille enim hunc ſcribebat, id malum annum Climactericum ipſi eſſe minatum; quod verò Noſter ſe in partem felicitatis reponere, ac dictum annum gloriæ potius perpetuitatem quam famæ jacturam præſagiiſſe, interpretatur. *Quando enim*, inquit, *incendiariorum contra me famoſa machinatio cepit, ſcire licet. Anno ætatis meæ quinquageſimo quinto tunc præſto aderat* Climacterici *à natali meo, qui fuit* CHRISTI M. CCCCLV. *in annum* M. D. X. *revolutio ejuſmodi, cujus figuram, quia Philoſophum te perfectum & non trivialem agnoſco, hic tibi adſcripſi.* Nos hæc, utpote vel ludicra, vel ſuperſtitioſa prudentes omittimus, ſatis perſuaſi, ne Reuchlinum quidem multum iſta curaſſe, cum L. II. cap. I. de verbo mirifico, concepti ex aſtris judicii univerſam fallacem eſſe ſemitam & ſtultam opinionem, dicat. De ve-

veritate hiſtorica nunc tantum ſolliciti, ſatis habemus, ſi tempus ſeu annus conſtet, unde certaminis initia ducenda ſunt.

Autores. Proximum eſt, ut certaminis auctores videamus atque deſcribamus; nam & hoc aliquod momentum in controverſiis habere, exiſtimo. Eos autem ipſe Reuchlinus literis ad *Jacobum Fabrum Stapulenſem* ita depingit: *in* Agrippina Colonia *eſt quædam hominum ſpecies inhumaniſſimorum*, Theologi *vocantur: neminem doctum extra ſe putant, & Eccleſiæ videntur ſibi columnæ eſſe. Ab his cum multa ante tempora, tum proximis annis lumen quoddam juris* Petrus Ravennas *ignaviſſime taxatus eſt. Laceſſiti deinde ſunt ab ejus ordinis quibuſdam Juriſconſulti quamplures, & tum omnes Poëtæ. Demum ad me ventum eſt, prorſus innocentem hominem, ut nomini meo & bonæ famæ ſordes aſpergerent.* Itaque familia Dominici Coloniæ, quæ turbarum maximarum ſemper procreatrix extitit, Noſtro quoque litem intendit, qui iſtum Ordinem coluit, ſibique quamplurimis beneficiis obnoxium reddidit, quæ merito ei exprobravit *Reuchlinus* in literis ad *Conradum Kollin de Ulma* Theologiæ Profeſſorem Ordinis Prædicatorum Coloniæ, datis. *Conſcius mihi ſum* ſcribit, *longiſſimis me temporibus Fratrum Ordinis Sancti Dominici fratrem fuiſſe, & à Provinciali quondam Stubach matricula fratrum inſertum eſſe, de quo extant patentes literæ. Denique Parentes meos* Fratrum ordinis *bona fide* miniſteriales *fuiſſe, apud quos*

*& in*

*& in Chriſto requieſcunt. Huc accedit quod multis annis, & in multis cauſis Ordini veſtro patrocinatus ſum, ſine præmio, ſine ſalario, de quibus longior fieri poſſet catalogus. Cum igitur ipſe mihi conſcius ſim tantæ benevolentiæ, tantæ fidei, tantæ obſervantiæ erga Ordinem veſtrum me & eſſe & fuiſſe. Quis jam mihi poſſit perſuadere? tantam in ullo aut Patrum aut fratrum veſtrorum eſſe crudelitatem, tantam ingratitudinem, tantam inhumanitatem, ut ejus cuperent labefactare famam, qui eorum ſæpe defendiſſet infamiam.* Idem *Cornelius Henricus Agrippa ab Netteshem* in epiſtola ad clariſſimos urbis Agrippinæ, Romanorumque Coloniæ Senatores & Conſules, de iſtis Theologis conqueritur, ſimilem in ſe ipſo expertus invidiam: ex qua nonnulla duntaxat huc transſcribam, quia ea omnia, quæ Noſter iſti ſectæ objecit, luculenter illuſtrant & valide confirmant. *Neque verò vos penitus ignoraturos puto, Viri ſapientiſſim. neque civium veſtrorum memoria excidiſſe arbitror, qui illa in hunc diem adhuc apud ſe deplorant, quæ noſtra recenti ætate, apud veſtram urbem perfidus Dominicanorum furor molitus fuerat, & reliqua Theologiſtarum intentavit avaritia violentia, qui ad unum omnes in hoc conſpiraſſe videbantur, ut ex tota Germania ſicut jam antea ex veſtra urbe, funditus & à radice extirparent omnes bonas artes atque literas, dum nacti aliquot Peperſcorni Chriſtianiſtæ, ſive Judeaſtri ineptiſſimos libellos, illis tanquam inſolubili fundamento innixi, egregia illa calumniarum ſu[...]m caſtra, cum perpetua illorum infamiâ ſuperſtruerent atque hoc dementulato ſignifero, tanquam alteram Trojam expugnaturi decennale illud*

L. VII. epiſt. Ep. 26.

lud bellum contra Capnionem geſſerunt, in quo omnis illorum doctrina, robur, vires, honor, fama ſimul pariterque occiderunt. Deinde qua infelicitate Eraſmum Roterodamum, orbis Chriſtiani lumen, ſorditie eorum commaculare congreſſi ſunt, & qua iniquitia Hermannum Comitem Nuenarium, illuſtrem & doctiſſimum Virum, perſecuti ſunt, & qua Univerſitatis veſtræ jacturâ Petrum Ravennatem celeberrimum J. V. D. atque lectorem ſplendidiſſimum expulerunt vos non puto oblitos; quin & jam diu antea quendam Joannem Æſticampanum, Virum doctrinâ & moribus inſignem, qui in veſtra civitate Plinium, cum utiliſſimam, tum neceſſariam lectionem profitebatur, non ſolum ſcholis publicis excluſerunt, ſed & tanta invidentiæ rabie perſecuti ſunt, donec ipſam civitatem relinquere adegerint, adeò ſemper optimis literis infenſi, & doctiſſimos quoque Viros peroſi. Unde etiam ſpem atque animum præſumo, me numerandum fore inter doctos & eruditos Viros, ſi non ob aliud, certe ob hoc, quod porci illi nunc me expoſtulant, cui ſcabiem ſuam affricare velint, quodque ſcripta mea illis non placent, quibus omnia docta & erudita diſplicent; adeò ut vix aliquem reperiamus inſigniter doctum probumque virum, qui ab illis non ſit laceſſitus, magno civitatis veſtræ malo atque dedecore, ut apud reliquas nationes jam in proverbium abierit, quoties velint aliquod egregiè inſulſum conſilium exprimere dicant, Colonienſe ſuffragium: atque hanc univerſitatem veſtram jam omnes uno ore calamitoſam optimorum ſtudiorum perſecutricem & futilium quarumcunque literarum pertinaciſſimam propugnatricem appellent.

Hi autores certaminis graviſſimi fue-

runt

runt, qui tamen ſive impulſore, ſive adjutore conſiliorumque omnium moderatore ac arbitro, Judæo uſi ſunt, ſacris Chriſtianorum ſolenni ritu initiato. Fuit is *Joannes Pfefferkornius*, homo perditus & ingenioſe nequam, qui non ſatis habuit quod populares ſuos decepiſſet, niſi & Chriſtianos fraude fallaciisque circumveniret. Etſi verò non meretur iſte homuncio, ut prolixam de eo narrationem inſtituamus, cum nihil laude ſed vituperio potius dignnm, geſſerit, tamen, quia ſocii etiam ipſius cognoſci quodammodo poſſunt, ex ſocio, pauca quædam narrare animus eſt de celebri impoſtore. Commodum enim accidit, ut quædam *Vlrici Hutteni* epiſtolæ de Pfefferkornio ad *Adolphum Roboreum* Colonienſem & *Eytelvvolfum de Lapide*, una cum capitibus criminum, quorum convictus fuit, & exclamatione ejusdem Hutteni in flagitioſiſſimam Judæi vitam, ad manus meas ex Nicol. Gerbelii Bibliotheca venerint; Undequæ huc ſpectare videbuntur, deſumſi. Utque brevis ſim, ſcelera tantum, ob quæ infamis & A. ſupra milleſimum quingenteſimum decimo quinto Halæ Saxonum ſupplicio affectus fuit Pfefferkornius. Primò confeſſus eſt, ſe ſacerdotem falſo ſimulaſſe, & talem credilum ad annos ferme viginti, omnibus ſacerdotalibus muneribus perfunctum eſſe: deinde goriatus eſt, Meſſiam ſe eſſe, aquam in vinum commutaſſe, leproſum ſimulantem ſanaviſſe, Hinc ſub Medici perſona vel habi-

tu ſe multis pro medicamine præſens venenum porrexiſſe, ac *Albertum* Marchionem Brandeburgenſem, Magdeburgenſium Præſulem cum fratre *Joachimo*, Electore Principe, ac tota utriusque familia pari ratione, acceptâ eo nomine à Judæis pecunia, interficere conſtituiſſe: furto ſubduxiſſe parentibus pignora ac Judæis vendidiſſe; ut & cuidam Magiſtro atque Sacerdoti apud Francos agenti dæmonem familiarem. Denique blaſphemo ore in Chriſtum Servatorem ac Divos convitia jeciſſe, & aliquot particulas venerabilis Euchariſtiæ ſurripuiſſe. Hæc fere ſumma eſt ſcelerum patratorum, ut in ſchedis adductis conſignata reperiuntur. Fateor tamen, videri mihi quædam audaciſſimè conficta eſſe. Unicum hoc laudi ipſi ducitur, quod in ſupplicio fidem Chriſtianam, quam ſuſceperat, ad ultimum ſpiritum conſtanter ſervavit. Idem *Huttenus* in literis ad *Adolphum Roboreum* ſignificat alium hunc fuiſſe *Pepericornium* ab eo, qui Coloniæ ageret, ac pauciſſimos ſciviſſe duos extitiſſe *Pepericornos* Judæos tinctos, obque eam rem exiſtimaſſe *Capniomaſtiga* ſupplicio eſſe affectum. Quod ſi verum eſt (nihil enim audeo definire, cum alia me deſtituant indicia ſatis certa) doctiſſimi quique viri in gravi errore verſati hactenus fuerunt. Interim *Pfeffercornius Capniomaſtix* nihilo fere melior cive ſuo fuit, quoniam tantum nefas contra innocentiſſimum Reuchlinum

linum auſus fuit. Neque magis excuſandi illi ſunt, qui ſuppetias Apellæ tulerunt, ejusdemque ſceleris participes ſeſe reddidere; quod Colonienſes Theologos feciſſe conſtat; in quibus eminet *Jacobus Hochſtrat* ſeu *Hogoſtratus*, nulla ferè re niſi ſpecioſo prolixoque titulo inſignis. Fuit enim Artium & Sacræ Theologiæ Profeſſor eximius, atque hæreticæ pravitatis per Colonienſem, Moguntinenſem & Treverenſem provincias Inquiſitor vigilantiſſimus. Hunc veraciter *hæreticorum Magiſtrum* appellatum *Cornelius Agrippa* dicit, quia taliter ſcripſerit contra Lutheranas hæreſes, ut ipſe ſe prodiderit hæreticorum omnium peſtilentiſſimum: idque ſe oſtenſurum promiſit eo in libro, quem de *Fratrum Prædicatorum ſceleribus & hæreſibus* inſcripſerit: ubi infecta ſæpius veneno Sacramenta, ementita ſæpiſſimè miracula, interemptos veneno Reges & Principes, proditas urbes & Reſpublicas, ſeductos populos, aſſertasque hæreſes & cætera ejuſmodi heroum illorum facinora flagitiaque in varias transfuſa linguas, omnique populo expoſita, dilucide narraturum ſe pollicitus eſt. Sed jam non inſtitui Hochſtrati vitam deſcribere moreſue peſſimos in univerſum depingere; id enim longum foret, & forte etiam cum moleſtia conjunctum. Ex certaminis hiſtoria ipſa ſubinde ejus ignorantia, fraudulentia, avaritia ac cetera vitia, quibus eminuit, elucebunt. His Duumviris

Jacobus Hoſtrat

loc. citat.

ter-

Arnoldus de Tungari.

tertium addamus *Arnoldum de Tungari*, ut Triumviratus egregii dignitas, quæ Sueviæ Triumviro, Reuchlino, ſe oppoſuit, ſuo ſe prodat indicio. Atque ut honorem ei debitum redeamus, integrum titulum, quo ornatus fuit, adponemus. Appellabatur igitur habebaturque artium & S. Theologiæ Profeſſor profundiſſimus, & Collegii, quod vulgo Burſam Laurentii vocant, Regens primarius. Dictus alioqui eſt Arnoldus Luydius, ſive à Lude Tungarenſis, ſed, Reuchlino judice, maluit ſe Arnoldum de Tungari vocare, quam Tungarenſem; Ita enim in defenſione ſua contra Calumniatores ſuos Colonienſes ſcribit: *Ducem ſibi exercitus elegerunt* (Colonienſes) Arnoldum de Tungari *ut proſcriptum à patria ab crimen, magis aptum mendaciis, & ad temeritatem idoneum, quem ſecularem Sacerdotem appellant, ne ſi quis Monachus, aut frater eſſet, hoc ſcelere maculam toti ordini ſuo inureret.* Pugnæ apparatum idem quoque Reuchlinus eodem in libro egregie hunc in modum deſcribit. *Electus ille famoſiſſimus Dux, principio ſociis edicit, ſigna ſequantur atque animos aptent armis, pugnæque parent ſe, ipſe medius incedit ſignifer in cujus vexillo ſtygia depingitur alecto concitis alis dextra levaque ſtipatur eviratus & effœminatus campi ductor ſceleroſiſſimis commilitonibus altero ſemijudæo & altero ſemipagano, ut ducis gravitas ex militum levitate cognoſcatur. Nam ſemijudæus ille* Pepericornus, *antea expoſitum eſt, qua ſimultate, qua ſeditione, quâ proditione, qua infami calumnia ſit notatus. Conſideranda non minus ju-*

vi-

*venit ſemipagani conditio, cui nomen* Ortvvinus, *nomen barbarum, quod ipſum hominem barbarum eſſe deſignat, ſi nomina ſint conſona rebus. Quod & verum eſſe, crimen ſuum ( non ut ipſe inſcripſit carmen) oſtendit. Nam qui glorioſior impendio gloriatur ſe oratoriam poëticamque docere, vix literas balbutire novit analphabetus, uſque adeo furiis plenus, ut furiarum nomina recte nequeat effutire.* Ortvvinus.

Sed & de hujus *Ortvvini Gratii Daventrienſis*, bonarum artium Profeſſoris, Oratoriam Poëticamque Coloniæ publicè docentis, inſcitiâ & vaferrimo ingenio plura ſubinde benevolus lector in certaminis narratione accipiet, cujus fontes jam ſupra ex Melanchthone indicavimus, quod nimirum magnæ ſpe prædæ inducti Colonienſes, Imperatorem ſolicitandum exiſtimaverint, ut publico edicto Judæorum libros comburere juberet. Nunc juvat de eo ipſum audire *Reuchlinum*, qui in literis ad *Conradum Kollinum* ſic totius diſceptationis originem deſcribit: *Judæus quidam baptizatus Colonienſis cognomento* Pfefferkorn, *omnibus viribus adhoc conatus, ut & ſinguli Hebræorum libri, præter ſolum & nudum* Bibliæ *textum, concremarentur, vel potius ſicut ego ipſe ſomniaſſe dicerer, incendio ignique tantummodo à Cæſare demandarentur, non ſecutâ executione, ut ante ſcilicet executionem, ſi mandatum illud auro & argento gravi, ut ipſemet notavit, aliquando revocaretur, particeps fieret auri. Cum vidiſſet me aliter conſulere, quam optaret, edidit contra me libellum famoſum in læſionem nominis mei ac honoris intolerabilem. Quod multi aſſerunt mihi ortum auxilio eximii Doctoris* Jacobi Hochſtratenſis *Prioris veſtri,*

Origo, & occaſio litis.

L. II. Epiſt.

*ſtri. Quare mihi quotidie exprobari* ſolet, qui *ſemper ordinis prædicatorum propugnator* fuerim *nunc nunc habeam mercedem meam:* hoc, inquiunt, *ſit ſalarium advocationis meæ, qui hactenus* defen*derim* Prædicatores, *ut quoniam juſte paſſi ſint* con*tumeliam, ego recte quoque patiar, quatenus* cruciatu *& advocatum & clientes infamia torque*ant. *Hæc ſunt verba æmulorum veſtrorum, quæ* mihi *cet liventibus oculis, tamen ſubridentibus labiis* ob*cient. Ego vero me non putans infamem,* quod *infami nebulone confundor, cuilibet* opprob*ium* *ſemper reſpondeo, me non credere tantum virum* in*juriis dare operam; cui replicant, quod* Judæus bap*tizatus haud fruſtra nominatum Doctorem* Hochſtra*ten ſuper libello diffamatorio ſibi judicem* elegerit, *quod excuſo diligenter, quoniam &* Cæſarem & Ar*chiepiſcopum Moguntinum ſibi quoque judices* ele*gerit. Quid multis? quaſi fama nunc* vulgo apud *nos percrebuit, quod hoc contra me cogitatum* faci*nus ab ordine veſtro duxerit originem.*

Quo verò facilius Imperatorem MAXI-MILIANUM pernoverent iſti Theolog, ut ejusmodi edictum promulgaret, ſpecioſo admodum titulo uſi urgent Judæorum libros eſſe impios, blaſphemiis in religionem Chriſtianam refertos, ac impedire, quò minus Judæi ſacra Chriſtianorum amplecterentur. Quibus ſane motus optimus Cæſar decretum ex caſtris Batavis, quæ *Paſſavium* vulgò appellamus, anno 1509. edidit, quo Judæi in ſuis quique oppidis jubebantur libros Hebraicos omnes, præter S. Codicem, in cu-

ria

riam comportare, ut à Sacerdotibns & nonnullis ex Senatu examinentur, ac ſi blasphemi & contumelioſi ab iisdem deprehendantur, igni devoveantur. Hanc Imperatorii mandati ſummam fuiſſe, *Reuchlinus* omnium, qui illud legerunt videruntque, conſenſu probat, initio libri, *Speculi Ocularis* titulum fecit. Ubi amplius tradit, *Pfefferkornium* cum iſto edictò Stutgardiam ad ſe veniſſe atque petiiſſe, ut quoniam eſſet Hebraicæ Linguæ gnarus, haud gravatim faceret, quò iis in locis, quæ Rheno adjacent, mandatum Cæſaris executioni mandaretur. Quod cum facere renuiſſet, cum ob occupationes benè multas, tum præcipuè, quia in decreto Cæſaris nonnulla deſideraret; etſi alioqui de libris Judæorum aperte impiis & blasphemis ſtatuat, eos cremari poſſe, Pfeffercornium inſtitiſſe atque petiiſſe, ut ea, quæ minus rectè ſe habere putaret, ſibi monſtraret. Ea in re ſe difficilem illi haud præbuiſſe, ſed quantocyus arrepta ſchedula nominatim expreſſiſſe, **wo das Mandat der rechten Form halb etlich gebrechen und mengel habe.** Quibus acceptis Judæus diſceſſiſſe ab ſe; neque deinceps per longum tempus quicquam ſe de eo atque hoc negotio audiviſſe, donec Anno 1509. circa *Bartholomæi* feſtum ab Archiepiſcopo Moguntino mandatum Cæſaris nonime ſcriptum accepiſſet, ex quo perſpexiſſet, datum ſibi negotium, ut quid de hac quæſtione: utrum expediat

Re-

pediat Religioni Chriſtianæ, pium atque u-tile ſit, omnes libros Hebraicos, præter S. Codicem in ignem conjicere, ſentiret, ſine mora perſcriberet. In cujus rei fidem dicto libello ſuo inſeruit Noſter literas *Maximiliani* Imperatoris ad Præſulem Moguntinum, quibus ad dijudicandam quæſtionem deligi mandat quatuor Vniverſitates, *Coloniensem*, *Moguntinenſem Erphordienſem* & *Heidelbergenſem*, præterea nominatim *Jacobum Hochſtraſium*, hæreticæ pravitatis inquiſitorem, quem una voce Germaniea appellant Ketzermeiſter, *Joannem Reuchlinum*. J. U. D. *Victorem de Corbe* Sacerdotem, aliosque doctos & Hebraicarum literarum peritos viros inter Chriſtianos. Subjecit etiam ipſum Cæſaris mandatum & epiſtolam Moguntini ad ſe miſſam. Utriſque autem acceptis Capnion, quæque vellet Cæſar intellectis, ſuum protinus conſilium judiciumque in eam ſententiam, quam in Oratione adduxi, libere & modeſte literis conſignat, obſignatumque per juratum tabellarium *Vrieli* Gemmingenſi tranſmiſit. Nunc verò quoniam prolixiorem forte expoſitionem deſiderabit Lector, haud gravabimur plenius Noſtri ſententiam de Judæorum libris datam, explicare. Principio igitur quæſtionem ait in utramque partem diſputari poſſe, affirmantesque Judæorum libros comburi omninò debere, his non argumentis: 1. quod ſint in Chriſtianos directi. 2. in Chriſtum, Apoſtolos, Mariam, & Chriſtianum

Rationes affirmant. libros Jud. tollendos.

ſtianum ordinem contumelioſi: 3. falſi: 4. Judæos obfirment, ut erroribus mordicus inhæreant, eoque impediant, quo minus ad noſtram Eccleſiam accedant. Jam verò eum, qui tantum avertere malum queat, nec id faciat, ſimilem incurrere cum reo pœnam, ex. de off. deleg. c. 1. & 1. q. 1. *quicquid inviſibilis.*

Negantes autem ſuas quoque habere rationes haud contemnendas. 1. quod Judæi tanquam Romani Imperii ſubditi, frui debeant ſuis juribus, l. Judæi communi Romano Jure, cod. de Judæis. 2. quia quæ noſtra ſunt, auferri nobis invitis nequeant, *l. id quod noſtrum ff. de reg. jur.* 3. cautum eſſe Cæſareis, regiis aliisque principalibus conſtitutionibus, neminem ſua amittere debere vi illata, *l. 1. §. nequit autem, ff. de vi.* 4. quemque privilegiis poſſeſſionibusque ſuis antiquis gaudere, etiamſi prædo eſſet, *C. in literis de reſt. ſp. in fi.* 5. conceſſum Judæis, ut ſynagogas ſive ſcholas quiete poſſideant, *C. 3. extr. de Jud.* Denique 6. quod per omnia corpora Juris Patrumque decreta pateat, Judæorum libros nunquam eſſe rejectos aut damnatos. Ex quibus omnibus, qui in mitiorem inclinant partem, colligunt, Hebraicos libros nec vi Judæis auferri, nec ſupprimi, nec comburi debere. Negantium rationes.

Hac quæſtione in utramque partem diſceptata, accuratius omnia examinat, & libros Judæorum pro argumentorum varietate in ſex claſſes diſtribuit, quarum 1. Sacros Diſtinguit libros Judaic.

cros ſive Codicem illum viginti quatuor vo-
luminibus conſtantem, ac inde Judæis
עשרים וארבע *Eſrim vearba* appellatum, com-
plectitur: 2. Talmudicos: 3. Cabbaliſticos:
4. commentarios in ſacras literas, פרושים
*Peruſchim* dictos: 5. Homileticos, allegori-
cos (*Draſchoth*) & qui in diſputando occu-
pantur: 6. eos qui varias artes diſciplinas-
que ſive Philoſophicas, ſive Medicas, aut
alias tradunt: 7. fabuloſos, Poëticos ac ſimi-
les, ſpötterey oder Exempel-Büchlein/ quos
ipſi Judæi pro confictis habent. Atque etiam
hoc poſtremo ordine nonnullos forte, ſed
oppidò paucos reperiri poſſe largitur, qui
blasphemias atque convitia in Servatorem
noſtrum JESUM, ejus Matrem, Apoſto-
los, ac alios ſanctos cœlites contineant: e
quorum numero duos tantum vidiſſe atque
legiſſe ſe affirmat, *Nizachon* & *Tolduth Jeſchu
hanozri*, quem poſteriorem libellum Judæi
ipſi, *Paulo Burgenſi* teſte, pro apocrypho ha-
beant. His præmiſſis ad quæſtionem pro-
poſitam his verbis è germanico in latinum
ſermonem à ſe ipſo converſis reſpondet:
*Apud quemcunque Judæum ſcienter invenitur ali-
quis talis liber, qui expreſſis verbis ſimpliciter &
plane ad infamiam, blasphemiam, ſcandalum & ir-
reverentiam Domino Deo noſtro Jeſu, ſuæ digniſſimæ
matri, ſanctis, aut Chriſtianæ conſtitutioni ſeu or-
dinationi editus eſſet, ille poſſet imperiali mandato
tolli & comburi, & Judæus ille ob id puniri, quod i-
pſemet talem non laceraſſet, combuſſiſſet, aut ſuppreſ-*

blas-phemes eſſe tol-lendes. Reſp. ad quæ-ſtionem.

defenſ. contra Colon.

*ſiſſet*

*ſiſſet.* Idque probat ex quibusdam legibus, quarum prima eſt Lex Cornel. ff. de injur. & ita habet: *Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine, uti de ea re agere liceret, etſi condemnatus ſit qui id fecit, inteſtabilis ex lege eſſe jubetur.* Altera verò l. 1. C. de famoſ. libell. ſic: *Si quis famoſum libellum ſive domi, ſive in publico, vel quocunque loco ignarus repererit: aut corrumpat priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si vero non ſtatim easdem chartulas vel corruperit, vel igni conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtaverit: ſciat ſe quaſi auctorem hujuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubjugandum.*

Ita generatim de contumelioſis & blaſphemis Judæorum libris reſpondit, eos eſſe abrogandos & concremandos. Poſt quæ ſigillatim ad conſtitutas abs ſe claſſes progreditur, ac primò primi ordinis libros ut pote ſacros, & afflatu divino ſcriptos, ſanctè ſervandos, honorandos & diligenter legendos eſſe, affirmavit. De quo quidem nemo pius unquam dubitavit. Deindè verò, cum in reliquis generibus difficilior ſit dijudicatio, ordine cuncta perſequitur, ac de *Talmudicis* ſcribit, etſi multa iis immixta ſint, in JESUM, ejusque Apoſtolos, & amicos injuria, qualia in ſacris quoque literis ſubinde reperiantur, tamen propter alias cauſas tolerari debere; quarum has nominatim exprimit: 1. quia D. Paulus 1. Cor. XI. affirmet, oportere eſſe ſuperſtitiones & factiones,

1. de ſacris libris.

2. de Talmude, cur aboleri non debeat.

ut probi ſeu recte credentes fiant manifeſti. Jam ſuperſtitioſos appellari eos, qui ſacras li-teras minus recte contraq; Spiritus S. mentem interpretentur, ac in errore perſeverent præ-fractè; quales omninò Judæi ſint. Expedire igitur, ut Talmudica ſcripta maneant; quò enim abſurdiora proferant, eò magis Chri-ſtianos reddere aptiores ad commenta iſta refellenda, imò remedium contra pigritiam eſſe iis, qui ſacris literis operam navent: quip-
Tit. 1. pe qui debeant & ſana doctrinâ cohortari & contradicentes refellere. Hoc autē fieri à no-ſtratibus non poſſe, niſi Judaicos libros legant atq; intellligant. Multa malə hactenus accep-ta & tributa Judæis eſſe, contra ipſorum men-tem ac ſententiam; cujusmodi ſit illud, quod vulgo ſtatuitur, precum formulam in Chri-ſtianos eorumq; religionem, imperium, Apo-ſtolos & alios omnes ſacro fonte ablutos, di-rectam illos habere, quæ incipit ולמשמדים ve-*lamſchümmodim*: hac enim voce eos indigitari. Rem tamen longe aliter ſe habere; cum vo-cabulum משמד *miſchmad de Chriſmate* vel *Bap-tiſmo* nullibi ab Hebræis reperiatur adhi-bitum, ſed propriè ſignificationem *perdendi* & *abolendi* habeat; quo ſenſu legitur *Proverb.* XIV. *impiorum domus* ישמד *perdetur*, evertetur, & *Ezech.* XIV. אשמיד aſchmid *perdam illum* vel tollam *de medio populi mei Iſraël*: atque ſic alibi ſemper. Deinde legi debere contendit non משמדים *meſchümmadim*, paſſivè in *Py-hal*, ſed משמדים *meſchammedim*, & eſſe *partici-*

*pium activum præſentis temporis*. nempe in *Pihel*. adeoque declarare *perdentes*, vel *perditores*, q. d. perdere nos cupientibus nulla ſit amplius ſpes, quod illorum propoſitum felicem exitum ſortiatur. Hoc verò in Chriſtianos dici nec poſſe, nec debere, quippe qui magis quam aliæ gentes nationesque Judæos foveant, nec eorum perditionem quærant. Adhæc nomine מינים *Minim* generatim indigitari quosvis hæreſeos labe aſperſos: indeque haud rectè effici, Chriſtianos eo in numero haberi à Judæis, nedum ſolos intelligi iſto vocabulo. Idem quoque dici poſſe de voce אויבים *ojebhim*; eam enim quosvis hoſtes ſignificare: in Chriſtianos autem eo minus quadrare, quò magis conſtet, nos atque Judæos communi civium Romani Imperii jure gaudere. Denique per מלכות זדון *malchus ſedon* regnum ſuperbiæ, Imperium Chriſtianorum non innui, propterea quod *malchus* regnum tantum regium declaret. Ex quibus colligit: cum in hac precum formula nullum extet vocabulum, quod vel Baptiſmum, vel Apoſtolos, vel Chriſtianos, vel demum Romanum Imperium *ex proprietate linguæ* ſignificet, eos à calumniæ crimine alienos haud eſſe, qui Judæis tale crimen impingunt: idque provenire ex linguæ Hebraicæ ignorantiâ. Jam, cum idem fieri poſſit cum Talmude, quoniam in univerſa Germania nullus tum ſive inter Chriſtianos ſive Judæos ſacris noſtris initiatos extiterit, qui verſare Tal-

mudica volumina atque intelligere potu-
tuerit, non temerè ac incognita cauſſa judicium de iis abolendis ferendum eſſe; Neque fidem adhiberi prorſus debere illis, qui Talmudicos libros ſcripſerint eſſe malitia ac turpitudine refertos, quod *Paulus Burgenſis, Petrus Nigri* & *Joannes Pfefferkornius* fecerint: quoniam illi ipſi periti Talmudis haud fuerint: gnaros autem intelligentesque nunquam igni ad judicaſſe hoc Judaicæ doctrinæ corpus. Interim *Nigro* atque *Pfefferkornio* ſecus ſtatuentibus, condonari id merito debere, quoniam zelo quodam aut ſtudio in Deum inducti, ita ſtatuant, non tamen ſecundum ſcientiam fieri, dicente Paulo de Judæis Rom. XI. 1.

Alteram rationem, cur libros Talmudicos comburi nolit, petit ex verbis CHRISTI, dicentis ad Judæos Joh. V. 39. *ſcrutamini ſcripturas, quotquot putatis in iis habere vos vitam æternam. & eæ ſunt, quæ de me teſtantur.* Ita enim verti poſſe Reuchlini verſionem puto: ſo viel ihr wenen in denſelben das ewig Leben zu haben. Ambigua tamen videntur eſſe verba: ſo viel wenen in denſelben. Vel enim eo modo intelligenda ſunt, ut reddidimus, vel hoc: ſcrutamini ſcripturas, quotquot vobis ſuppetunt, in quibus vos putatis habere vitam æternam. Quæ verſio magis convenire ſententiæ *Capnionis* videtur, quandoquidem apertè palamque fatetur, CHRISTUM per τὰς γραφὰς etiam intel-

lige-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ligere traditiones, quas vocant, Judæorum, in quibus illi quoque exiſtimaverint, ſe habere vitam æternam. Unde verba Servatoris in hanc capienda ſententiam arbitratur: & illa ipſa ſcripta veſtrorum Magiſtrorum, ex quibus Talmudicum opus concinnatum eſt, teſtimonium quoque de me perhibent, æquè ac Biblia. Propterea CHRISTUM una etiam Talmudicos libros ſub voce γραφὰς comprehendiſſe, eorumque diligentem lectionem commendaſſe cenſet: eoque concremandos minime eſſe, cum ad convincendos Judæos magnum habeant uſum. Quod exemplo ſubjecto declarat, quando ex traditione illa *Eliæ* cujusdam, quod lex Moſaica poſt bis mille annos ceſſare abrogarique, & contra *Meſſiæ* tempora inchoari debeant, probat, JESUM Nazarenum eſſe verum Meſſiam, cum præfinito illo tempore advenerit. Cum autem objici ſibi poſſe animadverteret, Talmudica ſcripta poſt CHRISTI adventum eſſe compoſita, eoque CHRITUM illorum lectionem commendare aut imperare non F. VIII potuiſſe, reſpondet ex *Pauli Burgenſis* libro, quem *Scrutinium Scripturarum* appellavit, ex antiquiotum traditionibus, quæ diu in ore atque memoria hominum fuere, collecta eſſe Talmudica volumina, ac quædam etiam hujus generis CHRISTI ætate jam extitiſſe.

Tertia, quam adfert, ratio, ſubtilior mihi videtur, quam verior, petita quippe inde, quod Deus in ipſo amœno illo horto, quem

paradiſum vulgò vocamus,plantaverit *arbor*
*ſcientiæ boni & mali*; hanc verò ait indigita,
bona ac mala juxtà eſſe legenda, illaque
nenda, hæc verò rejicienda. Jam nemine
negare poſſe, dicit, quin ſint bona malis
Talmude immixta. Quod vel hinc conſt
quia *Burgenſis Epiſcopus*, paſſim in ſuis ſcrip
Talmudicorum Doctorum teſtimoniis,co
tra pertinaciſſimam gentem Judaicam, u
tur, & fateatur in præfat. ſcrutin. ſcriptu
explicationes atque pronunciata *Talmudis*
*rum* ita ſæpe eſſe comparata, ut inde vali
contra Judæos argumenta peti queant, cu
neſcientes interdum vera dixerint, ut Ca
phas Pontifex. Eandem etiam ex *Talmu*
diſputandi conſuetudinem alios tenuiſſe, u
autorem *Fortalitii fidei*, *Nicolaum de Lyra*, *Petru*
*Alfonſi*, *Alfonſum converſum* de bellis Dei, Jo
*nem de Podico*, *Hieronymum*; & ſimiles benè mu
tos. Si vero ob mala, quæ contineant, li
bri Talmudici abolendi prorſus ſint, omni
generis libros,ut Poëtas ethnicos, ac ſimile
qui plura obſcœna & Chriſtianæ religion
adverſa tradant, perindè eſſe tollendos
quos tamen hucusque Eccleſia toleravit &
inſcholis publicè tractari permiſerit. Nemi
nem unquam inter antiquos Eccleſiæ Docto
res, ejusmodi conſilium incendiarum (lice
enim mihi hic uti vocabulo à Reuchlino con
ficto & ſæpe frequentato) aut dediſſe, au
approbaſſe; monitos procul dubio manda
to Chriſti: *ſinite zizania creſcere, uſque ad me*

*ſem*

*ſem, ne forte legentes malas herbas, frumentum* Matth.
*unà cum eis eradicetis*; & hoc D. Pauli: *omnia* XII.
*probate, quod bonum eſt, tenete.* Jam verò 29. 2.
probari libros Talmudicos, quod Paulus præ- 1. Theſſ.
cipit, non poſſe, ſi igne conſumantur. Ita- V. 20.
que ex his omnibus efficit, ſervandos eos
eſſe, nec committendum, ut flammis ſubji-
ciantur.

Idem etiam de tertii ordinis libris, quos 5.
*Cabaliſticos* nominat vulgus, judicat. Ea- de Caba-
que in re provocat ad controverſiam inter la.
*Jo. Picum Mirandulæ Comitem* ejusque adverſa-
rios diu agitatam & tandem Pontificis *Ale-
xandri* VI. juſſu autoritateque compoſitam,
qui haud veritus fuerit *Apologiæ à Jo. Pico* con-
cinnatæ literas præfigere A. 1493. quas *Breve*
appellent. Comitem autem laudatum in
iſto libro affirmaſſe atque oſtendiſſe luculen-
ter, Cabaliſtica ſcripta non tantum Moſis, aut
Judaicæ, ſed Chriſtianæ quoque religionis
dogmata confirmare & certiora reddere;
hancque ob cauſam permotum *Sixtum* IV. e-
dixiſſe, ut Cabaliſtici libri in Latinum ſermo-
nem transferantur. Similem in modum ſe
tuetur *Cornelius Agrippa* contra *delicatos aſinos*
*Colonienſes, quos ſpecioſum Cabalæ nomen offendebat.* epiſt.
*At ſi*, inquit, *meminerunt*, Picus Mirandulanus alleg.
*& Capnion* Phorcenſis *jam convicerunt, nullas eſſe* ſupr.
*ſcientias, quæ nos de rebus cum naturalibus, tum cœle-
ſtibus atque divinis, etiam de* CHRISTI *divini-
tate magis certificent, quam* Magia *&* Cabala.
Jam quod ad eos attinet libros, quibus quar- 4.
tum aſſignavit ordinem, פרושים *Peruſchim*, Per

 i. e. Com- ſch

i. e. Commentarios in ſacras literas, dictos, hos propterea comburendos non eſſe ſtatuit, quod doceant, quo modo omnia vocabula Sacri Hebræi Codicis proprie & ex indole linguæ iſtius intelligenda ſint: eisque interpretes tam carere non poſſe, quam non queamus *Priſciano Servio* & *Donato* in lingua Latinâ recte percipienda, aut Græco ſermone in Novo Teſtamento explicando carere. Et ſane multos Doctores inter Chriſtianos fuiſſe repertos, qui quod utriusque linguæ expertes eſſent, graviter erraverint, ac ludibrio ſe publice expoſuerint. Tantum igitur abeſſe debere, ut ejusmodi Commentarii Judæorum ſupprimantur, ut potius ubicunque inveniri queant, in lucem protrahantur, magnoque in honore habeantur, tanquam fontes, ex quibus linguæ veritas & Scripturæ S. genuinus ſenſus fluant. Recte proindè in Jure Canonico dici, cap. *jejunium* diſtinct. LXXVI. *In hoc loco multi multa dixerunt, & inter ſe diſſonantia. Cogimur igitur ad* Hebræos *recurrere, & ſcientiæ veritatem de fonte magis, quam de rivulis quærere.* Atque in diſt. IX. C. VI. *ut veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt, ita novorum Græci ſermonis normam deſiderat.* Adhæc neminem ignorare, quanto in pretio *Nicolai de Lyra* commentarii in Eccleſia habeantur: eum verò omnia fere ex *Rabbi Salomonis* commentariis deſumſiſſe, adeò ut illa, quæ de ſuo addiderit, paucis pagellis comprehendi poſſint.

Quod

Quod ſi quis objiciat, Chriſtianorum commentariis ſe poſſe eſſe contentum, nec indigere Judæorum gloſſis, er könne ſich mit unſerer Commenten behelffen/. ei reſpondet: wer ſich behelffen muß/ der hat nicht viel übrigs/ als da ſich einer im Winter mit Hoſen deckt. Deinde negat poſſe veritatis amatorem contentum iis eſſe, ſi reputaverit, multos ex Noſtratibus ſacras literas explicare aggreſſos, quas ipſimet non intellexerint. Exemplum producit *Hilarii*, ſummi Eccleſiæ Doctoris, cujus explanationes ab univerſa Eccleſia Chriſtiana maximoperè laudentur magnoque cum conſenſu recipiantur. Eum tamen ſubinde lapſum in vocum expoſitione, propterea quod linguam Hebraicam ignoraverit, atque *Hieronymo* in epiſtola ad *Marcellum* de Pſ. CXXVI. & ad *Damaſum* de Oſannâ, dicente, leviter tantum afflatus fuerit cognitione Græcæ linguæ.

De illis porrò libris, quos per ultimo collocavit loco, quique vel homilias, vel diſputationes, vel hymnos, vel ritus cerimoniasque complectuntur, idem prorſus, quod de prioribus cenſet, ab igne debere eſſe immunes, cum in jure Civili æquè ac Canonico permittatur Judæis frui libere in ſynagogis ſuis receptis avitisque moribus & ritibus: præſertim ſi contra fas nihil faciant, neque Chriſtianam Eccleſiam publicè deſpiciant, cui alioqui nihil cum illis negotii eſt, exceptis novem capitibus à Gloſſa expreſſis C. Jud. extr. de Jud. — 5. de Draſchos, ritual. &c.

Deni-

6. de Phi-loſ. Poe-tic.

Denique de libris ultimi generis, qui ci-
ca Philoſophicas diſciplinas artesque cum li-
berales tum illiberales occupantur, cenſe
eodem loco habendos illos eſſe, quo a
ejus generis Græco, Latino Germanicoq;
ſermone perſcripti æſtimentur. Quod
vero alii præter hos dentur libri ab Eccleſ
prohibiti, utpote ſagarum veneficarum
que myſteria, vel alia hujusmodi nefand
turpia atque obſcœna pandentes, eos
damno ſint, merito damnari, tolli, & igni de-
voveri debere.

His inductus rationibus concludit, ne
laudabile, nec Chriſtianæ religioni utile e
ſe, Judæorum libros, iis tantum, quos famoſ
appellant, quosq; nominatim ſupra expreſſ
tollere, abolere, ſupprimere, aut comburere

Refell. obje-ctiones.

Quibus ita conſtitutis argumenta ſub
initium adducta, quæ huic ſententiæ oppo-
ſita eſſe videbantur, ordine refellit. Ad
primum, quo arguebatur, Judæos direxiſ
ſuos libros in Chriſtianos & contra eos ſty-
lum ſtrinxiſſe, reſpondet, id de omnibu
dici non poſſe, ac ſi maxime poſſet, non tam
en propterea abrogari debere, cum no
offendendi quenquam, ſed ſui defenden
cauſa contra quoslibet adverſarios Hebr
talia ſcripta concinnaverint.

Ad alterum crimen excipit, non nega
ſe prorſus, quosdam Judæorum libellos ca-
lumniis in Chriſtum Servatorem, Marian
virginem, Apoſtolos & Chriſtianas lege
eſſ

eſſe refertas; ſe verò duos tantum hujus generis vidiſſe atque legiſſe. Minimè autem mirum videri debere, ſi mandata Chriſti non reſpiciant ejusque divinitatem negent Judæi, cum falſo perſuaſi ſint, ſe Moſis tantum præceptis obtemperare debere. At hoc Chriſtianam Eccleſiam in Judæis toleraſſe per XIV. ſecula, neque calumniæ opprobriique loco habuiſſe.

Cum porrò argumentum ducere incendiarii inde velint, quod falſi ſunt Judæorum libri, ſe non ſatis intelligere ait, quid hoc vocabulo intelligant, quoniam ambiguum valde ſit. Vel enim falſum idem eſſe ac mendoſum, ubi ſcribæ ac typographi literam pro litera per errorem incuriamque ponunt, aut integras voces omittunt: vel denotare id quod verum non eſt, ſenſu apud Philoſophos & JCtos recepto, qui falſam cauſam, falſam demonſtrationem, falſam relationem & ſimilia dicant. Vel denique falſum appellari, ubi veritas ſubdole inque alterius perniciem ſeu damnum occultatur, aut ſupprimitur. Si prioribus duobus modis *falſum* capiatur, etiamſi in Judæorum libris deprehenderetur, non tamen propterea validum ſatis fore, ut concrementur. Poſterius autem probari non poſſe, quinimò conſtare atque patere inter omnes, nullam eſſe in univerſo terrarum Orbe nationem, quæ majorem curam ſolicitudinemque adhibeat, ut S. Codex emendatè correcteque ſcribatur,

quam

quam Judæos, qui & numerent, voces quoties occurrant, & *plenene* an *defective* ſcribantur, notent, quo labore incredibili defuncti ſunt Hebræorum Critici illi, quos peculiari nomine *Maſorethas* appellamus. Nonnulla quidem loca deprehendi, quæ תקון סופרין *correctiones ſcribarum* vocentur; ſed à Nehemia & Eſra, ex multorum opinione, illa ſic immutata eſſe, cenſet: neque hinc falſi ſuſpicionem concipi debere, cum illæ qualescunque mutationes tanquam ab aliis factæ recenſeantur, & notentur, quas LXXII. interpretes & *Hieronymus* converterint. Quod verò alii vitiatos eſſe Hebræorum libros opinati fuerint, inde fortaſſe provenire, quoniam multæ Bibliorum translationes ſeu verſiones ſubinde enatæ ſint, quas omnes *Hieronymus* præ oculis habuerit, decimamque addiderit. Interim Hebraicum textum ante omnes incorruptum extitiſſe. Falſa autem in tot verſiones irrepſiſſe, mirum profectò haud debere videri, quandoquidem ipſe *Hieronymus* in Ezechielis X L. ſuper verſu: & *ecce murus* ita ſcribat: *diligentem & ſtudioſum Lectorem admonendum puto; ſi tamen ſcientia Scripturarum & non vanis Oratorum declamationibus ducitur, ut ſciat omnia prope verba Hebraica & nomina, quæ in Græca & Latina translatione ſunt poſita, nimia vetuſtate corrupta ſcriptorumque vitio depravata, & dum de inemendatis ſcribuntur inemendatiora, de verbis Hebraicis facta eſt Sarmatica, imò nullius gentis, dum & Hebræa eſſe deſierint & aliena eſſe non cœperint.*

In-

Inque his omnibus per *Jus Canonicum* remitti nos ad Hebræa volumina, ut inde veterum librorum fidem examinemus; certo indicio Hebræos Codices haberi ab Eccleſia Chriſtiana pro emendatiſſimis ac minimè vitiatis. Quod ſi quis falſitatis notam hinc efficere velit, quoniam Judæorum Doctores falſas ſacri Codicis interpretationes habeant, ac proinde eum, qui illas adducat, falſo uti teſtimonio; reſpondet, falſitatis accuſandum non eſſe, qui rem explicat prout poteſt, ſive vera ſit illa expoſitio, ſive falſa, modo errorem ſponte ac de induſtria non committat: neminemque teneri, qui fidem ei adhibeat. Itaque etiamſi nonnulla in Judæorum libris reperiantur, quæ falſi quid aut fraudis contineant, tamen nondum eſſe ſatis gravem cauſam, cur concrementur. Eam in rem allegat Bart. in *L. quid falſum*, ff. de fal. ubi dicit: *non puto quod pro quolibet dolo, & qualibet deceptione quis incidat in falſum ut puniatur. L. Cornel. de falſ. niſi ſit de capitulis expreſſis in hoc titulo.*

Ad ultimum denique argumentum, Judæos, ſi ſuos retineant libros, confirmari in incredulitate, impedirique quo minus Chriſtianorum religionem amplectantur, regerit, conſuetudinem quidem eſſe alteram naturam, & magnum omninò momentum habere, negari tamen etiam non poſſe, juveniles annos ita comparatos, ut inſcitia homines in iis laborent, adulta verò ætate peritiores

tiores evadant: Paulumque Apoſtolum in Ju-
dæorum ſcholis probè imbutum, ac omni
ſapientiam edoctum præcipuum inter Apo-
ſtolos evaſiſſe. Objicienti, Paulum eò tra-
ctum eſſe, quoniam Chriſtus affirmet, ne-
nem venire ad Filium, niſi quem traxerit Pa-
ter; regerit, omnes trahi à Patre, quotquot
Chriſtianorum religionem amplectuntur:
Chriſtianos enim non naſci ſed fieri, quando
verbum Chriſti in aures, ex auribus in cor, ex
corde in voluntatem, ex voluntate in intelle-
ctum penetret, atq; ſic fidem generet, dicente
Paulo *fides eſt ex auditione: auditio autem ex ora-
ne divina*. Aptiores igitur ad auſcultationem
aptiores quoq; ad fidem eſſe. Tales verò me-
ritò ſtatui illos, qui exercitati iis in rebus ſint,
per quas fides probabilior redditur, ut ſunt
vaticiniorum veritas, harmonia S. Scripturæ
& ſimilia. Hinc doctos facilius ſolidiusque
adduci ad religionem Chriſtianam, quam in-
doctos. Tantum abeſſe, ut libri Judæorum
impedimento ſint, cur ea gens ad noſtra ſa-
cra non tranſeat, ut potius *converſionem* ma-
gis promoveant, modò periti inter nos at-
que verſati in illis libris adſint, qui pruden-
ter adverſarios ſuiſmet aggredi armis nove-
rint. Exempla eſſe in promtu illorum ex
Judæis, qui non ſolum è ſacris ſed Talmudi-
cis quoque aliiſque voluminibus ſuorum
popularium convicti, avitam religionem de-
ſeruerint, & ad nos acceſſerint.

Ex his denuò concludit Noſter, non con-

Damna

ſultum videri, neque è re Chriſtianorum fore, ſi Judæis libri eripiantur ignique devoveantur, imò contra plurimum damni ſi id fiat, inde redundaturum. Nam Judæos ſuſpicari poſſe, Chriſtianos tale quid ex metu facere, neque audere cum ipſis congredi ante quam arma depoſuerint; perinde ac ſi quis Dux paſtorem ad pugnam depoſcat, cui baculum ſeu cultrum prius abjicere mandaverit. Deinde Apellas concrematis veteribus libris novos ſcribere, prioribus multo pejores, aut de memoria liberis ſuis narrare poſſe, quæ in antiquis lecta fuerint. Tum etſi aboleantur omnes in Germania libri, tamen alibi multos ſuperfuturos. Adhæc calumniandi occaſionem arrepturos, quaſi noſtri doctores injuriam ipſis feciſſent, nec eos rectè aſſecuti fuiſſent: noſtris autem veritatem demonſtrandi ademtam anſam fore, omnibus Hebraicis codicibus ſublatis. Porrò dari poſſe tempus, ubi in Conciliis & Synodis ejusmodi libris Eccleſia indigeat ad refellendos pertiniciſſimæ gentis errores, quæ ex ſuis domeſticis ſcriptoribus facilius refutetur, quam ſi ſola adhibeatur Scriptura S. Etenim, ut jus Canonicum præcipit, *lex Dei cum legitur, non ſecundum propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unusquisque ſponte præſumpſit; ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſecus adulteretis, alienum, & extraneum debe-*

ſi Jud. libri comburerentur.

diſt. 37. c. relatum.

*debetis quærere, aut quoquomodo ipſum ſcripturæ auctoritate confirmare: ſed ex ipſis ſcripturis ſe[...] capere veritatis. Et ideò oportet ab eo intelligen[...] diſcere ſcripturarum, qui eam à majoribus ſecun[...] veritatem ſibi traditam ſervavit, ut ipſe poſ[...] quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere.* At[...] hoc uſui fore cum contra Judæos, ne[...] vam confingant explicationem, tum Chri[...] nis ipſis, ne receptas interpretationes te[...] deſerant, aut novas opiniones excogi[...] Dehinc Judæos pertinaces magis futuros [...] ſuperſtitionibus ſuis ſacrisque ſervandis, [...] vetitum niſuros magis, æque ut olim Ch[...] ſtiani fecerint, cum *Diocletianus* & *Maxim[...] nus* edictum promulgaverint de combur[...] dis omnium Chriſtianorum libris. D[...] mum ſi liberi Iudæorum invitis parent[...] ſacro fonte ablui non debeant, neque li[...] ipſis vi auferendos, cum multis libri a[...] chari ſint ac liberi.

His ad extremum ſubjungit conſili[...] quâ ratione Iudæi ad religionem Chri[...] nam adduci queant, ſuadetque in ſing[...] Germaniæ Academiis & Scholis conſtitu[...] dos eſſe ad decennium duos Magiſtros, [...] juventutem in Hebraicis literis probe [...] buant, uti *Clementina* ſub titulo de Magi[...] præcipit. Ita brevi fore, ut cum Iudæis pl[...] de ac ſolide noſtri diſputare, eosque traduc[...] ab avita religione ad Chriſtianam poſſint, [...] atque tenore legis latæ in Jure Can. di[...] XLV. C. III. in hæc verba; *Qui ſincera [...]*

*ſentione extraneos à Chriſtiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis, non aſperitatibus debent ſtudere, ne, quorum mentem reddita ad planum ratio non poterat revocare, pellat procul adverſitas. Nam quicunque aliter agunt, & eos ſub hoc velamine à conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis quam Dei cauſas probantur attendere.* Et poſt pauca: *agendum ergo eſt, ut ratione potius & manſuetudine provocati ſequi nos velint, non fugere, ut eos, ex eorum codicibus* (NB.) *oſtendentes, quæ dicimus, ad ſinum matris Eccleſiæ Deo poſſimus adjuvante convertere.* Ca. V. hæc de eodem argumento leguntur: *de* Judæis *autem præcipit ſancta ſynodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri, cui enim vult Deus, miſeretur, & quem vult, indurat. Non enim tales inviti ſalvandi ſuut, ſed volentes, ut integra ſit forma juſtitiæ.*

Hæc ſumma eſt ſententiæ conſiliique *Capnionis*, quod juſſu *Cæſaris* & *Moguntini* modeſtè ſanè conſignavit, ac clauſum obſignatumque per apparitorem fidelem, & juratum, quem vocant, tabellarium, transmiſit; ſed priusquam ad Imperatorem veniret, dolo *Hochſtrati* interceptum & à Pfeffecornio impugnatum publice eſt. Quo de ipſe Capnion graviter ſubinde eſt conqueſtus aliquot in epiſtolis atque ſcriptis, omnium verò maxime in defenſione contra *Colonienſes* calumniatores ad *Maximilianum* Cæſarem, ubi his verbis eum compellat: *Cum jam fuiſſet conſilium meum in manu Archicancellarii tui, Principis illuſtriſſimi, antequam Majeſtati tuæ repræſentare*

*taretur, inventus eſt Judæus quidam Coloni... cognomento* Pepericornus *cum aſſumpto ſibi n...* Judæorum hoſtis, *ignavus certe homo, vel b... potius venenata, qui mox idem conſilium jam tu...* CÆSAR, *tuum inquam, quia tibi deſtin... juſſu tuo & Commiſſario tuo traditum, neſcio qu... do, qua fraude, quo aſtu, quo ingenio malo, qua h... num perfidia Te præveniens, in ſui poteſtatem re... & furia percitus, quod me videret, non omnia ... dæorum cremanda decreviſſe, ut multorum au... & conſilio iniquiſſimo & injuſtiſſimo vindictam ... reret, in publicum per plurima tranſumpta pro... atque renunciavit.*

Ob quam cauſſam eum pœnam lege imp... riali Principum nomine denunciatam inc... riſſe ait, cujus hæc ſunt verba: *Conſilior... noſtrorum renunciatores aut vivi exurantur, ... furca ſuſpendantur.* Cumque ſanctitatem ... quitatemque hujus legis aliquot argumen... probaſſet, id non eò ſe feciſſe affirmat, qu... ſe conſilii dati pudeat, ejus enim omnia ſ... eſſe, ſi ſanè intelligantur, & recta, ſi n... pervertantur: ſed ut oſtenderet, quam h... neſta, quam gravia, imò verò quam turp... ſima, quam leviſſima calumniæ ſuæ fun... menta novo more per alium laceſſendi j... rint delatores ipſius à nefaria proditione ... *pericorni* ſumentes initium, *qui non hoc conte... erat* (ſic ipſe *Reuchlinus* ſcribit) *quod prodidit ... his in limitibus manſit, non perſtitit hoc ſcelere, ſed ... graſſatus eſt Judæus aqua tinctus, contemptor leg... humanæ ſocietatis prævaricator, & evangelicæ ve... ritatis apoſtata. Inſtructus enim ab eis, qui ſ...*

defenſ. contra calumn: Colon.

*ſtant è numero doctorum eſſe, ac ſuffarcinatus multis & variis inutilibus allegationibus, tam Theologiæ quam* Jurium *homo, alioqui in doctus & literarum imperitus, nulloſque Latini ſermonis libros callens, & Judaica quotidiana pueriliter tenens, ad libellum aliquem famoſum fictis criminibus reſperſum, contra me in lingua vernacula promulgandum adornatur, & tanquam crudelis, qui famam & exiſtimationem honoris, bonique nominis cultum faciat nihili, expeditur in facinus, armatur in audaciam, committitur periculo, exponitur mortuus morti, contra quem non niſi larvis pugnandum ſit, ſemetipſo judice, indignus contra quem optimus quiſque & graviſſimus talione confligat. Nundinis igitur Aprilibus Anno M. D. XI. Francofordiæ apparet iſte liber diffamatorius,* Manuale Speculum *inſcriptus adverſum me docticulorum machinatione conſutus, proditoris nomine promulgatus, & ad circiter mille exemplaria per chalcographum Moguntinum redactus in publicum, ipſo ſuo Prologo indicans manifeſte tanti facinoris auctores. Neque enim qui prodere conſueverat, factionem illam perditiſſimorum hominum tanquam vas futile & rimarum valde plenum, continere celareve poterat. Sed* Arnoldum *quendam* de Tungari *ex Profeſſoribus Colonienſibus adverſum me (ut idem ipſe proteſtatur) de Collegio electum, in libelli famoſi titulo præfatur atque prænominat, ſicut malleus fabrum, cui & ea ipſa diffamatio quodam ritu dicatur & ſacratur.*

Hæc præfationis quaſi loco præmittere placuit, ut conſtaret, cum veritate eſſe conſentanea, quæ in Oratione retulimus. Nunc *Manualis Speculi* & titulum, & ſummam indi- Manualis ſpeculi firma.

cabimus. Titulus ita habet: Handſpi
Johannis Pefferkorn / wider und gege
Juden / und Jüdiſchen Thalmudiſ
Schrifften / ſo ſie über das Chriſtenlich N
ment ſingen und leſen. Welche billich G
läſterer / Ketzer und Abergläuber / des A
und des Natürlichen geſetzen gezehlt / gehe
verthümt und abgethan werden mögen.
rum ſich etliche Chriſten wieder mich ſetzen
fechten / ſolche Artickel zuwiederlegen. D
gegen ich antwurdt / und mit beſcheidene N
uffgelöſt hab.

Summam libri ipſe *Pfeffercornius* ind
in epiſtola nuncupatoria ad *Arnoldum di*
*gari*, quâ ſignificat, ſe recenti adhuc me
ria tenere ipſius quæſtionem propoſitam
executioni non detur conſilium ſuum lau
bile datum de comburendis Judæorum
bris. Multa quidem eſſe, quæ reſpon
debuerit, qualia impedimenta ſibi obj
fuerint, à Judæis haud tantum, ſed e
cumprimis à Chriſtianis nonnullis: verum
omnia ſe accuratè præſtitiſſe præſenti libe
quem *Manuale Speculum* inſcripſerit, ac om
um quaſi manibus tradiderit legendum,
quatuor diſtinctum partes, quarum pr
Exordii locum habeat, indicetque hoſti
blaſphemumque os Judæorum, quod q
tidie contra Chriſtianum Imperium a
riant. In ſecunda parte agit de variis hæ
ticis Judæorum dogmatibus. Tertia verſa
in explicando argumento Talmudicorum
b

brorum atque defendit, rectè omninò eos damnari. Quartò exponit, quæ paſſus à Judæis æquè atque nonnullis Chriſtianis fuerit. Hæc opuſculi eſt partitio. Nunc quomodo ſingula probet, diſpiciendum eſt. Primò igitur narrat, quomodo diu multumque reputanti ſecum, quidnam Judæos in errore tam pertinaces redderet, nulla alia videatur cauſſa verior atque certior, quam quod per Talmudicos libros magis magisque confirmentur, quippe qui ſint contra doctrinam Chriſtianam, contra legem naturæ & Moſis, contraque Prophetas directi atque confictì: variis item blasphemiis, calumniis ac convitiis referti; quod aliâs peculiaribus ſcriptis oſtendiſſet, ac nominatim probaſſet, certam precum formulam, quotidie in ſuis Synagogis recitare Judæos, qua ardenter à Deo Romani Imperii ruinam, omniumqne ſacro fonte ablutorum exitium precentur. Hæc ut intelligantur melius, indicabo libellos à *Pfefferkornio* ante motam cum Reuchlino litem ſcriptos, quorum tres vidi. Primus hunc præfert titulum: *In hoc libello comparatur abſoluta explicatio, quomodo cæci illi Judæi ſuum Paſcha ſervent, & maximè quo ritu paſchalem illam cœnam manducent. Exprimitur præterea* Judæos *eſſe hæreticos & deſertores* Veteris, *& oppugnatores* Novi Teſtamenti; *quamobrem judicii rei ſunt ſecundum legem Moyſi.* Editus impreſſusque eſt Coloniæ A. M, CCCCC. IX.

Libelli à Pfeffercorn. vulgati.

Alterum opuſculum eodem anno vulgatum ſplendido hoc & ſpecioſo titulo inſignitur:

*Hoſtis Judæorum hic liber inſcribitur, qui declarat nequitias eorum circa uſuras & dolos etiam varios, qui in hunc usque diem noti Chriſtianis [illegible] fuerunt. Habet etiam in ſe Hebraicas ſententias, ut cœci & maledicti Judæi tanto apertius vel ex ſ[acris] ſcripturis confundantur.*

Sequenti demum anno compoſuit librum *in laudem & honorem* Illuſtriſſimi Maximique Principis & Domini, MAXIMILIANI, *D. G. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti* &c. *diviſum in ſex & decem capita,* quorum breviaria, quia in titulo argumentum non eſt expreſſum, dare viſum eſt, cum aliquod habere momentum videatur ad præſens, in quo occupamur, negotium. Poſteaquam Cap. I attigiſſet bellum ab Imperatore adverſus inobedientes & rebelles *Venetos* ſuſceptum cap. 2. oſtendere conatur Imperatoriam Majeſtatem ſeriò & conſtanter velle, ut Judaici & Hebraici libri omnes, qui errores contineant adverſus Moſen & Prophetas, impedimentaque & probra, ac alia adverſa Chriſtianæ religioni, auferantur à Judæis, ubicunque publicè aut privatim aſſerventur, & collecti ſeponantur, quidque ad hoc decretum interponendum tantum Principem commoverit. Tertio capite exhibetur exemplum Imperialis mandati ad omnes & ſingulas Imperii civitates & earum Magiſtratus ſuper hujuscemodi

modi librorum ſuſceptione. Quarto capite narratur, quid tentaverit & egerit Pfeffercornius ſecundum mandata Cæſaris, & quo pacto Judæi illa ut revocarentur, ſummo conatu & ſtudio allaboraverint. Capite V. nominatim exprimuntur libri ſacri Hebræi Codicis, quos legere atque retinere Judæis integrum ſit: Sexto autem notantur mali, falſi & inutiles, pernitioſi illis, moleſti nobis Chriſtianis, ſive propter vanitatem & malignitatem ſuam, ſive quod converſioni, quam cupimus, obſiſtunt: quorum in numero omnes Talmudici & Rabbinici habentur. VII. memorantur nonnulli ritus ac abuſus Judæorum contra Scripturam S. & inſtituta Moſis, ob quos jure & meritò ultimo ſupplicio juxta legis formulam afficiendi eſſent. Illis, quæ ſequuntur capitibus, usque ad XIII. traduntur varia de Meſſia, qualem Judæi ſibi fingant, de morte, ſepultura & vita æterna. XIII. continet adhortationem ad Principes & civitates Imperii, ut omnem curam adhibeant, quomodo Judaici errores tollantur, qui ex pravis & falſis ipſorum libris proveniunt. XIV. Caput oſtendit, qua ratione Judæi per ignoratam vulgò jurandi formulam cogi atque urgeri poſſint, ut falſos libros ſuos, ſi forte abſconderint negaverint ve, prodant atque proferant, cum alioqui communium juramentorum contemtores ſint. XV. capite diluuntur ſeptem argumenta, quæ adverſus propoſi-

poſitam & ceptam librorum à Judæis ptionem, ac velut abreptionem & ſpoli nem objici poſſent, ſive utilitatis, ſive æqui intuitu. Ultimo denique capite deſcribu quatuor genera hominum, qui immerit præter rationem offenduntur talibus Pfef cornii conatibus, eosque æquis animis ferunt.

Hæc poſtremi, inter tres, libelli ma eſt. Præcipua autem controverſia mo occaſione ſecundi opuſculi, *Judæorum hoſti* ſcripti, in quo *Pfeffercornius* primò, voca probroſa & contumelioſa in Dominum J SUM, Matrem ipſius, Apoſtolos, Sa menta, Sacerdotes Chriſtianos, ac ſimi jacta à Judæis expreſſit. Deinde pr execrationesque adverſus Chriſtianos ſuit, quarum præcipua ferè hæc eſt, eam cauſſam huc transſcripta : מדים אל תהי
ה וכל המינים כרגע יאבדו וכל אויבי עמך
ת ישראל מהרה יכרתון ומלכות זדון מהרה
ך תשבר ותמגר ותכניע כל אויבינו במהרה
נו :

Quam formulam Latinè ſic expreſ *Baptizatis nulla ſpes eſt, & infideles omnes cele peribunt, & omnes inimici populi tui Iſrael, ô De opprimentur & exterminabuntur. Fiat id quid citò.* Reliqua autem verba in verſione omiſſa, quæ ita ſupplemus : *& regnum ſuper funditus extirpabitur & confringetur, ſubigesque mnes hoſtes noſtros citò in diebus noſtris. Verba & preces,* inquit Pfeffercornius, *in ſingulos*

*terdicunt, gravi & ſerio meditatu, quibus planè & palam Apoſtolos & omnes in nomine Jeſu baptizatos ſignificant: cum cunctos, qui eorum perfidiæ & erroris participes non ſunt, ipſi infideles nominent. Racha & ultionem orant ſuper univerſa Eccleſia Chriſtiana, præcipue autem & regnum Romanum naſcetur, perfringatur & diſturbetur. Has quoque preces execrabiles non ſedentibus licet dicere ſed erectè ſtantibus. Neque alii cum alio loqui permittitur niſi finita hac oratione. Si qua etiam inter Chriſtianos bella, ſeu adverſum eos hoſtilia, civilia aut ſocialia, evenerint, tum maxime exultant & lætantur, ea ſpe, quaſi proprie ad religionis illius & imperii perturbationem & exitium.*

Verum hæc verba in Chriſtianos regnumque Romanum directa eſſe, negavit *Reuchlinus* in ſuo conſilio ad Imperatorem perſcripto, quemadmodum ſupra eſt oſtenſum; quod cum vidiſſet *Pfeffercornius*, in *ſpeculo manuali* ſuam ſententiam aliquot argumentis defendere conatus eſt: primo quidem id probat ex teſtimoniis aliorum Judæorum ad religionem Chriſtianam converſorum, utpote *M. Alfonſi*, *Hieronymi* & *Joannis* quorum verba legantur Lib. III. *Fortalitii fidei*; deinde citat *objectionem* Talmud, ſeductorem Judæorum, Pharetram fidei contra Judæos: adhæc *Paulum Burgenſem* L. I. Scrutinii. diſt. V. cap. VII. ac denique ſi hos omnes teſtes repudiet Reuchlinus, *Hieronymum* omni exceptione majorem, qui Libro II. in Jeſaiam cap. V. diſertis verbis tradat *Judæos adhuc perſeverare in blasphemia & ter quotidie in Synagogis nomi-*

*nomini* JESV *maledicere.* Contra hos omnes temere pugnare *Reuchlinum*, quaſi omnes peritia linguæ Hebraicæ vinceret, cum tamen nihil intelligat, niſi ubi Latina aut Germanica verſio adjuncta ſit Hebraicis fontibus. Ita audacter calumniatur *Pfeffercornius*, neque hîc ſubſtitit, ſed ultra quoque progreſſus ſcribit, tam promtum in legendis ſcribendisque Hebraicis literis eſſe Capnionem, quam velox ſit aſinus ſcalam conſcendens. Nec peritiam ejus probare, quod Grammatticam Hebraicam ediderit, cum eam ipſe non compoſuerit. Quod verò affirmet, à Judæis nos hoſtium loco non haberi, id manifeſte falſum eſſe, quoniam inſidientur noſtris bonis & fortunis, temporali & æternæ ſaluti, Chriſtianam Eccleſiam convitiis proſcindant, Meſſiam à Deo mitti ſibi petant magna inſtructum potentia, utpote Chriſtianorum victorem. Ob quam cauſſam diaboli potius quam Romani Imperii cives à multis Chriſtianis meritò dicantur. *Reuchlinum* ipſum in epiſtola ad quendam nobilem A. M. D. V. data, faſſum eſſe, Judæos *blaſphemare* Deum, ejusque filium JESUM & hac blasphemia illos delectari; unde poſteri quoque criminis tanti fiant participes, ut ex conſuetis illorum precibus atque libris, v. g. *Nizahon* & *Velamſchümmadim* intelligi poſſit. Porrò non dat noſtro, duos libellos impios, *Nizahon* & *Toldos Jeſchu* à Judæis eſſe abrogatos, ſed contendit, hodie-

dienum uſitatos,ac poſtremum veſperâ, quæ feſtum Nativitatis Chriſti antecedat, legi â Judæis in Servatoris noſtri ignominiam atque contemtum, quem ea nocte credant per latrinas aliaque impura loca in univerſo terrarum orbe ambulare debere, in juſtam ultionem, quod falſam doctrinam tradidiſſet. Hæc partis ſive capitis I. ſumma eſt in manuali ſpeculo.

Altero capite exponit varias Judæorum hæreſes, ut probet eos propriè dici hæreticos, ſecus quam Reuchlinus ſtatuebat, qui hæreſeos labe aſpergi debere Iudæos haud concedebat. Futilia verò pleraque ſunt argumenta, quibus utitur *Pfeffercornius*, ſuam probaturus ſententiam; ut, quod aſſerant Judæi, Adamum impuro concubitu cum beſtiis ſe miſcuiſſe, antequam vitæ ſocia à Deo *Eva* ipſi adjuncta fuiſſet: Deum quotidie cum angelis Talmudicis literis operam navare, triſtitiâque affici indies ter propter miſerias, quibus obnoxii ſint Judæi inter Chriſtianos, & cum *Leviathane* interea ludere, ut mœrorem ex animo ſuo expellat: nunquam illum, ex quo templum Hieroſolymitanum deſtructum ſit, riſiſſe: *Jeſum Nazarenum* quotidie ab eo caſtigari, quoniam miſerandum in modum populum ſeduxiſſet: & quæ ſunt alia hujus generis, indigna certe ut prolixam de iis narrationem inſtituamus. Et tamen hinc efficere conatur Judæorum hoſtis, Judæos meritò cenſeri blaſphe-

ſphemos, hæreticos, ſuperſtitioſos, contemptores Legum Moſaicarum, naturalium, Novi fœderis. Non ago Judæorum cauſam: ſcio quomodo in nos, ſacra noſtra, Salvatoremque noſtrum præcipuè, animati ſint; atque hoc nomine à cive meo in quibusdam diſſentio, qui illos ab omni fere hæreſeos & blasphemiæ crimine abſolvere conatur: hoc tamen audacter affirmare ſuſtineo, argumenta ejusmodi à Pfeffercornio corraſa undique & cumulata, tanti ponderis non eſſe, ut omnes Judæorum libros è medio tolli & flammis ſubjici debere, evincant. Verum de his atque ſimilibus ſuo loco noſtrum qualecunque interponemus judicium. Nunc cœpto inſiſtentes ordini, indicabimus breviter, qua ratione *Pfeffercornius Reuchlini* fundamenta, quibus nititur, ut retinendos legendosque aſſiduè Talmudicos libros eſſe, perſuadeat Chriſtianis, deſtruere conetur. Quæ noſter de arbore ſcientiæ boni & mali adfert, & ad Talmudem accommodat, ea puerilia dicit, cum illa arbor per ſe mala haud fuerit; mala autem dicatur ob primorum parentum malitiam, inobedientiam & blasphemiam, quod gloriam Majeſtatemque divinam affectaſſent. Sic quoque comparatum cum Talmudicis libris eſſe, ait. Chryſippeum Pfeffercornii acumen ego certè non capio, etſi alioqui haud negem, parum roboris noſtrum accipere pro ſua ſententia ex illa de arbore petita ratione.

Sub

Subtilior autem fortaſſis eſt in refellendo altero Capnionis argumento, quo ipſum Salvatorem noſtrum Talmudicorum voluminum diligentem attentamque lectionem commendaſſe omnibus ex Joh. V. 39. aſſeruit. Regerit enim Chriſtianam Eccleſiam per XV. ſecula ſtetiſſe, confirmatam à multis martyribus, ſive veritatis teſtibus, ornatam præſtantiſſimis diviniſſimisque doctoribus: neminem tamen unquam extitiſſe, qui ad Talmudicos libros provocaverit, aut teſtimonia ex iis petierit; contra verò haud paucos, qui illos rejecerint atque reprobaverint: id ſanè non facturos, ſi quid ſani ejusmodi voluminibus ineſſe exiſtimaſſent. Ad hæc alibi extare in Evangelio: *habent Moſen & Prophetas*, non vero addi: Talmudicos Doctores.

Jam quando Noſter affirmavit, multos quidem fuiſſe, qui Talmudica opera contemſerint, neminem tamen, qui comburenda judicaverit, niſi *Petrum Nigrum* ex familia Dominici, & *Johannem Pfeffercornium*. reſpondet, nihil obſtare, quo minus aboleri illa debeant, licet nemo unquam tale conſilium dediſſet; quod tamen dici nequeat, cum *Gregorius* & *Innocentius* IV. Talmudicum corpus & combuſſerint & comburi juſſerint, teſtibus *Innocentio*, *Joanne Andrea*, *Panormitano* aliisque Doctoribus *Ca. ſuper eo de voto*, *Felino Ca. canonum ſtatuta* de conſtitut. in d. X. col.

Poſthæc queritur modum *fraternæ correptionis*

*reptionis* à *Reuchlino* non eſſe obſervatum
cum ſuis duntaxat affectibus indulſiſſe a
haud feciſſe decorè aut candide, quod
functis doctoribus Eccleſiæ, *Nicolao de L*
*Petro Nigro*, aliiſque inſultaverit, acuti
ſermonibus ferierit.

Jam, quando cognitum probè per
ctumque habuit, Judæos ipſos Reuchlin
laudare, ut peritum Hebraicarum literar
id minimè mirum eſſe dicit, cum laudar
los ſoleant, à quibus laudentur, iiſque in
viant, â quibus adjuventur, præſertim ubi
de damnum in Chriſtianam Eccleſiam r
dundaret ſciant. Huc enim peſſim
gentem eſſe intentam, idque moliri & ma
nari ſubdole, ut ſive verbis, ſive geſti
ſive donis, aut alia ratione Chriſtiano
ſuas partes trahat; quod exemplis ali
declarat, utrum ſatis certis, non di
to, cum alias de iſtius populi dolis & de
piendi corrumpendique arte abunde co
ſtet.

Hinc progreditur ad III. caput, quo
originem Talmudis inquirit, ut illâ perſp
cta, eo ſolidius concludere queat, nil ſani
illo contineri. Originem verò tradit ac
piſſe occaſione gloſſæ à Chriſtianis in lib
ſacros concinnatæ, huicque directè eſſe opp
ſitum, variis venenatis & blaſphemis ve
bis, falſis item, confictis, doctrinæ Chriſt
legibus naturalibus adverſis rebus refertu
pari tamen pietatis affectu cum S. Cod

re

recipiendum. Specioſum etiam antiquitatis titulum Judæos prætexere, quod nimirum continua ſucceſſionis ſerie à Moſe ad Joſuam, à Joſua ad Prophetas, ab his ad ſeniores doctoresque propagata coram illa doctrina fuerit, donec literis conſignata ad poſteros transmitti potuerit, qui in erroribus & ſuperſtitionibus magis magisque confirmati, tantis ſeſe tenebris immerſerint, ut emergere inde haud queant, niſi Talmudica volumina prorſus aboleantur.

Ultimo denique capite exponit mala quæ perpeſſus fuerit ab ipſis Chriſtianis, cum Chriſtianam religionem amplexus eſſet, conqueriturque inprimis de injuria ſibi à Capnione illata, qui audacter ſcripſerit, *Pfefferkornium* Talmudicarum literarum haud eſſe peritum. Regerit enim ſe à puero plurima indè audiviſſe, atque hac ratione quandam illarum notitiam hauſiſſe, æque ac multi Chriſtianorum ſolo auditu edocti, *Evangelia*, *Epiſtolas*, *Prophetas* atque ſimilia intelligant. Deinde provocat ad ſuos ante ſcriptos libellos, quibus multa de Talmude ſumta inſeruerit; nihil vero illorum unquam à Judæis in dubium eſſe vocatum. Tum amoliri à ſe conatur ſuſpicionem, quaſi Hebræorum libros comburendos eſſe, duntaxat ſpe lucri capiendi aſſeruerit; ſed contra perſuaſum omnibus vult, id eò factum unicè abs ſe eſſe, ut Judæi deſertis erroribus veritatem Evangelicam amplecterentur facilius, ſi Tal-

mudici libri, quos ipſi diabolo autore & jutore compoſuerint, & per XV. ſecula ſine ingenti Chriſtianæ rei damno ret rint, auferantur. Hoc factum ad po tatis memoriam inſigne, & Eccleſiæ ut mum futurum; quemque igitur Chriſti omnibus viribus eò contendere debe ſui conſilii rationes approbentur atque cutioni mandentur. Tandem quod vel mè objici ſuæ ſententiæ poſſe videbatu movet, nimirum fore impoſſibile, ut omn mninò Judæorum libri tollantur penitus quosdam occultare, humo mandare, in que iterum eruere poſt aliquot tempus, a liunde repetere queant. Hoc enim ſ exiſtimat impediri poſſe; ſi ſeverâ lege vitæ fortunarumque omnium jactura ill le quid interdicatur.

His hunc in modum diſceptatis, put tis valide ſe ſuam probaſſe & contra refutaſſe ſententiam; unde concludit de Talmudica ſcripta eſſe abroganda: idque vo argumenro aſſerere cupit, quando m veri ſe dicit exemplo Chriſti, in templo verbis tantum ſed verberibus quoque fuſtibus Judæos caſtigantis, quod ex do ſupplicationis latronum ſpeluncam fe ſent. Eam in rem ipſum ejeciſſe ement vendentes in fano, numulariorumque me ſas & ſellas vendentium columbas everti certo, ut *Pfeffercornius* ait, documento, bl phemias ſeverè puniri debere, ac proinde Ta

mud

mudica ſcripta tollenda, & ſupprimenda: inſuper etiam uſurarum exactionem immodicam inter Judæos receptam abrogandam, illos ad labores honeſtos, ad verbum divinum publicè audiendum in noſtris cœtibus cogendos eſſe, ut hac ratione ex Prophetarum ſcriptis probe informati facilius Chriſtianam religionem amplectantur.

Atque hæc omnia juſtæ defenſionis cauſſa contra calumnias à Reuchlino ſparſas profitetur ſe ſcripſiſſe, & unà recipit, ſive coram Imperatore, ſive Vriele Archiepiſcopo, ſive 4. Academiis à Maximiliano Cæſare delectis, aut aliis quibuscunque, cuncta atque ſingula uberius ſe, ſi res poſtulet, declaraturum; paratum inſuper Judæis monſtrare, quo Talmudis codice, capite & paginâ ea quæ contra illos produxiſſet hactenus, ac deinceps producturus eſſet, legantur & inveniantur. Ita magnificis verbis manuale ſpeculum finit magnus quidem, ſed fortaſſis vanus, promiſſor, ut in eum optimè quadret illud Poetæ:

*Quid ferat hic tanto dignum promiſſor hiatu?*

Reuchlinus certe manuali ipſius ſpeculo perterritus non eſt, ut manum de tabula poneret, quin potius cœco Judæo oculos aperuit, quando ei *Oculare ſpeculum* oppoſuit, de quo ipſe hunc in modum in defenſione ſua contra calumniatores Colonienſes ad Cæſ. *Maximilianum* ſcripſit: *enitendum fuit, ut quicquid contra me temerator ſcripſerat, quam veriſſime diluerem, & rumores emacularem. Feci certe diligenter quod inſtitueram, feci quod debui, feci trium-*

Oculare ſpeculum Pfeffercornio opponit Reuchlinus.

 *pha-*

*Phare veritatem, quare librum apologeticum* in-
*gua Teutonica* Oculare Speculum *nominavi,* q
*ſuum calumniator* Manuale Speculum *prius* in
*ſerat, melioribus ego auſpiciis, quod manus* no
*deat ſed oculus, quod ego innocentiam meam* o
ratio tituli. *ſubjeci, at ille calumniam ſuam manibus & vi*
*giæ. Nam ipſe manum inferre voluit, ego ſaltem*
*deri & cognoſci è* Speculo *manum, potentiam* a
*vim adverſus me furentem. Socrates dicitur* à
*quiſſimo nebulone in faciem percuſſus nihil vin*
*poſtulaſſe, niſi ut nomen injuriantis in fronte* ge
*quo illius tanta malitia omnium oculis* app
*ſpectandi. Sic* Oculari Speculo *iſtius maledicta*
*ſpcienda ſtatui, quo viderent omnes boni clare, p*
*liquide adverſarios meos plusquam triginta* qu
*mendaciis ad mei contumeliam in* Manuali ſpe
*eſſe abuſos. Vtque figmenta ſua ſplendidius* ſ
*teſierent, libuit ea unicuique digito monſtrare,*
*fieri ſane non potuit, niſi & una omnibus* con
*meum Tibi,* Cæſari Auguſtiſſimo *â me datum,*
*prius à proditore non ſolum renunciatum, ſed* e
*publicatum fuit, in propatulo & perſpicuo* ex
*rem, ut cujuslibet in pagina chartæ per appoſita*
*deprehenderet univerſa natio Germanorum* calum
*toris falſitatem.*

Titulus libri integer ita habet: Do
Johanſen Reuchlins/der K. M. als Erz
hogen zu Oeſtereich/auch Chur-Fürſten u
Fürſten gemeinen Bund-Richters in Sch
ben warhaftige Entſchuldigung/ gegen u
wider ains getaufften Juden/genant Pfe
korn vormahls getruckt ußgangen unwar

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tigs Schmachbüchln/ Augenſpiegel.

Cujus *Ocularis ſpeculi* ſummam atque compendium dare convenit,æquè ac *Manualis* Pfeffercornii dedimus, quoniam ob hunc Noſtri libellum tota ferè commota Europa eſt. In tantum autem tamque diuturnum bellum non erupiſſet,ſi illi,quibus componere litem à Cæſare mandatum eſt, ſuum feciſſent officium.Simulac enim Capnion Pfeffercornii *Manuale Speculum* per Mercatores ex nundinis Francofurtenſibus accepit, illud ad Imperatorem, Reutlingæ tum commorantem, detulit, ejusque opem ſupplex imploravit, quam cum ipſe ob negotia & plurima & maxima præſtare eo in loco ſuo Clienti & Conſiliario non poſſet, adſtantibus lateri proceribus negotium commendavit, qui verò propter multas occupationes legationesque ſubeundas pollicebantur,Cæſarem totam rem Auguſtenſi Epiſcopo commiſſurum ; hujus citationem cum noſter impatienter quodammodo exſpectaret, omnemque moram ægrè moleſteque ferret,eum per literas commonuit, ut imperiali delegatione fungens innocentiam ſuam audiret. Verum accepto ab Epiſcopo reſponſo, nihil in mandatis ſe de ea lite habere, appropinquantibusque nundinis Francofurtenſibus vernalibus, ad quas neophytus infamis ille Judæus venturus infamiamque Reuchliniani nominis ſparſurus latius, & innocentem gravius vehementiusque laceraturus erat, o-

Ejus ſumma.

mnem de ſe iniquam ſuſpicionem tollend
ratus, *Oculare ſpeculum* concinnavit, & per T
mam Anshelmum Badenſem vulgavit.
præmiſit Cæſaris & Moguntini ad ſe l
ras, ſuumque conſilium reſponſi loco dan
cujus ſupra ſummam indicavimus. Ad
xit autem ſimul *Scholares diſputationes* Lat
ut in defenſ. cit. loquitur, cum argumen
rum breviſſimis ſolutionibus, quibus d
& literati cognoſcerent, illum non aliter
ſiſſe, nec ſentire velle, quam ſentiat Cath
ca Eccleſia. Argumenta numero LII. q
ſunt, quæ objici ſententiæ ſuæ poſſe vide
Inſtituti ratio non permittit omnia a
ſingula recenſere, itaque potiora tantum,
quibus maximum, noſtro judicio, ſitum
momentum, adducemus. Neque tam
hic ſtatim illud præſtabimus, ſed ubicum
commoda erit occaſio. Id enim ob bre
tem nobis eſt aptius: licebitque omninò,
quod dicitur fidelia, duos dealbare parie

Mendacia Pfeffercornii. Tertia quaſi pars *Ocularis ſpeculi*, leg
tium oculis ſubjicit XXXIV. mendac
Pfeffercornio conficta, quorum primum
præcipuum fere eſt, quod *Reuchlinum* ſcrip
concedere nolle, Judæos orationem, qu
voce *Velammeſchummadim* incipit, direc
contra Chriſtianos & regnum Romanu
Hoc verò minimè ſe inficiatum Capn
reſpondet, quin potius largitum eſſe, u
alterumque è Judæis ſupplicantem ta
mente Chriſtianos concipere atque inte
ge

gere, neminem tamen pro certo id affirmare aut ſcire poſſe, niſi Deum, qui cordis latebras intuetur ſolus: hoc duntaxat ſe aſſeruiſſe ex vero, nullum extare in illa ſupplicatione verbum, quod ex vi proprietateque linguæ ſive Apoſtolos, ſive Chriſtianos, ſive Romanum Imperium ſignificet, idque Grammaticos omnes & Lexicographos uno ore faſſuros. Injuriam igitur Pfeffercornio haud fieri, ſi minus recte dicatur vertiſſe Germanicè: den getaufften ſey kein Hoffnung / cum in Fortalitio fidei L. III. obſ. VII. relatum legatur, *Alfonſum* è Judæo factum Chriſtianum juramento in S. Evangelium coram Toletenſi Epiſcopo adactum, ut ſæpius adductam precum formulam haud aliter interpretaretur, quam rei veritas requirat; illum verò h.m. convertiſſe: *deſtructis non ſit ſpes, & omnes hæretici citò pereant, omnesque populi hoſtes momento disrumpantur: & regnum ſuperbiæ temporis puncto confringatur: noſtris intereant diebus. Tu verò benedicte Deus! frange hoſtes noſtros, eorumque ſuperbiam ſine mora deſtrue.* Quibus verbis cum nulla neque baptizatorum, neque Chriſtianorum, neque Romani Imperii fiat mentio, concluſit noſter, calumniæ loco haberi meritò debere, ſi Judæis tale quid adſcribatur, eaque de cauſſa permittendum haud eſſe, ut tam atrox calumnia publicè illis impingatur, cum apud indoctos in tantum incurrere odium queant, ut fortunæ ac vita eorum periclitentur. Tale conſilium ſalutare utique

eſſe, neque ad infamiam ſpectare Pfeffer-
nii, ſed ad cohibendum incendium, quod
excitare viſus ſit quodam libello German
his verbis inſcripto: In dieſem Büchlin
det ihr ein entlichen Fürtrag &c. ubi ſubje
conſilium ſubtile dederit, eosque inſtrux
quomodo ſeditionem concitare in ſuos
giſtratus debeant, ſi Judæis favere illo
tellexerint.

Alterum mendacium *Pfeffercornii* N
hoc eſſe contendit, quod ille ſcripſ
Reuchlinum negare, gentem Judaicam Ch
ſtianos odio inimicitiaque proſequi. H
verò nuſpiam extare in ſuo conſilio, reg
perverti igitur nefariè à Judæo tincto
verba, quibus duntaxat affirmaverit, Ju
unius Romani Imperii Romani cives
eodemque civitatis jure nobiſcum frui
poſſe igitur illos Chriſtianorum, aut hos
dæorum hoſtes eſſe, idque in jure civ
Canonico aperte tradi *c. ſicut Judæi ſuper*
*cimiterium ext. de Judæis: it. 1. Judæi Commun*
*mano jure C. de Judæis.* Ex his ſe effeciſſe, J
dæos non eſſe hoſtes noſtros, i.e. Ro
ni Imperii, nuſpiam verò dixiſſe, eoſd
non eſſe hoſtes fidei noſtræ.

III. Negat ſe Judæos purgaſſe ab om
conſil. f. IV. hæreſi, etiamſi dixerit, eos rectè loqu
do non eſſe hæreticos, quia nunqu
habuerint fidem Chriſtian. hæreticum aut
propriè dici illum, qui deficiat à fide Chriſt
na, prout diſerte ſtatuit, *Cle. 1. de uſuris. & in*

*in ver. hæreticum.* Etenim cum de Judæis Pauli verba 1. Cor. XI. *oportet eſſe hæreſes,* adduxiſſet, liquere, quod non neget, illos quoq; hæreticos appellari poſſe. In eandem ſententiam quoq; f. 23. ſcripſit in diſputat. ſcholaſt. conſilio ſubjunctis. Quando enim argui poterat ob hoc ipſum, quod Judæos rectè loquendo hæreticos dici infitiaretur, reſpondet: *non poſui hoc, quod per illud vellem excuſare Iudæos à pœna hæreticorum, ſi hæreſes tenerent & docerent, vel publicè defenſarent. Sed volui excludere unam objectionem, quæ potuiſſet fuiſſe facta contra me, dicendo, quod ita auctoritas per me aſſumpta loquitur de hæreticis, ſed Iudæi non ſunt rectè dicendo hæretici, juxta gloſſam allegatam &c: Ne ergo aliquis crederet, quod ego tenuiſſem eos eſſe propriè hæreticos, ſicut Chriſtianus à fide devians hæreticus vocatur; ideò hoc dicere volui.*

IV. Mentiebatur *Pfeffercornius*, Capnionem peritiam ſuam Hebraicarum literarum magnifice jactitaſſe apud Principes, Magnates, & quoslibet alios. Id noſter factum negat, aitque Pfeffercornium ipſum, ſe tanquam Hebraicè doctum in Cæſaris, Moguntinique aula laudaſſe. Neque decere in tanta conſtitutum dignitate laudis partem in eo ſtudiorum genere quærere, quod tum vulgò ſuſpectum & vitio datum fuerit. Interim apud ſtudioſos aliosque homines curioſos haud ſe occultaſſe Græci Hebraicique ſermonis peritiam, neque difficilem in utroque tradendo iis ſe præbuiſſe.

V. VI. & VII. Calumniabatur

ſercornius, noſtrum Hebraicam linguam n
aliter intelligere, quam quatenus Latina
Germanica interpretatio vocibus adſcri
ſit: neque eum celerius legere atque ſcrib
Hebræas literas poſſe, quam aſinus ſcalar
gradus aſcendat: nec Grammaticam Heb
eodem compoſitam. Ad quæ ſigillatim (
pnionnonnulla reponit; ad I. quidem mira
quod leviſſimum hominē non puduerit
modi quid de ſe affirmare, cui omnes, q
quot ſuam viderint bibliothecam, cunctis
ruditis ſemper apertam, repugnaturi ſi
neminem profectò in libris Hebraicis ha
multis quos poſſideat, deprehenſurum,
latinam vel Germanicam verſionem vo
bus adſcriptam. Interim quantulacun
præditus ſit Hebraici ſermonis peritia, ta
men animadvertere atque intelligere ſe
ſe, ubi *Pfeffercornius* malè verba reddid
hocque in ſtudio nihil ſe prorſus ei conce
re; cum ille a pueritia edoctus ſit quæ
duntaxat recitare Sacri Codicis capita, *He
thoros* appellata, & quotannis prælegi
Sabbathi ſolita: in reliquis verò plane ru
imperitusque reperiatur: multos ſibi ſupp
tere libros, quos neque celeriter, neque r
de legere noverit. Grammaticæ deni
Hebraicæ ſe eſſe autorem, neminemque ali
nominari & produci poſſe, qui ſibi iſtud op
jure arroget, ſecus atque cum Pfeffercor
libellis comparatum ſit, quippe qui Latina li
gua prodierint, cujus tamen gnarus non ſi
VIII. Pfe

VIII. Pfeffercornius ſcribebat, jus divinum omnia commercia atque colloquia cum Judæis prohibere. Quod multis modis falſum eſſe Noſter probavit, & quotidiana experientia ſatis refellit.

IX. Criminabatur *Reuchlinum* Judæos ab omni blasphemiæ crimine abſolvere penitus; & in hoc ſibi ipſi repugnare, cum aliâs in literis ad nobilem quendam datis prolixè illorum blasphemias recenſuerit. Id verò neque in conſilio ſuo noſtrum negaſſe patet, vid. fol. II. e. III. f. XV. g. h.

X. dicebat Reuchlinum mentitum, ſtatuendo duos libros Hebr. *Nizahon* & *Toledut Jeſchu* apocryphos & à Judæis abrogatos eſſe, cum hodienum extent & ab illis legantur. In hoc mentitum Pfeffercornium eſſe, apparet ex conſil. f. II. k. ubi hæc extant verba: wiewohl ich an Käyſer Friderichs des dritten Hofe von den Juden daſelbſt nach viel reden zwiſchen uns gehalten hab gehört/ daß ſolliche von ihnen abgeton/ verdilckt/ und allen den ihren verboten ſy/ dergleichen nimmermehr zeſchreiben oder zereden. Jam aliud eſt dicere, libros iſtos eſſe ſublatos, aliud ab aliis dictum auditumque. In ſcholaſt. diſputat. primò ideò ſe f. XXI. argui poſſe ſcribit quod videatur Judæos excuſare velle à blasphemia, propter duas cauſſas, 1. quod dixerit Judæos memoratos duos libros pro apocryphis habere, teſte Burgenſi; 2. ſe audiviſſe, quod ſint deſtructi & deleti, & omnibus prohibitum, ne de

cetero

cetero talia ſcribant vel loquantur. A
inquit, *dico, quod illa non poſui, quaſi per v*
*luerim Judæos excuſare ex his, quod non haben*
*utantur illis libris, ſed per alios ſcripta & dicta*
*re voluerim. Et hoc patet, quia immediatè*
*dico, quod apud quemcunque tales reperiantur*
*ter, ille debeat puniri & tales libri auferri.*

X. Ad illud verò quod Pfeffercornius
cebat, noſtrum dictos libros neque leg
neque intelligere poſſe, reſpondet, mu
adhuc ſnpereſſe, cum quibus eos & leg
& interpretatus ſit: ac licet Pfeffercorn
jactitet, cum lacte materno ſe imbibiſſe h
braicam linguam, ſibi tamen eſſe li
plures, quos ille neque legere neque in
pretari queat.

XI. Apertam calumniam arguit, ac
indè reſponſo indignum cenſeri debet, q
do multa animo ſuo fovere mala Cap
nem clamavit.

XII. Pugnantia eſſe contendit, q
faſſus Noſter fuerit, ſe Talmudicos Cod
quidem nec legiſſe, nec intellexiſſe, & tam
XIII. ſtatuerit, inde ſe probaturum, Ch
ſtum eſſe verum Meſſiam, inque iis m
utilia de herbis atque radicibus inveniri.
illud quidem regerit, id ſolum legi in con
lio, ſe Talmudicos non aliter intellige
quam ex noſtrorum contra illos editis lib
lis. Hinc effici non poſſe, nulla ſe præ
tum illorum notitia, ſed potius aliquam t
buendam ſibi eſſe. Ad hoc verò, rem co
ſta

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſtare ex tractatu *Seder Seraim*, ſive de ſeminibus & variis herbis inſcripto.

XIV. Mendacii reus meritò arguitur Pfeffercornius, dum tribuit Reuchlino, quod aſſeruerit, licet multa in Talmude mala ſint, ipſum tamen Talmud malum non eſſe; ſic enim ille *conſil.* fol. VIII. lit. N. *quamvis de noſtris nonnulli dicant, in Talmude multa contineri mala, malum tamen non eſt, ſi illa mala & legamus, & diſcamus; non ut mala imitemur, ſed quò facilius bonum agnoſcamus, eique adhæreamus.* XXXV*II. diſt. qui de menſa.*

XV. Mentitus eſt, dicendo Reuchlinum arborem, cujus fructus primi mortalium deguſtarunt, malam appellaſſe.

XVI. Mentiri Pepericornum liquet, affirmantem per XV. ſecula neminem inter omnes Eccleſiæ Doctores teſtimonia è Talmude petiiſſe; nominavit enim Noſter in conſultat. fol. VIII. multos, iisque jungit *Hieronymum* comment. in Jeſ. Cap. VIII. & epiſt. ad Damaſum de Seraphim & calculo.

XVII. Adverſari Reuchlinum ſibi ipſi cavillatus eſt, quod in conſultatione negaverit Judæos, licet aliquot capita habeant in ſuis libris Chriſtianæ Eccleſiæ adverſa, ea in ignominiam atque contemtum ſcripſiſſe: in literis verò ad nobilem hoc ipſum affirmaverit. Reſponſum peti ex ſupra dictis poteſt.

XVIII. Neque ſimpliciter aſſeruit noſter,

nemi-

neminem extitiſſe præter *Petrum Nigrum* & *Ar-ſercornium*, qui Talmudicos libros combu-dos dixerit; ſed id de Doctoribus tan- intellexit, qui acumine diſputandi pol-tes, Judæos ex ſuismet voluminibus ref-re cupiunt. Ad duorum ſummorum P-tificum, Gregorii IX. & Innocentii IV. -toritatem reſpondit jam ante in ſchol. -ſput. illos non ſcripſiſſe ſpeciatim co- Talmud, ſed tanquam judices & non -quam Doctores ſive ſcriptores combu- aliquam ejus partem propter abuſum q-rundam Judæorum, qui ex eo docuerunt h-reſin, teſte Hoſtienſi in C. quod ſuper i- voto, col. 3. §. & hac ratione.

XIX. Injuriam fecit noſtro, eum -cuſando, quod parum memor audien- monito Chriſti fuerit: *quod ſi in te pecca- frater tuus, i reprehenſum eum, ita ut tecum ipſ- adſit.* Noſter majori jure Neophytum -guere neglecti moniti iſtius poterat, cum -le Reuchlino inſcio, neque commonito, -la data cauſa adſcribendum proſiliit & -moſum libellum in innocentem homine- didit.

XX. & XXI. Noſtrum Nudipedum Prædicatorum Monachorum Ordini ex-ſum reddere conatus eſt, quando *Nicola- de Lyra* & *Petrum Nigrum* ab eo reprehen- & traductum acribus verbis ſcripſit. honorificentiſſime de utroque & ſenſit ſcripſit Reuchlinus, ut patet ex conſultat.

IX. R. & fol. VI. S. Mentitus ergo ſtrenue eſt Pfeffercornius.

XXII. Pecunia à Judæis corrumpi ſe paſſum *Capnionem*, haud obſcure ſignificavit & crebris ſermonibus vulgavit. Id noſter mendaciſſimum vocat, & conſcientia fretus ait, nunquam ſe inde à puero vel obulum accepiſſe à Judæis: eum igitur qui tale quid ſibi objiciat, ſceleratiſſimum & peſſimum nebulonem eſſe. Idem gravioribus verbis in epiſtola ad *Adrianum Cardinalem* teſtatur. *Sanguinem*, inquit, JESU CHRISTI, *qui medullatam ſeſe pro nobis hoſtiam Patri obtulit, teſtor, me nunquam à Judæis ulla vel auri, vel argenti dona, præmia, munera recepiſſe, nullis me opibus unquam, vel in hoc etiam tam diuturno bello quod adverſum me tot & tam divites mendicantes, tam crudeles hoſtes gerunt, adjutum. Nec, ut opinor, dubitant, ſi qui non improbo judicio vitæ meæ rationes cognorunt. Et ſunt tamen, ut ille Græcus ait,* δόλιά τινα βουλευτήρια, ψευδῶν ἄνακτες, μηχανοῤῥάφοι κακῶν. ἕλικτα, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, *qui contra fas hominum Deûmque nequiſſimè audent ementiri, neſcio quo me paſci à Judæis auro, quod tantum abeſt à veritate, quantum mendaces ipſi à probitate.*

XXIII. Comparavit Reuchlinum cum quodam doctore Thoma, quem peſſimum hominem vocat. Cum eo ſe Noſter nihil habuiſſe commune profitetur: neque aliam ob cauſam cum Judæis familiariter verſatum fuiſſe, quam ut Hebraicam linguam ab ipſis perdiſceret, quemadmodum *Hieronymus*

de

de ſe ipſo teſtetur in *Apologia ad Pammachi* Oceanum, aliique Doctores Chriſtiani fece

XXIV. Quæ de Monacho quodam quinque ferè folia nugatur aliis dijudi dum atque reſpondendum relinquit ( pnion.

Reliqua quæ ſequuntur menda XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. XX & XXX. indigna ſunt, ut iis recenſendis moremur, moleſtique lectoribus ſimus.

Illud vero gravius forte eſt, q XXXI. accuſat noſtrum, quaſi uſuras Jud rum, quas exigere à Chriſtianis ſolent, fenderit. Etenim, ut eſt in Clement, de ris: quicunque uſuras defendit mordicus, quam hæreticus puniri debet. Verum hil prorſus de uſuris in conſultatione leg Itaque malitioſe mentitur Pfeffercorn

XXXII. Iniquè queritur, ſe in paſſum à Capnione qui ſemel iterumque norificam ejus mentionem fecit.

Quando denique XXXIII. & XXX teſtatus eſt, ſe *Manuale Speculum* compoſ unicè in omnipotentis Regis Jeſu Chr ejusque Matris honorem, ac bona inten ne, ea ſic refellit Noſter, ut dicat diver patere ex libelli prooemio, ubi mani prodat, ſe motum Reuchlini nimis duris monibus defenſionem parare voluiſſe brum autem ipſum calumniis eſſe referti & famoſum rectè appellari.

Hæc ſumma eſt Reuchlinianæ defenſ

nis in libro, quem Speculum Oculare inſcripſit, comprehenſæ. Anno ſequenti M. D. XII. declarationem Lingua Germanica edidit, hunc præferentem titulum: **Ain klare Verſtantnus in Tütſch uff Doctor Johanſens Reuchlings Rathſchlag von den Juden Büchern/vormals auch zu Latin im Augenſpiegel ußgangen.** Quem librum in gratiam eorum edidit, qui Latinæ linguæ rudes expertesque eſſent, ut omnes intelligere atque judicare poſſent, Judæisne an Chriſtianis æquior faventiorque fuerit.

Probavit autem noſter fidem ſuam integritatemque omnibus bonis, hiſce editis libellis, gratulabanturque ei tunc docti & indocti, adhuc & literatiſſimi Doctores plurium Univerſitatum, aliique viri boni & prudentes, quotquot ſunt injuriarum peroſi, abſentes partim literis, partim nunciis: gaudebant & præſentes dignitatis Reuchlinianæ non tantum fautores, ſed etiam amplificatores, maxima lætitia & voluptate affecti, quod audirent tantum virum cum CHRISTO, qui veritas eſt, de ſupercilio montis præcipitatum haud eſſe. Soli omnium *Peperiphrones* & *Peperimanitæ*, his vocibus Reuchli- Defenſ.
nus ipſe utitur, quorum factioſa catena erat, de incolumitate nominis ipſius, de proſpero ſucceſſu famæ, de honoris augmento ingemiſcebant, de dignitate triſtabantur, gratiæ invidebant, gloriæ tædebat, virtutum laudes oderant, quia veritas illorum falſita-

tem vicerat. De quorum numero pleb ſacerdos Francofordienſis, quem plebā appellant, defenſionis Reuchlinianæ v mina mercatoribus vendere prohibuit quam ea Pfeffercornio ad latus tunc aſſi ti & ſecum prandenti legiſſet; jacta enim ſe *commiſſarium Moguntinum*, qua que falſo ad Archiepiſcopum retulit, qu men cum ſciret gravem *Reuchlino* inju fieri, noluit prohibere defenſionem, refutavit confirmare prohibitionem, u te tam injuſtam, quam invidioſam. que concedente Magiſtratu *Speculum* O ab univerſis multò uberius emptum quam ante. Qua ſane re commotus punctus idem plebejus ſacrificulus, pr mavit de ſuggeſtu coram omni popul divina officia congregato, Pepericorn dæum baptizatum in ſequenti profeſt tiſſimæ virginis Mariæ eo in loco ſerm ad populum habiturum, hortatusque tores eſt diligentiſſimè, ut frequentes venirent. Jam enim miſeri Peperi nes cruciabantur, quod nullis hactenus ptis celeberrimamReuchliniani nomi mam labefactare potuerunt. Quare malo invenerunt occaſionem, ut ſub co ſacri officii abſentem & tales inſidias n gitantem quidem lacerarent, infamarent que commune odium deducerent. E (ſic ipſe *Reuchlinus* ſcelus deſcribit) *ſtat pore incedit iſte infamis* Pepericornus, *mul*

*ctitate, ô Deus & ſuperi ! quin potius hypocriſi nequiſſimâ præditus, obſtipo capite defigens lumina terræ, murmuraque & ſecum rabioſa ſilentia rodens, atque exporrecto trutinatur verba labello, vota precesque dicenti ſimilis. Aſcendit ante templum Judæus aqua tinctus, Laicus conjugatus, coadunata fidelium congregatione, id eſt, Eccleſia convocata, prædicat de verbo Dei, & fide Chriſtiana pontificaliter banauſus lanius, cum benedictione ad populum per ſignum crucis, contra prohibitionem Imperatoris* Martiani in L. Nemo, Cod. de S. Trinitate & fide Catholica: *contra* Toletanum Concilium *etiam de Judæis de novo converſis intellectum, ſecundum extremam intentionem gloſſæ, atque nonnullorum doctorum; propter quale crimen noſtra memoria & ætate agreſtis & ſimplex quidam opilio in Niclashauſen per judicum ſententiam igne combuſtus eſt, deceptus licet primo in agris nocturna viſione, poſterius autem paris avaritiæ ſtellionatu notatus. At iſte non ſomnio illuſus, non larvis & lemuribus, quos ipſe corrupto vocabulo de ore ſuo corrupto & putido* lullos *nominat, commotus aut perſuaſus, non ſimplicitate ſeductus, non pietate lapſus eſt, ſed à leviſſimis hypocritis, ſimulatoribus & diſſimulatoribus, ac iisdem victis cupiditate & avaritia Magiſtris imbutus, inſtructus & ſubornatus, videns, eligens, & intelligens malorum præceptorum peſſimus diſcipulus, ſuâ audacia, ſua temeritate, ſua furia tot immania ſcelera, tot nefaria crimina, tot & tam intolerabiles contra divina & humana ſcita, præcepta, mandata, & in jure ſtatuta, machinationes admiſit & perpetravit. Quæ debet igitur hunc abſumere pœna? quod ſupplicium? quæ ſaxa? quæ cruces? quæ fides hujus verbis? quæ crudelitas ſermonibus? quæ ſpes figmentis adhibenda eſt hujus vitioſiſſimi flagrionis*

*grionis, & leviſſimi obtrectatoris.* His ver-
ficacibus depinxit Noſter contume-
injuriarumque contra ſuam innoc-
primordiale, ut vocat, inſtrumentum,
inceps ad opifices, fabros & archi-
Theologos Colonienſes, progreditur
rumque molimina, machinationes &
des detegit, eleganterque hunc maxi-
modum deſcribit, in ſæpius adducta def-
ne. *Ad opifices ipſos,* inquit ad Cæſarem
*mum adverte, obſecro, probaſti malleum, ad*
*perge, vidiſti rivum, fontes ſcrutare, omnis*
*diſcipulum audiviſti, dolis inſtructum & art-*
*ga, ſcholas aſpice atque Magiſtros, ejus ſcele-*
*ctores. Non enim me juvat evaſiſſe tot urbe-*
*licas, ut inquit Poëta. Quod reſtat, horri-*
*Centauri in foribus ſtabulant, Scyllæque*
*diſponunt enſes & ſcuta latentia condunt.*
*rerum eſt, inquies? Erupit (ut uno verbo di-*
*ta concio Profeſſorum Theologicæ facultatis C-*
*ſium, duce Arnoldo, tanquam mandatario,*
*ait) ab eisdem electo, inſtar apum ex alve-*
*murmure & ſuſurro, in auxilium ſui præcurſ-*
*dæi tincti. Nam ſe vident nihil egiſſe hoc ſuo*
*quod honorẽ meum apud bonos & graves minu-*
*catervatim quaſi ex equo Trojano, cavo ſe robo-*
*munt, & qui hactenus occultis inſidiis cert-*
*nunc aperto Marte conantur me opprimere.*
*fuit uſque huc in lingua Germanica, quum tu*
*non tantum* Imperator mundi, *verum etiam ide-*
Rex Germaniæ & Archidux Auſtriæ, *cum tu*
cellario, Archiepiſcopo Moguntino, *omnia*
*in lingua Germanica & ſermone patrio egiſti*

*item Germanice reſpondi. Quando igitur noſtra gens Teutonica, quæ legere & intelligere potuit, quicquid vernaculo ſermone inter nos diſceptavimus, innocentem me & ab omni aberrantis opinionis ſuſpicione liberum, propterque declarationem meam vulgarem jam diu publicè ubique lectam, integrum atque probum in hac cauſſa virum eſſe, cognovit, injuſtam afflictionem mei commiſerata, quod iſtis Profeſſoribus & eorum complicibus bilem & ſtomachum movit, jamjam alia via nocere decreverunt, & alteros in loquela latina contra me diffamatorios libellos compoſuerunt, quos, ut majoris eſſent auctoritatis, tuo nomini,* maxime Imperator, *titulariter dicarunt, quo de te quali ſint judicio, facile ſentis, cum non defenſiones de jure naturæ homini datas, ut ego, qui eos nunquam ante læſi, ſed famoſas eorum calumnias in tuam gloriam aſcribant, &* Tuæ Serenitati *ſuas ignominiæ nubes obducant. Intelligis & qua fraude, quibus inſidiis impreſſos eosdem latinè, cum ſimus nos utraque parte Germani, & conſilium illud meum Germanicè ad te ſcriptum à me fuerit, omnibus paſſim & noſtratibus & peregrinis vendiderint, ſcilicet ut nationes exteræ ignorantes linguæ noſtræ idioma & dicendi, pronunciandi, ſcribendique proprietatem ac conſuetudinem, falſa & perverſa eorum interpretatione, & mutilata immutataque de Alemanico in latinum translatione perſuaſæ aliquando, nomen meum, hominis ignoti & in oculis ſuis peregrini, ultra Sauromatas Gallias & Alpes, ubi nemo me poſſit defendere, inter reos deferant; unde obliqua & reflexa tandem ad terras noſtras referatur infamia. Hæc illis ſumma inſtituti fuit.*

Diffamatorii libelli, quos contra ſe vulgatos

gatos ſparſosque à Colonienſibus com-
tur, ſunt ſequentes in unum redacti
Coloni-enſium Reuch-lino op-poſiti libelli. men:

ARTICULI ſive *propoſitiones*
daico favore nimis ſuſpectæ, ex libello T
tonico *Domini Joannis Reuchlin* Legum
ctoris (cui *Speculi Ocularis* titulus inſcrip
extractæ, cum annotationibus & im
tionibus venerabilis ac zeloſi viri M
noſtri *Arnoldi de Tungeri*, Artium &
Theologiæ Profeſſoris profundiſſimi,
legii, quod vulgò burſam Laurentii
Regentis primarii ſemperque honora

*Alphabeta* ejusdem Sacræ Theologiæ
feſſoris in maledicos Judæos & Tha

*Reſponſiones* ad argumenta quinqu
quibus dictus Legum Doctor in ſu
ſpeculo viſus eſt Judæis ſuum Thalmu
voluiſſe, diverſis Scripturæ & ſacroru
ctorum auctoritatibus roboratæ.

His libellis præfixit carmen aliqu
*vvinus Gratius*, quod huc transſcribere
deo placet, quia Reuchlinus in ſua def
ne illud caſtigavit. Ita autem cum pr
ſo, honoris ſcilicet cauſa, titulo ſe habet

Ortvvini Gratii carmen in ſpe-culum oculare.

*Ortvvini Gratii* bonarum artium P
ſoris Oratoriam Poëticamque Colon
blice docentis Carmen in librum que
Theutonicum, qui *Speculum Oculare* inſ
tur, cujus Auctor inferis lætitiam, ſu
autem & Chriſti fidelibus ſummos do
nunciaſſe deſcribitur.

*Res nova, ſed dignis nunquam memoranda camenis.*
*Digna quidem flammis, digna perire nece.*
*Fama, malum! totum volitans inſana per orbem.*
*Tartarei penetrat ferrea clauſtra Dei.*
*Nunc pater infernus totum reſonare baratrum*
*Cantibus, & lætos dæmonas eſſe jubet.*
*Exultant triſtes furiæ, Plutonia conjunx*
*Illudens Chriſto, fert nova monſtra ſuis.*
*Impia Theſiphone, ſoror altera, nigra colubris*
*Stridula nunc vigili plectra latrante movent.*
*Vulgaris conſulta libri jam laudibus effert,*
*Dum capit obſtreperam dira Megera chelyn.*
*Contra autem planctu cœlum luctuque remugit,*
*Et decimo angelicus meret in orbe chorus.*
*Flet* Jovis alma Parens, *repetit ſua vulnera* Jeſus
*Oſſibus & venis multus amaror ineſt.*
*Centum alapas, centum colaphos, convicia mille*
*Perpetitur, largam potat amaritiem.*
*Sanguine ſerta rubent, penetrant cava tempora ſentes,*
*Affixusque cruci, triſtia fata gemit.*
*Chriſticolis largi fletus, pullataque veſtis,*
*Perpetua anxietas, perpetuusque dolor.*
*Ah pereat tantæ cladis nequiſſimus auctor!*
*Scriptaque gens narrat quæ recutita ſuis.*
*Dispereant tua nunc ſtygiis* Reuchline *ſub undis,*
*Quæ maternus habet verba nefanda liber.*

Hos tractatus tres, ut vocant, *Maximiliano* inſcripſit *Arnoldus de Tungeri*, & in epiſtola ad ipſum cauſſam, cur in Reuchlinum ſcripſiſſet, indicat, nimirum quod *Speculum Oculare* Judaici favoris plenum ejusque lectione plurimi ſcandaliſari viderentur, eò quod vernacula lingua impreſſum paſſim ab omnibus legeretur; eousque, ut etiam Judæi ipſi gloriarentur, ex Chriſtianis hunc eis virum quaſi à Deo ſuſcitatum, qui in nego- (Occaſio & cauſa horum tractatuum.)

tio ſuorum librorum ſe contra perſecutionem à Cæſare motam defenſaret. Hinc zelo fidei permotos Facultatis Theolog. Colonien. Magiſtros ſolicitè curam iniiſſe, quemadmodum libelli auctorem, ſi uſpiam deviaſſet, ad fidei regulam reducerent, atque hoc nomine eum per proprium nuncium pie ac charitativè (liceat enim uti verbis Colonienſium) monuiſſe, quatenus libellum de medio tolleret, prohiberetque, quantum fieri poſſet, ne amplius nulli venderetur. Reuchlinum verò pro ſuo honore tutando magis, quam tollendo ſcandalo ſollicitum id facere minimè voluiſſe, quin potius ſub velamine cujuſdam interpretationis dictorum ſuorum, ſcriptum defendere conatum, illud auribus omnium legendum ingeſſiſſe, additis inſuper minis, ſi quidpiam contra hunc ſuum libellum tentaretur, futurum eſſe, ut milites tam nobiles quam plebeji iſta injuria commoverentur: acceſſuros etiam poſt manum validam Poëtas & Hiſtoricos, qui præceptorem quondam ſuum, ut par eſt, obſervantes & colentes tantam adverſariorum iniquitatem perpetuæ tradituri memoriæ & innocenter paſſum deſcripturi eſſent, cum perpetua Gymnaſii Colonienſis ignominia. His omnibus autem nihil territos Colonienſes Theologos, refellendi onus ſuſcepiſſe, cum ne quiſpiam verborum involucris decipi aut à verò abduci poſſet: tum ut ſcirent Judæi, ſe non tam per Capnionem defenſos

quam

quam adulatorie deceptos eſſe. Hæc omnia ut intelligantur rectius, placet epiſtolas, quas reſpicit Tungarus, integras transſcribere. Prima eſt Ordinis Theologici Colon. ad Capnionem, in hæc verba exarata:

*DECANUS CAETERIQUE PROFESSORES FACULTATIS Theologicæ Generalis ſtudii Colonienſis, Imperialium legum Doctori,* DN. Johanni Reuchlin, *Suevorum confœderationis* Judici, *moranti Stutgardiæ, ſibi venerando atque dilecto.* Facult. Theol. epiſtola ad Joh. Reuchlinum.

*Salutem & Spiritum intelligentiæ ſanum.*

*Fuit nobis, Spectabilis ac egregie Vir, poſt proximas nundinas Francofordenſes oblatus quidam libellus tuus, ſub titulo* Speculi Ocularis, *tuo nomine inſcriptus, quem dum nonnullis ex noſtris reviſendum examinandumque tradidiſſemus, comperimus in eo, quod neque ex te, neque ex quoquam conchriſtiano noſtro ſperabamus, Te ſcilicet in eo libello in modum* Conſultationis *omnibus tuis viribus annixum, ut Reverendiſſ. in* CHRISTO *Patri & Principi Electori, Dn. noſtro gratioſo,* Vrieli Archipræſuli Moguntino, *ac per illum* Sereniſſ. Imperat. Majeſtati *perſuaderes ſuper negotio librorum* Judaicorum, *quatenus idem negotium laudabiliter per eandem* Cæſar. Majeſt. *cœptum, interverteres. Quod ut commodius (ut tibi forte viſum fuit) faceres, multa ad rem impertinentia, latiſſime porrecto calamo, quaſi quicquid tibi in via, qua ibas hic illicque, occurrere poterat, decerpere voluiſſes, in unum coëgiſti. Quo factum eſt, ut feſtinus ad terminum, quo properabas, non ſatis probaveris, an roſas forte, an malè*

*olentes flores inconcinnè in ſertum componeres, &
hoc non ſolum nimiæ fautoriæ Judaicæ perfidiæ
improvidus apud Chriſtianos lectores incurriſti
& Judæis ipſis crucis & ſanguinis, quo nos loti
dempti ſumus, inimicis (qui uti nobis relatum eſt)
tuum Tractatum, vernacula noſtra lingua editum
impreſſum, legunt & circumferunt, occaſionem
ſtitiſti, quo amplius nos irrideant, quando inter Ch
ſtianos & quidem inter eos qui docti reputantur
unicum invenerint, qui ſuam cauſam agat, tuea
defendat, quaſi nec Chriſtum, neque Virginem
trem, neque Apoſtolos, neque fidem noſtram inte
tam blasphement aut vituperent. Sed quæ
faciunt, aut majores eorum ſcripſerunt, in ſui
ſionem & nulli in præjudicium aut vituperium
rint. Et quia, ut illud Imperatoriæ Majeſtati
cienter perſuadere poſſes, varias & quidem in
rationes adduxiſti, autoritates quoque diverſa
pturæ Sacræ, & utriusque Juris renitentes ad
quem tu volebas, contorſiſti, nonnullas etiam
nes ſcandaloſas, male ſonantes, & piarum auri
fenſivas hinc inde interſeruiſti, quo ſuſpectum
didiſti, quaſi non caſte, pure ac ſinceriter, ut opor
fide, de Scripturis Sacris, de Eccleſiaſticis tractatu
ſentias, Quod nobis vehementer, & plus quam
poteſt, dolet, utputa conmembro noſtro infirman
Chriſtiana pietate condolentibus. Nam teſte Apo*
Omnes unum corpus ſumus, quotquot
Chriſto baptiſati ſumus. *Ne ergo malum
in alios latius ſerperet, neque tu in eo computreſ
neve perfidi Judæi in immenſum gloriarentur, ma
deliberavimus de modo quo per nos & alios, qu
id maxime intereſt, huic malo occurreretur. Ve
paucis exactis diebus Venerandi Magiſtri Noſtri,*

no

noldus de Tungari, *nec non Frater* Conradus de Ulma, *Sacrarum Literarum Profeſſores eximii, nobis quaſdam literas ex te ad ſe datas oſtenderunt, quibus revera non parum fuimus exhilarati, quod illis infirmitatem tuam & improvidum errorem humiliter & catholice fatebaris, rogando eosdem, quatenus te noſtro Collegio commendarent: ac ſingula in partem meliorem interpretarentur: quod & ipſi diligenter cum magna charitate, quemadmodum petiſti, facere curaverunt, effeceruntque,* ut te catholicum Eccleſiæ verum & obedientem filium reputamus *& reputabimus, ſi quod vulgo incaute ſparſiſti, recolligere ſtudeas, & lapides tollas, quibus alii in via Dei ſunt offenſi, ſicut in* Hieremia *ſcriptum eſt:* Tollite de via lapides. *Verum, quia te ſcripſiſti non meminiſſe, ubinam ſpeciatim ſcandali occaſionem præſtitiſſes, aut Scripturas expoſuiſſes aliter quam patiatur intellectus Eccleſiæ, iccirco literis his noſtris illorum indicem implicatum transmittimus, in quo annotatæ habentur propoſitiones & allegationes ſparſim per te ex Scriptura Sacra & ex utroque jure impertinenter allatæ. Super quibus (uti nobis viſum eſt) in defenſione tua Latine edita ac conſultationi juncta* NON SATIS *pro fidei tuæ ſinceritate expurgaſti. Quare petimus, ut per tua ſcripta mentem tuam latius develando nos informes, aut exemplo humilis & ſapientis* Auguſtini *palinodiam cantando retractes. Hæc enim eſt ingenua & vere Chriſtiana cum charitate ſeveritas, corrigere atque emendare aut etiam deſtruere opus, quod improvida & male circumſpecta feſtinantia ſtruxit. Nam ſic (ut verbis tuis utamur) integritatem in te ſuam fides incontaminata cuſtodiet, illuminante te Chriſto, qui ad ædificationem aliorum*

te ſa-

*te ſanum & incolumem ſervet. Vale.* Ex Colon.
*noſtri Decanatus ſub ſigillo, die ſecunda* Menſis
*nuarii, Anno Domini, M. D. XII.*

His in literis quoniam mentio fit epi-
larum Reuchlini ad *Arnoldum de Tungari*,
*Conradum Kollinum* datarum, viſum fuit,
hoc loco inſerere, ut rerum ſeries rectè
conſtet.

**Joannes Reuchlin Phorcenſ. LL. Doctor, egre-**
*S. Theologiæ Doctori de Tungaris.*

S. P. D.

*Egregia tua virtus & ſapientia, excellentiſſ-*
*Doctor! quâ in tam illuſtri omnium bonarum*
*ctrinarum Vniverſitate ut Sol aſtris ſic tu o-*
*quibusque præſtas, id merito tuo fecit, quod nu-*
*fenſionis meæ contra libellum quendam famoſum*
*verſus me turpiter edito Cenſor, ut audio, à Re-*
*rendo Clariſſimorum Theologorum Collegio ſis da-*
*quo plane gaudeo, te mihi talem tantumque con-*
*ſe, qui poſſis compati humanis infirmitatibus,*
*rum tam doctum, tam peritum, & forte in vita*
*tis quoque periculis tentatum. Vbi pro tua ex-*
*ranti perſpicacia, videbis me non meâ temeritat-*
*la, in hanc Charybdim, in hæc mala fortunæ in-*
*ora, in hos Scyllæos ſcopulos impegiſſe, ſed mandato*
*peratoris & Archiepiſcopi præceptis paruiſſem, ut*
*re quid de cremandis Judæorum libris ſentirem,*
*gnato fideliterque transmiſſo conſilio cum nemine*
*municato patefacerem. Nam Excellentiæ Tuæ, D-*
*eximie, ita me Deus adjuvet, recte juravero,*
*tum, cum eſſem in dictando, nullius Vniverſitatis*
*niſſe in mentem, nullum me cogitaſſe hominum,*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

lum conſiliorum collegam quamvis in commiſſione nominatim alios quoque deprehenderim, quibus par negotium fuit imperatum: atqui feſtinatione laboris imprudens ego non quid alii dictaturi eſſent, ſed tantum quid ipſe afferrem in medium, conſideravi. Quare per Deum immortalem nullius hominis docti contemptu ea ſcripſi, tantumque abeſt, ut elatione, faſtu, livore, aut erga quosvis literatos tumore animi in his ſcriptis uſus ſum, ut etiam nemo de me veraciter referre queat, me quibus vixi ſex & quinquaginta annis & ſupra, ullo unquam tempore ſcientiarum peritos neglexiſſe. Sed omni ego diſciplinæ honorem ſemper detuli, maxime autem ſacratiſſimæ Theologiæ, ita ut noviſſimè in illius profectum, utilitatem atque laudem Hebræorum linguam in Latinas regulas, opus antea in auditum, redegerim, ejusque Dictionarium conſtruxerim, labore meo pleniſſimum, cum magno rei meæ familiaris impendio & jactura; tantum me movit ſacrarum literarum inſignis excellentia, & ejusdem diſcipulorum honor & decus. Id ſcribo, ut nemo me arbitretur illuſtre illud & ſplendidiſſimum Gymnaſium veſtrum contempſiſſe, qui adhuc neſciam, quale vos conſilium dederitis. Potuit autem fieri, ut cum de cremandis Judæorum libris nullam legem, nullum Canonem, nullum decretum publicum, nullam univerſalis Eccleſiæ determinationem particulari modo ſpecificè latam, vidiſſem, tum ego ipſe rem omnem tamquam dubitabilem tractare topico Rhetorum more ad perſuadendum apto inſtituiſſem, ubi omnis animi motus pro argumento fuit, ſive cauſaret quantamlibet ſuſpicionem, ſeu vehementem violentamve præſumptionem, aut certe neceſſariam probationem, ut in deliberativo dicendi genere conſuevit. In ipſis autem argumentis fortaſſe digreſſus ſum paulò amplius

*quam oportere quibusdam videatar.* Et ut me
*grinorum iſtac tranſeuntium cohors certiorem*
*ego multis in civitate veſtra calumniis* inſim
*quas* Pepericornus & Peperiphron mihi
*meis commeritis præcedentibus, circumquaque*
*tantes ſtruunt. Accedit ad hoc, quod* Spectat
*quidam Theologiæ Candidati fortaſſis ægre* fere
*ſent, me, qui ſacrarum literarum diſcipulus* num
*fuerim, hominem ſcilicet ejus ſcientiæ ignarum*,
*ritates inſeruiſſe divinas, & ſanctorum* Patrum
*monia à me non bene, ut ajunt, neglecta.* Egreg
*Excellentiſſime Doctor, & obſervandiſſime* Dom
*adducta cernes per me Theologica, ſicut* ruſticu
*ſacerdos in ſermonibus Medicinam allegare* poſſe
*teor, in ſcholis Theologiam nunquam didici*, ſed
*les leges; quare datur veſtram diſputandi* ratio
*ignorare. Eſt autem nihilominus pura* conſc
*quod voluntas mea non avertatur â Chriſto*,
*Caput eccleſiæ. Quicquid igitur ſancta* Eccl
*eſt columna & firmamentum veritatis, credit*,
*litercunq; credit, idem ego & taliter credo.* Et ſic
*exponit Sacram Scripturam, ita ego exponendam*
*& confiteor. Et ſi ullo tempore aliter* expoſuiſſem
*patiatur intellectus Eccleſiæ, quod tamen* me feciſ
*memini; ego pro nunc ſicut pro tunc & tunc* ſicut
*nunc illud corrigere ac emendare paratus ſum*, &
*re omninò determinationi Eccleſiæ, ut integritat*
*me fides incontaminata cuſtodiat.* Oro igitur
*ſtantiſſime Doctor! ut ſi quenquam ſcriptis* meis
*ſe tibi videar, ſi mea facilitas ullum hominem*
*offenderit, facias me per humaniſſimæ benignitat*
*indulgentiſſimas literas certiorem: habendo* in
*patientiam & omnia reddam tibi.* Jubeas velim
*monitus recondam gladium, cantet mihi gallus*

*bo, prius tones, antequam fulmines. Sic enim natura conſtituit ut ignis præmoneat crepitu antequam exurat ruina fragore, antequam ſupprimat terra, motu, antequam abſorbeat, ut talibus minis, omnia ſibi animantia poſſint à damno cavere. Valeas opto feliciter, perquam colendiſſime Doctor, & magnificæ facultati theologicæ me, quanta potes, diligentia, obſecro, commendes, omnia mea in meliorem partem & benigniorem interpretando. Datum peregrè, cum fortuna tabellarius quidam accinctus itineri obtigiſſet. Vale. Cal. Novemb. M. D. XI.*

In eandem quoque ſententiam *Kollino* ſcripſit, unde ſupervacaneum eſſe puto, integram referre epiſtolam. Ejus pars ſupra jam relata eſt, cum de origine hujus certaminis ageremus. Nunc igitur ſummam tantum reliquorum exponam. Poſteaquam ab amoris mutui familiaritatisque dudum cum *Kollino* contractæ ſignificatione benevolentiã captavit, atque inde optima quæque ſibi pollicitus eſt, narrat, quomodo non temere ſed neceſſitate ductus conſilium ſuum de cremandis Judæorum libris Imperatori, id mandanti & requirenti, aperuerit, ita, ut, cum nullam legem, nullum Canonem, nullum decretum, nullam determinationem univerſalis Eccleſiæ vidiſſet, quæ juberet Judaicos codices flammis ſubjicere, propenſior in partem benigniorem putaverit eos conſervari debere, imitatus Chriſti ſententiam: *nemo te condemnavit, nec ego te condemnabo.* Et tamen nihil

Summa Literarum Reuchlini ad Kollinum.

nihilominus deteſtatus apertè ea ſit, rep baverit, abjecerit, & condemnaverit, in q bus continerentur injuriæ, blasphemiæ, irreverentiam Chriſtianarum conſtitution fictæ contra nos hæreſes, ſimiliter & re batæ lectionis monſtra, naturæ inimica. bus præſuppoſitis tanquam manifeſtis, verterit ad alia librorum Hebraicorum nera, ac nominatim de *Talmude* dixerit, in quibusdam ejus locis blasphemias & reſes contineri, vanitates item & errores mentem ſuam palam & expreſſis verbis illo h. m. declaraverit, quod nolit eum mittere, ubi eſt reprobandus, neque ta propter vanitates & ſtultitias comburend eſſe ſuadeat.

Kollini ad Reuchlinum epiſtola.

Hoc fere eſt literarum *Reuchlini* ad *num* datarum, argumentum, ipſiusme bis expreſſum. Nunc *Kollini* ad Re num epiſtolam, utpote curatoris facu Theol. Colon. literarum, paulo ante ad ctarum, ſubjiciam, una cum aliis, præſen controverſiam illuſtrantibus.

*Clariſſime DN. Doctor! mittit facultas n Theologica Colonienſis, quæ emendandæ videntur positiones, quas tractatus veſter continet: opta ut ſuper emendatione ejuſmodi Propoſitionum qu cyus mentem veſtram eidem ſignificetis. Argu namque negligentiæ, quia non agit, ut quæ plu ſcandalo ſunt, emendentur &c. Clariſſime Domine ctor, non dubito, Dominatio veſtra confidat in me amicum, & profectò amici munus effeciſſe & facere*

*arbitror, & ut amicus conſulo fideliter. Res in eo ſtatu eſt. Effeceram ego, ut facultas dictæ vobis pariter cum propoſitionibus ſcriberet earum defectum, qualiter etiam emendandæ eſſent; ſupervenerunt hinc inde ſcripta, quæ tractatum illum graviter accuſant, ſimul & facultatem ipſam, quia non celerius contra Dominationem veſtram procedat, atque librum ipſum condemnet. Quibus permota facultas ipſa conſultius fore judicavit, ſi propoſitiones ipſæ primò Dominationi Veſtræ exhibeantur. Poſſetis namque (ut ajunt) velle protervire atque contumaciter quæ ſcripſiſtis defenſare. Quo fieret, ut aliter procedere oporteret. Vt ergò facultas ipſa non videatur partialis, atque vobis colludere, voluit primò exhibere propoſitiones, ſperans ad meam ſponſionem, quæ, ut virum bonum decet non recuſabitis vos, immò magis Propoſitiones & dicta ſubmittere correctioni facultatis, quæ ex poſt Dominationem Veſtram plenè informabit, in quo dicta aliqua deficiant. Informationem quoque dabit ſalvo honore ea emendandi. Non eſt facultas ad confuſionem Dominationis Veſtræ, ſed ad ſalvandum honorem prona, cum tot per me percipiant egregias Dominationis Veſtræ laudes. Dominatio Veſtra in hoc, oro, ſuppliciter roganti acquieſcat, humiliter facultati cum præſentium latore reſcribat, atque ei dicta ſubmittat. Neque indignum arbitretur facere, quod Sanctiſſimi atque Eccleſiæ luminaria facere non dedignati ſunt. NON MIRVM SI JVRISTA THEOLOGICAS NON ATTIGERIT SVBTILITATES. Parcat iterum confidentius ſcribenti dominus meus. Videbitis multa minus benè ſonare. Quæ forſan Juriſtæ*

 *valdè*

*valdè bona videntur. Sunt religioſi & ſeculares, omnes expectant ſententiam noſtræ facultatis, quantum ego advertere poſſum, omnes parati ſunt verſus vos inſurgere. Si autem per Judicium fa- tatis noſtræ abſoluti fueritis, nemo erit qui condem- bit. Dat. Coloniæ in octava Innocentum. A M. D. XII.*

Reuchlini reſponſ. ad Facultatem Theol. Colon.

Ad has Kollini & Theolog. Facult. Colon. literas reſpondit Noſter, & h- quidem primo loco, in hunc modum:

*Ad circiter XVII. Kalend. Februarias, Col- ſimi Patres, eximii ſacrarum literarum Do- reddita iſt mihi epiſtola quædam veſtra, omni p- optimarum virtutum inſignita, ut quæ à recte v- di ſentiendique officina proceſſerit, data II. Jan- die. In qua & pietatem in Deum & charitatem ga proximum veſtram illam peculiarem ſolici- oſtenditis, & eum qui miſere in latrones jam incideret, ab eisdemque diſpoliatum, vino p- acri atque mordace, deinde oleo Palladis fru- re pro incredibili humanitate veſtra officioſi c- ni. Det Opt. Max. ille Deus noſter pro fidei- xæ zelo veſtro, quo fideles ejus diſpenſatores, tal- vobis creditum cum fœnore ſatagitis reddere, ſi- pro effluente in me charitate veſtra, qua me à de- infamia, contemptu, & deſpectione præſervare, ſtodire, vendicare clementer ſtudetis, & vo- Collegio & illuſtri Vniverſitati veſtræ divinam dictionem ex Sion, ut videatis bona Jeruſalem, quem & pax nobis. Cum enim plurimi, quo- voluntate conſcientiaque nunquam læſerim, im- & acerbiſſima invidia livoreque in meam per- propenſi, ut accipio, quotidie vos effreni tumultu*

*riantur, petentes, immo urgentes, ut me, qui Theologicum Synthema Siboleth eadem literatura quæ illis placeat exprimere non valeo, in ipſo Jordanis tranſitu juguletis. Vos viri, vos inquam, viri prudentiſſimi, & animo non effeminato fortiſſimi, nullis adverſariorum meorum factionibus fracti, ſed ut flores inter multas ſpinas atque ſentes orti, honeſtiores & ſapientiores cæteris, non facile conſervum veſtrum mittitis in carcerem, ſperantes, quoniam dominus eximat vos pariter à tortoribus, ab omnique debito liberet, eo quod conſervum veſtrum ſitis commiſerati. Iccirco imitamini Dominum noſtrum, qui omnia ſciens & omnia prævidens dixit: Adam ubi es? Cupitisque primum experiri ſimne deſertor, an amator veritatis Catholicæ. Quare propoſitiones quasdam ex meo Conſilio de cremandis Judæorum libris dato, quæ vobis frivolæ, ſcandaloſæ, & minus bene ſonantes videantur, excepiſtis, earumque exemplum ad me veſtris cum literis transmiſiſtis, deſiderantes, ut poſt declarationes prius à me ſimul cum Conſilio meo editas, latius mentem meam revelando Veſtras Dominationes informem, quia non ſatis pro fidei meæ ſinceritate, ſecundum quod vobis viſum ſit, me expurgaverim. Vbi profecto latere non poteſt, ſed ſe ipſam plane oſtendit ingens virtus humilitatis veſtræ, qui ut unanimes idem ipſum ſentiamus, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, in vera quidem humilitate à me poſcitis ulteriorem informationem. Ego vero agnoſcens ingenii mei tenuitatem, quod ſentio quam ſit exiguum, explicare THEOLOGICAS SVBTIILITATES mihi tanquam Laico, & quidem Digamo, temere non arrogavero, cui explicationes fidei & ſingulares ejus deciſiones recte licebit ſine culpa ignorare. Defero autem omnem hujuſcemodi honorem excellentiſſimæ Facultati veſtræ, paratus nunc & ſemper ubicunque erraverim*

verim, benigne potius corrigi in miſericórdia à ... quam ut caput meum impinguet oleum pecca... Quod ex eo maxime patere poteſt, quia cum jam ... bello Johannis Pfefferkorn intellexeram quoſdam ... ſillos forſan & minus perfectos ſcandalum potui... ti, occaſione Conſilii mei antea per renunciatio... blicati, tum mox ipſe ego, à nemine adhortatu... actus, aut requiſitus, mentem meam declaravi ... paratus tunc eaſdē declarationes in lingua ver... & vulgari edere, niſi brevitate temporis & im... impedimento fuiſſem retardatus, ad quod etiam ... paratus exiſto; inde ſperans probabiliter, quod ... erigerentur, ſi qui forte cecidiſſent, nec de cætero ... paterentur, qui ſtarent. Quia vero uberiorem ... rationem deſideratis, facile intelligo, me prop... finem non eſſe conſequutum. Vt igitur peti... ſtræ pro mea virili ſatisfaciam, & circuitus ... inanes, & itineris longi varia caveantur di... ſimulque inutiles expenſæ ac ſupervacui labo... & inde tollantur, veſtrum omni laude dign... & ornatiſſimum Collegium oro obſecroque, & ... verſis vobis quam humilime ita peto, ut majo... majore ſtudio, nullo modo poſſim, ut vos ipſi ... dare quas deſideratis ſive novas, ſeu veterum ... ſivas declarationes (dum quid cui SATIS ſit ... eaſdemque cum proprio nuncio etiam meis expen... hi transmittere pro fraterna charitate dignem... illis viſis ſollicite cogitemus in alterutrum ſerva... ratem ſpiritus in vinculo pacis, quatenus idem ... mus, & in eadem permaneamus regula, ad re... tionem offenſorum, & famæ meæ permanentia... devotionis veſtræ præconium. Sin autem rigor... dam, ne dixerim ſævitia, iſtis meis precibus tam ... milibus acquieſcere nolueritis: ſed potius me ... ego ipſe mentis meæ uberiores declarationes pro...

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

*ram, quod tamen formidare me non ſinit incredibilis erga veſtras humaniſſimas diſcretiones fiducia mea, ſaltem de eo ipſo quoque per literas veſtras iterum meis expenſis me certiorem facere, reſponſumque meum clementer expectare ſine præcipitatione non dedignemini. Nec interea quicquam adverſus me attentare, per ſa- ſalutem Evangelicam vos obteſtor; ne mihi bonæ famæ futuri ſitis interemptores, quos colo & obſervo pientiſſimos honoris mei parentes & autores. Valete feliciter, viri excellentiſſimi!* Stutgardiæ VI. Kalend. Februarias. Anno M. D. XII.

Conrado Kollino autem ſic reſcripſit Noſter: Reſp. ad Kollin.

*Pergratæ fuerunt, egregie & mihi dilectiſſime Doctor! literæ tuæ; quarum initio annum felicem mihi optas, ſed ſine pace, ut ſequentia indicabant. Oro autem quamprimum ne moleſte feras, quod ad te hominem latinum, latino more per numerum ſingularem ſcribo, & non, ut tu viciſſim ad me, plurative. Jam enim illud tuum totum ferme deſiit & abolevit in Romana lingua, & nunc quotus quisque majores noſtros imitamur. Secus eſt ſi vernacula ſcribamus. Quare deprecor tuam ſcribendi conſuetudinem, ut poſt hac quam humaniſſime ſingulari me numero appelles, cum aliquid ad me literarum dabis. Cæterum de firmiſſima erga me amicitia tua, & perſpecta fidequam in tribulatione mea revera perquam humaniter oſtendis, nunc ago tibi quantum valeo, at poſtea in calce negotii referam, gratas gratias, & ut ſpero vobis non injucundas. Conſilium quoque tuum, prudentiæ & charitatis plenum, quod mihi præſtas, & laudo & vehementer probo. Non enim is ſum qui vellem contumaciter protervire, (ut ſcribis) ut*

*reſiſtere veritati præſertim in rebus* Eccleſiaſti
*animæ vertitur periculum. Nam extra* Eccleſia
*ſperanda eſt ſalus. Quapropter abſit à* me, ut
*cleſia in ullo vel atomo quidem recedam.* S
*adjuvante permanebo in unitate fidei* Catholi
*ſpiritus hos regit artus. Quanquam in* mult
*dimus omnes, S. Jacobo teſte, ſi enim quis in* v
*offenderit, hic perfectus eſt vir. Quare* nol
*jactare tantam ſanctitatem, ut vel verbo* nem
*fenderim, neque gloriabor de tanta in* me ſ
*ut velim incautas offenſiones pertinaciter* d
*Nam ſi Salomon ille Rex ſolam poſtulans* ſap
*jamque conſecutus à Dn. Deo tam* ſapienti
*prudentiam multam, nimis quæ* præcelleba
*tiam omnium orientalium, de ſeipſo* quidem
*que animo mentiendi teſtificatus eſt, & dixit*
*mus ſum virorum, & ſapientia hominum* n
*cum: Quanto magis ego profanus homuncio*
*mihi arrogare tantam prudentiam, ut præſum*
*collegiũ Doctiſſimorum Theologorum recalcitr*
*ſimũ in iis quæ ſunt Theologicæ ſubtilitatis, &*
*limites facultatis meæ. Idcirco in manſuetudi*
*verbum, quod ad me nuper ſcripſerunt* Reve
*tres mei, contubernales tui, ſuſpicantes me* om
*ribus adnixum, quatenus negotium librorum*
*rum laudabiliter per Cæſaream Majeſtatem* co
*terverterem. Ego vero nec ex literis* imperi
*que Archiepiſcopi conjicere valui, quid* fina
*captum fuerit & conſtitutum, nec hodie* ſcio.
*captum fuit, ut omnes Hebræorum libri* crem
*præter Bibliam, certum eſt quod fuit* injuſtum
*veſtris conſiliis, & aliarum Univerſitatum*
*mecum habeo. Sin autem, quod omnes* illæſi m

*ſimiliter certum eſt, quod fuit injuſtum. Quomodo ergo intervertere conabar cœptum negotium, quod ignorabam qualiter cœptum, cum ex ſola veritatis ſimplicitate nihil ſiniſtri cogitans ad ignem judicaveram quatuor genera librorum. Primo Blasphemiæ, ſecundo Hæreſis, tertio famoſæ, quarto reprobatæ lectionis. De reliquis neque canones habui neque leges. Sed quod me inſimulant fautoriæ Judaicæ perfidiæ notam incurriſſe, non aſſentior, & vere cum Sancto Hieronymo in Apologia ſuper ſchedulis ad Pammachium & Oceanum aſſerere poſſem, teſtando Deum & dicere: Si expedit odiſſe homines, & gentes aliquas deteſtari, miro odio averſor circumciſionem, & objiciat mihi quispiam, cur hominem Judæum habuerim Præceptorem. Hæc ille. Nullius autem nationis quæ ſub cœlo eſt perfidiam me fovere, teſtis eſt vita mea quam duco irreprehenſibilem. Quod autem vernacula lingua ſcripſi, ſane oportuit quidem. Nam & Cæſar & Archiepiſcopus quibus ſolis ſcripſi, vernacula mecum egerunt, ut in commiſſione, mandato & præcepto videre licebit. Quod item ad ſcandalum attinet, non ego ſcandali (ſi quod eſſet) autor fui, ſed proditores. Accepi namque clauſum mandatum, & reddidi clauſum conſilium, quod injuſte proditores publicarunt, impreſſis etiam primitus libellis. Qua in cauſa obſecro te ut legas ſimile S. Hieronymo contigiſſe à proditoribus, in libro de optimo genere interpretandi, paulo poſt principium, ubi inter alia ſic ſcribit, Quid apud homines tutum erit? & infra: Quam diu non profero cogitata, maledicta non crimina ſunt, imò ne delicta quidem, quæ aures publicæ neſciant. Hæc ille. Sed renunciatores conſiliorum Principis in Jure civili ſuſpenduntur furca, quod utinam faxit Deus & faxint homines. Cum itaque ex contumelioſo libello*

Joannis Pfefferkorn animadverterem de qui ſcriptis meis puſillos & infirmos forte ſcandaliz ſe, quoniam non ſolum difficile ſed pene impoſſi ita librare & examinare verba ſingula, quæ p ponit, ut nulla eſſe in ſenſu ſermonis ambigua erronea inde opinio elici non poſſit. Tum le gique ſcripta mea, & à nemine coactus, ſed v rie & libenter nodos enodavi, delaravique m nem meam, cui verba deſervire debent, mod re quo potui, licet admodum brevi, idque n eloquio, propter anguſtiam temporis. Jam enim bant nundinæ Francofurtenſes, in quibus me priores nundinas purgatum oportuit, ut claru belli mei folio quinto continetur, paratus enim in vernacula quoque lingua ea edere, ſi n preſſor tunc brevitate temporis coarctatus fuiſ quam quidem declarationem meam ſatisfe etiam doctiſſimis Viris, & illuſtravi fermè om poſitiones, vel majorem partem earum, q præſtantiſſimi & graviſſimi Patres facultatis t transmiſerunt, ſcribentes, quod eis ipſis vide non SATIS pro fidei meæ ſinceritate ſuper ill gaſſe. At ego quid SATIS ſit eis futurum (ita m amet) ignoro. Poteſt una eademque res al eſſe, alteri minime. Satietas in ſolo ſaciand conſiſtit, pro modo recipientis, non rei recepti vero Doctor egregie, mihi crede & memori da, me tibi id affirmaſſe, pro eo deſider eſt mihi ad illum clariſſimorum & doctiſſ Virorum cœtum, velle me, relictis omnibus u cupienter eſſe in bona amicitia facultatis tuæ c verſis vobis ſatisfacere in via veritatis, tamen dedecore meo, & ſine ulla infamia levitatisqu tantummodo ut ſciam qualiter, & qua via ut conſequar, plane veſtro ingenio erit opus, n

Quomodo enim ego tanquam laicus digamus, nullo gaudens clericatus titulo vel privilegio, poſſem digne quæ ſunt fidei ad unguem explicare prima fronte, qui ſolum ad implicitam obligatus ſum fidei confeſſionem, ſecundum quam credit Eccleſia, ut in jure canonico legitur. Veſtra vero tum dignitas, tum profeſſio in altiore gradu conſtituta eſt. Vos presbyteri duplici honore digni eſtis, qui laboratis in verbo & doctrina, ut vos ipſos ſalvos faciatis, & eos qui vos audiunt. Si me putatis adhuc aliquo delicto præoccupatum eſſe, vos qui ſpirituales eſtis, ut ad Galatas ſcribit Apoſtolus, inſtruite me in ſpiritu manſuetudinis & lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Quæ verba multum ponderanda ſunt, ſicut omnia Pauli. Te igitur iterum atque iterum oro, obteſtorque, pro vetere noſtra conjunctione ac neceſſitudine, proque ſumma mea in te benevolentia & tua in me pariter, ut pro me apud præclariſſimum & primarium Doctorem Jacobum Decanum, cæterosque excellentiſſimos ampliſſimæ laudis Doctores, Theologiæque Magiſtros, inſtare velis opportune, quatenus de ſingulari quadam humanitate & in favorem Evangelicæ Charitatis, ad quam tenemur omnes, dignentur ſuas informationes mittere meis expenſis, ſicut & iſtas quoque expenſas, etiam non petitas, veſtro nuntio liberaliter perſolvi: Quibus informationibus contineatur, qualiter cũ honore meo & bona fama, citra cujuscunque hominis deſpectum, aut injuriam, fideliter & dilucide, puram, & meram veritatem Eccleſiæ Catholicæ Decretis atque canonibus fundatam, explicare & contraria emendare valeam. Sic ſpero viſis informationibus veſtris facile concordari. Tunc enim mea ſponte ac ultroneo ſtudio, nullius ho-

minis

*minit mandato juſſu aut præcepto, ſed ex ſola di*
*Dei & proximi ac unius veritatis amore, nem*
*ſed ego ipſe tollam de via lapides, ſi qui fueri*
*ſionis petras & ſcandali, ita ut vobis ſola*
*ſit lapis quem reprobaverunt, & petra quæ est*
*ſtus, ipſe eſt pax noſtra, qui facit utraque unu*
*le nos cuſtodiat, opto, in vitam æternam, Amen*
*le, & hanc epiſtolam cum egregio DN. Jacob*
*mioque DN.* Arnoldo, *cæteriſque tuis comm*
*to. Datum ut ſupra.*

Colonienſium reſp. ad Reuchlin.

Sequuntur nunc literæ Colonie
Theologorum quibus Reuchlino reſp
runt ad memoratam paulò ante epiſto

*Accepimus literas tuas, Spectabilis ac egregi*
*quibus probe intelligimus te ab unitate S. Ma*
*cleſiæ non velle ullo pacto recedere, ſed in ea &*
*& moriens permanere, quod nobis ſicut à*
*Chriſtiano fratre, ita & nunc præcipuè ex te*
*mum eſt audire. Verum quia noſtro voto*
*eſt ſatis factum, ut ſcandalum amoveretur*
*ferrum maneret in vulnere, hortamur te &*
*mus in Chriſto Jeſu & requirimus, ut cures*
*ad proximas nundinas Francofordienſes libel*
*tui adhuc extant, & apud Bibliopolas ven*
*bentur, aut denuò impreſſi advectari poſſent, n*
*plius vendantur & aliquo dictamine tuo prio*
*ces, ores quoque cunctos qui habent, ne ſcandal*
*te alium exiſtiment quam catholicè & rectè de*
*eccleſiaſticis ſcriptoribus ſentientem, ac Judæis*
*que perfidis & blaſphemis libris, & nominatim*
*mud adverſantem. Scis enim ſcriptum eſſe:*
*mini per quem ſcandalum venit. Scis*
*quam pœnam veritas injunxerit illi qui ſaltem*
*de puſillis ſuis, quos ſanguine coëmit, ſcanda*

*rit. Sic ergo religioſe magnum Auguſtinum cæteroſque præclaros viros imitatus fac. Ne ſi fortè quæ monemus non fierent, quod tamen de te ſuſpicari nobis tuæ ad nos literæ datæ non ſinunt, opus ſit, ut per illum vel illos, ad quem, vel quos id ſpectare videtur, te faciamus ad nos vocari. Nec hoc iniquo nos putabis animo facere; ſed integra ad te charitate, quatenus non per aliũ quempiam, ſed per teipſum res chriſtiano moderamine corrigatur. Quia ſcribendarum reſcribendarum literarum tardus forte, aut nullus eſſet finis. Et noſti in his rebus non tantum nobis quantum Chriſto & Eccleſiæ moram pernicioſam eſſe & damnoſam. Et mox ſcandalum velut gladium quo incauti necantur, eſſe ſubmovendum. Chriſtiano etiam cuilibet, teſte Apoſtolo, non ſolum â malo, ſed & ab omni ſpecie mali abſtinendum. Neque id tibi grave aut difficile exiſtimes, quia nullo unquam ſacrificio Deum ſummum gratius placaueris, quam ſi id te, quod hortamur, facere non pudebit, prudens namque es & facilè conjicere poteris, ſi tu non feceris, & nos quoque poſtquam res nobis ſic innotuit, torperemus, revera etiam poſt mortem tuam non defuturos, qui dum tu neque loqui neque reſpondere illis poſſes, tamen leoni mortuo barbam vellant, & te forte in una tartara delapſum legentes tua ſcripta & dicerent & ſcriberent. Confortare ergò & eſto robuſtus, induere fortitudine tua Sion. Non erit tibi ſi feceris, ignominia ulla, ſed ſumma gloria, poſtquam non alius quiſpiam, ſed tu animi tui victor de teipſo triumphaveris, ac malum dæmonem diminuti honoris aut diſpendii famæ argumenta tuis cogitationibus ingerentem confuſum ac fruſtra conantem longè propuleris. Scriptum nempe eſt, vir ſapiens fortis eſt. Et iterum: Corona dignitatis ſenectus. quæ in viis juſticiæ reperietur. Hanc quia tibi opta-*

*optamus, idcircò hoc ſcribimus. Tuum itaque r... te & Chriſti parvulos amas, agere, ut intelligam... feciſſe, quod etiam & nunc petimus per horum ... rem, per tua ſcripta, an facturus ſis poſſe pr... Vale ex Colonia, Facultatis Theologiæ ſub Sigill... ultima menſis Februarii. Anno Domini M.D....*

Kollini reſponſum.

## Kollinus autem Reuchlino tale reſpon... dedit.

*Egregie Domine Doctor, tuas (ut tibi morigerus ... literas accepi & aliis exhibui. Tuæ fidei ſince... ſcribo, quicquid ſcripſeras, minus ſufficiens pro tu... cuſatione apparebat, cum dicerent, tuum tracta... inexpiabiliter mundum ſcandaliſaſſe. Et poſt ... conſilia ad hoc tendebat intentio, ut Archiepiſcopu... beretur, ut ubique mandarent tuum libellum ... mandum, aut certe quod Inquiſitor te vocaret, ... per objiciendis reſponderes. Nam tua excuſatio ... per præ ſe ferret neſcio quam contumaciam. Et ... alias ſinceritati fidei non ſatisfieret. Ego vero ho... tuo compatiens reſpondi, non me credere ex aliqu... dine vel juris, vel Evangelicæ charitatis fieri d... vel poſſe, ut qui ſe ad votum facultatis Theologi... rata ſua revocaturum polliceretur, cum ea forma ... ſalvo honore plus ſinceritati fidei ſatisfieret, quam ... ſet fieri cum viri confuſione. Summa: In tant... pro tua Dominatione me obtuli, ut Prior noſter Inqui... ſitor diceret, ſe non poſſe amplius à te expetere quam ... promittebam. Vnde ad hoc deventum eſt ad me... fideliſſimam inſtantiam, ut iterum ad te nuncius ... mine facultatis Theologicæ veniat, qui tuæ Domina... tioni inſinuabit mentem Facultatis, quam ex ſcrip... Prioris noſtri accipies. Vt autem omnia, anim... rerum, hominum & adverſariorum pericula eva...*

meque veracem comprobes, qui tuæ ſinceræ fidei, de qua nunquam dubitavi, teſtimonium maximum perhibui. Tuum inquam erit, poſt exemplar propoſitionum, quod cum præſentibus mitto, ocius conficere tractatulum, adhuc in nundinis proximis Francofordienſibus vendendum, quo omnibus ſatisfacias. Et te animamque tuam à perpetuo fœtore liberes, non compulſus, ſed tua ſponte. Facile invenies modum, quo id efficies, utpote repræſentando nunc informatum Theologum, qui prius ut rerum Theologicarum expers, ex tempore ſcripſeris Legiſta. Oro pro tuo honore & mea charitate, ne tibi hanc ſubeundi provinciam difficultas aliqua ſit. Nam niſi nunc parueris, non video quid amplius pro te poſſim. Age igitur, age mi chariſſime Doctor, & aliquot noctes ducito inſomnes, & te atque tuos amicos libera ab omni malo. Facile erit ſequi, quas mitto objurgationes, quibus utique tanquam ſolidis inniti ſecure potes. Quibus cum te conformaveris, nemo adverſum te prævalebit. Et ora clamantium obſtruentur, & honor tuus ſalvus erit. Spero, quia animam & honorem tuum non negliges. Accipe quæ ſcribo ſinceriſſimo animo pie, & crede ei, qui te, non ſeipſum quærit. Oro iterum, ut cum præſentium latore Facultati ſcribas (ut importuni confundantur) quia ad votum ejus libenter & prompte emendare velis. Quo fiet, ut ego vera pollicitus de te videar, & locus CALVMNIÆ tollatur, hoc namque nos commendat & in nullo obeſſe poteſt. Laboravi ſpecialiter pro tui defenſione ſuper iſto articulo, quo tibi impingebatur, quia ſcripſiſſes Chriſtum legitime & juridice à Judæis condemnatum, quem ſenſum tua verba habere non ſinebam. Fac juxta meam in te ſinceritatem, tum facile omnibus etiam nolentibus ſatisfacies. Valde dolerem, ſi tuos quos hactenus glorioſe vixiſti

*xiſti dies cum ingloria componere te contingeret. Con-
fido autem, quia plus facturus ſis, quam ex tediſ...
ri poſſit, & citiſſime calamum arripies, & Chalco-
phum imprimere curabis. Vale, & voto amicitiæ
re, & pace plena frueris. Dat. Coloniæ, Sabbato
Invocavit. Anno M. D. XII.*

Reſp. Reuchlini ad Colon. literas.

Reuchlinus utriſque denuo reſpon...
ac primo quidem Theologiæ Facultati Co-
lonienſi ſequentem in modum:

*Sperabam non intemperanter, Excellentiſſimi Do-
res, tot & tam humilibus meis ſupplicationibus ...
Epiſtolæ meæ ad vos perlatæ inſertis, à veſtra hu-
manitate ſolum, quæ abs quolibet homine ho...
debetur cuicunque, verum etiam fraterna Cha-
tate, quam Majeſtas Evangelica nobis Chriſti...
edicti loco propoſuit, tandem aliquando impe-
potuiſſe, ut ego ille qui declaratione mea doctiſſimo-
ris ſatisfecerim, cæteris plurium etiam univer-
tum, ſaltem vobis quoque ſatiandis jam & ne...
(ut ſcribitis) ſatiatis, qua ſerie, quo modo, qua...
ſcribendum ſit, per vos fierem certior. Si ...
ſet Spiritus Danielis duplex in me, non ego cuilibet
ſomnia & expoſitiones narrem. Sed quia neſcio
malo meo fato id quod à vobis haud inique pet...
conſecutus non ſim; (nam commeritis meis nihil ...
ſtri aſcribendum cenſeo, qui neque de vobis gen...
tim, neque de veſtrum quolibet ſigillatim data ...
ra & ex propoſito male meritus ſum;) ſed ad...
inquam ſucceſſu meo contigit, ut neque Characte-
neque typum tractandi, ab inſigni collegio ...
obtinuerim, experiar nilominus virium mearum ...
becillitatem, & Laicus ſacra librabo, quod bono ...*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

*ſulatis obſecro. Nam ut complaceam venerando cætui veſtro, & exacerbatos, ſi qui ſint, reconciliem, & nutantibus porrigam manum, & gladium non ſinam in vulnere, ſtatui mecum, ad quod antea paratus eram, ut per Epiſtolam vobis patefeci, ex ſola Dei ac proximi dilectione ac bono zelo noſtræ religionis Declarationes etiam in lingua vernacula & vulgari ſermone ad proximas Nundinas Francofurtenſes omnibus exhibere, veteres extendendo, & ubi opus fuerit jungendo novas, quod puſillis præbebit cauſam ſtandi, & inſidioſis atque malevolis auferet calumniandi occaſionem, ne vel mortuo Leoni barbam vellant, vel cum vivo digladientur, in majus vulgi ſcandalum & Evangelicæ pacis læſionem. Quod autem petitis, ut libelli ſi qui mei adhuc extent, aut denuo impreſſi, curem ne vendantur, primum ſcitote, nullos eſſe denuo impreſſos. Deinde meos nunquam fuiſſe ſed impreſſorum, à quibus duodenos ære proprio mercatus ſum, ut amicis donarem. Quapropter hâc in parte mihi non erit poſſibile veſtro voto morem gerere. Itaque dignemini non moleſte ferre, ſi quod omnino excedit facultates meas, vobis præſtem minime, quibus profecto cuperem cuncta gratificari. Feliciter Valete celeberrimi Doctores & Patres mei, quibus vehementer opto & deſiderio deſidero me tandem aliquando in nomine Jeſu Chriſti & in oſculo pacis gratum fore & acceptum. Stutgardiæ V. Id. Martias. A. M. D. XII.*

Ad Kollinum verò has dedit literas.

*Facit ſumma fides, quam tibi habeo amicus amico, ut etiam dehortantibus aliis penes nos, tua tamen conſilia ſequar, & ſic omnia conſtitui mihi agenda, ut tu admones. Tractatulum faciam declarationum* ad Kollinum.

*mea-*

*mearum in lingua germanica, nobis vernacula*
*prioribus tuis literis tibi placere conjicio. Ex*
*vi hactenus informationem Doctorum, consi*
*lium tuorum, licet fruſtra. Et nunc pro tua*
*que voluntate, quanquam tempus admodum*
*eſt, tamen noctes inſomnes ducam, eo quod*
*hi conſumendi neceſſariò jam ſint in Reipub:*
*ſe cularibus, ita ut vix quem præ laboribus*
*Sed tamen propter Chriſtum, ſpretis omnibus*
*operabor. Quod te in tantum, ſicut ſcribis,*
*obtuliſti, ut promiſſionibus de me tuis Inqui*
*quierit, nec ad cremandum libellum aut ad*
*cationem ab aliquo præcipitatum fuerit, cert*
*que parti utiliter geſſiſti negotium. Nam*
*ra, egregie Doctor, anime mi, tuo cordi ex me*
*hoc ſecretum revelo, ita me peritiſſimorum con*
*ſe fundatum, ita validorum ope ſuffultum,*
*adverſariis detrimentum & rerum & famæ*
*ret, quam mihi, ſi quid temerè contra me mol*
*Nec jura pertimeſco, ſed injuriam, ſtante decla*
*mea in latino edita. Quare tam tui illi, qu*
*ipſe meritas tibi gratias agamus rectè licebit,*
*que enim profuiſti. Crede mihi, non ſum de*
*potentiſſimorum auxiliis: ſed tamen pro modeſ*
*turæ meæ, cupio pacem plus quam gentium & na*
*bella vel diffidationes: & malo eſſe in bona ami*
*collegii, hominum eruditiſſimorum, cum quibus*
*hac futura ſit mihi docta & ſuavis converſ*
*amica fraternitas, quam litibus dare operam.*
*le rixa oritur, ſed difficiles habet exitus, hoc non*
*tum ego, ſed etiam vos cogitare debetis. Qu*
*eſſes alter ego, hæc ad te non ſcriberem. Nam*
*motum cieret in militaribus tam nobilibus quam*
*beis? etiam iſtis deloricatis tunicis, & cicatrico*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

*ūtibus, ſi* Demoſthenes *aliquis coram exponeret, ac rhetoricè declamitaret hujus negocii principium, medium & finem, quibus fuerit Chriſtus, quibus fuerit fiſcus: Deinde meam tam ſimplicem innocentiam, qui ſum traditus, ſum venditus, non commonitus, non præviſus, Cujus conſilium principii offerendum, eſt publicatum antequam oblatum. Eum traditorem ſeditioſum, & notoriè infamem calumniatorem, qui cum ſit Judæus baptizatus, & laicus conjugatus, contra me Chriſtianum hominem famoſè prædicavit, coadunata congregatione fidelium Francofordiæ, contemptis Eccleſiæ mandatis & conſtitutionibus cum ſuſpicione reditus ad vomitum, vos nutritis, fovetis & laudatis, qui emunctos & emungendos grandi pecunia Judæos in iſta tam favorabili cauſa ſcriptis notavit. Putasne piarum aurium non fieret offenſivum, quod me in verbulis quibusdam capere conaris, & deteſtanda opera non abomineris? Accederent item poſt manum validam Poëtæ & Hiſtorici, quorum hoc tempore magna copia vivit, qui me præceptorem quondam ſuum, ut par eſt, venerantur, qui tantam iniquitatem adverſariorum perpetuæ traderent memoriæ, & innocenter paſſum me deſcriberent, cum æterna Gymnaſii veſtri ignominia. Lege* Minöem Platonis, *& invenies vera me dicere. Igitur noli eſſe juſtus nimis, ne dum cœlum tuearis, terram amittas.* Thales Mileſius *cœlum aſpexit, & in foveam cecidit. Filii Iſraël Sabbathum DEI cuſtodierunt & bello perierunt. Habet juſtitia gradus ſuos. Hunc verſiculum puer didici:* Glimpſius eſt pluris, quàm tota ſcientia Juris. *Vale fœliciter, ad pacem pronior quam ad ſuperbas contentiones, quarum autores multis ſæpè innocentibus ſunt cædis occaſio. Stutgardiæ V. Id. Martias An. M. D. XII.*

Colo-
nienſes
noſtro
inten-
dunt.

Ex his Epiſtolis ultro citroque miſſis lu-
culenter ſatis conſtat, noſtrum facilem fu-
omnibus Colonienſibus Theologis præbu-
ſe, his verò nulla ratione potuiſſe fieri ſa-
neque *declaratione* Germanicè edita, cuju-
pra facta mentio eſt, neque excuſatione,
que interpretatione verborum comm-
*Non enim ſatis erat dicere*, ut ipſe Reuchlin-
ſua defenſione contra calumniatores (
lonienſes ſcribit, *hoc eſt ſcandaloſum, & hoc*
*rum aurium offenſivum, ergò tolle, aufer, dele*
*ea. Quod enim*, ut inquit Auguſtinus,
*que contra fidem Catholicam, neque contra bon*
*res eſſe, convincitur, indifferenter eſt haben*
*Debebant itaque* propoſitiones *per eos quomod*
*que excerptas ſaltem inter nos prius fraternè co*
*cere, ore vel ſcripto, quod contrarium determin*
*vel conſuevisſet Eccleſia, vel quod ſanctarum*
*pturarum autoritas contradiceret, vel quod*
*rum conciliorum ſtatuta repugnarent; tunc enim*
*ulla dubitatione, ut idem ſcribit* Auguſtinus,
*ſcripta fuiſſent, exiſtimarentur reſecanda. Qu*
*tem cum non fecerint, nonnè clarius ſole vide*
*ſari; quod contra Evangelicam dilectionem iſti*
*dotes & devotionarii optaverint & voluerint*
*nam meam potius, quam ſtabilitatem, & per*
*plus, quam ſalutem, & ignominiam magis,*
*nomen bonum, imò turpiſſimum interitum p*
*laudabili. Ad illud autem quid denique p*
*me fieri commodius ad humanitatem, ad pie*
*ad fidem? quid ad vota obtemperantius? qu*
*corrigendum humilius? ſi quid corrigendum*
*quàm teſ; ab adverſariis petere, ut ipſimet*

*hi formam præſcriberent, per quam ſicut deſiderabant, vel latiore informatione, vel Auguſtinana palinodia ſibi ſatisfieri potuiſſet. Quod utique inhumanum erat & theologos, & ſacerdotes negare laico, qui explicare ſubtilitates theologicas non tenetur. Sanè turpe negare fuit, quod ultrò mihi offerre decebat, quod alia generalia ſtudia & univerſitates, quod ſacroſancta concilia nulli unquam etiam in hæreſin lapſo denegaſſe inveniuntur, â quo ego tamen vitio, Dei gratiâ ſemper fui & ſum eroque in perpetuum alienus.*

Hæc omnia penſi moderatique haud habuerunt Colonienſes Theologi, ſed contra, neſcio quibus artibus, effecerunt, ut MAXIMILIANUS Cæſar ſemel iterumque publico edicto *Reuchlinianos* libros tanquam diffamatorios vendi prohiberet. Ipſi interea famæ Capnionis minimè parcebant, eamque ſupra memoratis libellis à Tungro vulgatis, variè rodebant, hunc honeſtum ſed falſiſſimum prætexentes titulum, ut in præfatione *Articulorum* Arnoldus loquitur: *quod* Reuchlinus *præter Chriſtianæ pietatis religioſam modeſtiam impiè Judaicæ gentis feralem ſectam, fidem, magiſtros & libros commendare viſus ſit, quaſi quicquid Judæi dicunt, ſcribunt & faciunt, pro ſua fidei defenſione facere reputandi ſint, ac nullam per hoc aut Deo, aut fidei Chriſtianæ, aut Chriſtianis ſe injuriam intuliſſe velint, & propterea quoque noſtræ fidei ſcriptoribus & Catholicis doctoribus contra Judæos ſcribentibus parum ſit fidendum:* quodque ipſius libellus non *Speculum*, ſed *velamen* potius, quo Judæorum facies magis

ſub honeſto titulo.

obvelet, appellandũ ſit; & quę alia hujus ge ris ſunt convicia atque mendacia. His præ

Partitio tractat. Arnoldi.

ſis id ſibi inquirendum primo loco prop *Arnoldus*, unde profectum ſit, quod Re linus ita improvidè ſeſe in quæſtione con verſa præcipitaverit, ac ſuſpectum redd rit apud pios & doctos viros favoris in dæos inordinati. Cauſſas recenſet ſep quas & nos ipſius potiſſimum verbis en bimus : 1. Quod cum Theologicè do

I. Cauſſæ propter quas ſuſpectus Reuchlin nimii favoris in Judæos.

non ſit Capnion, nec in Scholis Theolog ſed civiles leges didicerit, in materia fid morum quaſi in civili caſu ſcribendum p verit, quatenus per qualeſcunque alleg nes efficeret, ut perſuaſum putaretur, q volebat, non animadvertens ſapientis *guſtini* documentum, quod nobis ad *ad regulam loqui fas ſit*, & non ſicut Philoſo qui liberis verbis loquuntur: ſed inde m rabilius, quo liberius errant. II. Quo toto illo libro ſuo, ubi de bonis, quæ a Judæos reputantur, ſermo ipſi eſt, cum p aſſertione confidenter, at ubi de ma quorum inſimulantur à Chriſtianis, agi pidanter loquatur, quaſi affirmare non a talia apud eos inveniri poſſe, ac ſi ejuſ aliquid reperiatur, non malo animo à n ſit ferendum, quum non in noſtrûm co meliam, ſed pro ſui duntaxat defenſio fecerint aut ſcripſerint. III. Quod m reverenter ſentire viſus ſit, de ſcripto Catholicis, non ſolum iis, qui ex Judæis

ad nos ſunt converſi, ſed & de aliis doctoribus ſanctitate inſignibus, ac iſtius etiam ætatis Theologis, cum tamen ut eos notaret, Imperator haud requiſiverit. Etſi alicubi magnificè noſtrorum doctorum meminiſſe videatur, id tamen ibi potiſſimum fieri ubi pro Judæis facere eos putet. IV. Quod auctoritates S. Scripturæ quamplurimas & Eccleſiæ Doctorum, citationesque ex textibus & ſcriptoribus utriusque juris impertinenter, præter & contra mentem illorum allegaverit, ex quibus nonnullæ, ſi ad intellectum referantur, accommodenturque ad propoſitum, falſum inferant & nonnunquam hæreſi vicinum. V. Quod rationes pro baſibus in materia librorum Judaicorum, præcipuè Talmud, non auferendorum & cremandorum invalidas inefficacesque adduxerit, in pravo Scripturæ intellectu fundatas. VI. Quod reſponſiones quas in tractatu latino pro ſua defenſione Speculo oculari ſubjecit, plerumque non tam objectorum ſolutiones ſint, quam argumentorum conceſſiones, imo aliquando majores involutiones, ut qui eas legerit, ſtatim intelligat, Capnionem ipſum fateri & ſentire, ſe erraſſe. VII. Quod poſteaquam ſenſit ſe errare, tamen librum illum ſuum venum poſuerit omnibus Judæis pariter & Chriſtianis, ac non ante communicato cum piis & doctis viris conſilio didicerit, an id pro ædificatione proximi, pro ſuæ conſcientiæ ſinceritate ac fidei Orthodoxæ integritate fieri expediret. Z 3 Ex

Ex his factum putat *Arnoldus*, quod ſter lapſus improvide ſit atque haud ſuſpectum ſe reddiderit, quaſi nimium dæis faveret & illorum cauſam ageret, ſecus omninò putamus ac perſuaſi penit mus, Reuchlinum nil temere, nil incaut ſubdole, nedum falſo dixiſſe, ac propter æquis rerum æſtimatoribus ſuſpectum mio in Judæos favore ipſum haud cenſe tuiſſe. Cauſſæ, quas adfert Tungar vel non probant, vel confictæ ſunt, ipſo Capnione jam refutatæ eo in loco, contra *Pfeffercornium* diſputavit. Illud taſſis præcipuum eſt, quod arguit, Reu num Theologicè doctum non fuiſſe, & ſtionem Theologicam haud aliter diſc ſe ac Juridicam. Sed nemo non videt jorem rerum Theologicarum notitiam ſtrum habuiſſe, quam omnes Coloni Theologos. Verſatus enim erat egreg ſacris literis & ex fontibus limpidiſſimis rire poterat, quæ alii ex turbidis rivulis & ſcuris Scoti Thomæque ſylvis petebant. gitur parum aut nihil præſtitit *Arnoldus* in ma libri ſui parte. De reliquis nunc vi mus. Secundo loco ordine collocat p poſitiones ex oculari ſpeculo extractas, ſingulis ſubjicit annotationes, quas v & improbationes. Propoſitiones ejus di quatuor & quadraginta numerantur, ſigillatim recenſere & transſcribere, gum foret, & forte minus neceſſarium,

Refelluntur.

II. Articuli ſ. propoſitiones.

niam quales ſint, intelligi poteſt ex ſumma *Ocularis Speculi* ſupra à nobis relata. De quo ipſum audire juvat *Reuchlinum*, ad *Joannem Hiltebrandum*, Suecingenſem, Anſelmitanæ calcographiæ caſtigatorem, à quo primum iſtũ Tungri libellum acceperat, ita ſcribentem: L. II. Epiſt. Illuſtr.

*Singulæ* propoſitiones *nihil aliud ſunt, quam mea propria argumenta, non ab ipſis, ſed à me inventa, & multo ante per diſputationes meas in O*culari Speculo *proxime* Conſilio *junctas & in vulgari* clara intelligentia *lucidiſſimè declarata, ſoluta & reſoluta pro mentis meæ ſententia, quam humiliter Eccleſiæ ſubjeci determinationibus, non ſemel, ſed longe ſæpius. Quapropter qua via ſit inchoandum bellum, ut pax habeatur, conſule. Non enim reperitur ullum problema, non argumentum, nec ulla illorum propoſitio, quæ ſuam determinationem tam in diſputatione, quam in vulgari declaratione non prius habuerit. Idq́; ut oculis cernere poſſet* Hiltebrandus, *ſubjecit catalogũ propoſitionum annotatis locis unde deſumtæ illæ ſunt.*

In ſua ad Imperatorem *Maximilianum* defenſione ſcribit, Colonienſes Theologos in prædicto *Articulorum* libello nil de ſuo ingenio protuliſſe, niſi atroces injurias, nihil de ſuis ſcientiarum promptuariis produxiſſe, niſi ſolam linguacitatẽ, per quam ex Concordantiis majoribus Bibliorum, nec non puerilibus Bacchantum reportatis ſuas nugas ampliaverint & pinxerint ſinopide anilium contentionum, manifeſte bona retorquentes in malum & omnia in pejus interpretantes. Speciminis loco unam duntaxat propoſitionem, quæ ordine nona eſt, adducam, cum *Arnoldi* interpretatione vel analyſi.

## Nona Propoſitio.

Brevi libellus quidam impreſſus eſt contra Judæos, in quo adducitur oratio quædam in ſuis orariis reperta, quaſi hanc orent ſignanter contra nos Chriſtianos, incipiens ſic :*felamſchummodim*. Hæc oratio ardue & graviter annotatur, quaſi ipſi ſanctos Apoſtolos & eorum imitatores qui baptiſma ſuſceperunt, & totam Catholicam Eccleſiam & Romanum Imperium perverſa ac venenata voluntate execrarentur. Per quod poſſent Judæi apud indoctos & idiomatis ignaros facile in hujuſmodi odium induci, ut corpore & vita privarentur. Verum quando in lucem conſpicitur, invenitur nullum verbum in illa oratione eſſe, quod contra baptiſatos, aut Apoſtolos, aut Chriſtianos, aut Romanum Imperium interpretetur aut ſonet.

*Per hanc propoſitionem cum ſua deductione palam (ut apparet) auctor nititur coram Imperatoria excuſare Judæos Majeſtate, quaſi orationem, quæ incipit* felamſchummodim, *non orent contra nos Chriſtianos, Per quod aperte ſuſpectum ſe reddit, quod* Judæis *plus æquo faveat. Ex quo de oppoſito ejus multipliciter conſtat. Primo ex teſtimonio multorum Catholicorum ſcriptorum, quorum nomina etiam auctorem iſtum non latent, quum nominum eorum in ſua conſultatione aliquando meminit : puta auctoris fortilicii, Pauli Burgenſis, Nicolai de Lyra &c. Secundo etiam ex fideli aſſertione eorum, qui quotidie ex* Judæis *per gratiam regenerationis ad nos convertuntur, & ſuorum progenitorum intentiones & venenatas volun-*

tate

*nates præſumuntur non ignorare: qui conſtantiſſime affirmant, quatenus Judæi in hanc diem uſque illa oratione in ſuis Synagogis, averſis â ſe mutuo vultibus ſtantes & intentiſſime orantes, contra nos utantur. Tertio patet idem ex confeſſione ipſiusmet Doctoris, qui (ut ſupra allegatum fuit) in quadam epiſtola ante annos ferme quinque idipſum palam eſt conteſtatus. Cujus verba pro evidentia majori huc repetenda duxi. Scripſit enim ſic: Ex quo Judæi Deum omnipotentem blaſphemaverunt, quaſi mendax, impotens, ſterilis ſit. Sic una blasphemia concomitatur ex alia, adeo ut Deum in perſona ſui proprii Filii, Domini noſtri Jeſu, veri Meſſiæ, quotidie blasphement, vituperent & exprobrent, nominantes eum peccatorem, maleficum & ſuſpenſum. Et piiſſimam virginem Mariam appellent hariam, id eſt meretricem. Diſcipulos quoque ſeu Apoſtolos, hæreticos. Et nos Chriſtianos dicunt non populum ſed gentem ſtultam. Multa quoque alia verba perverſa quæ effundunt. Ex quibus notari poteſt, quod hoc peccatum blasphemiæ maximum eſt & ſummum in Deum. Quamobrem proprietas primæ partis præmemoratæ talis peccati propter quod tanto tempore caſtigantur, clariſſime invenitur. Altera pars, quod omnes moderni Judæi, quamdiu Judæi ſunt, illius blasphemiæ in Deum participes exiſtunt, & ſingulari quodam gaudio afficiuntur, dum in opprobrium & contumeliam aliquid poſſunt excogitare aut effingere. Quod manifeſtum eſt ex omni eo, quod aut faciunt aut dimittunt. Etiam ex eorum conſueta oratione & eorum libris, quos contra nos ſcribunt & legunt. Quemadmodum ex libro* nizahon *& ex oratione* ſelamſchummodim *bene conſiderari poteſt. Hactenus ipſe. Quid, oro, his ver-*

verbis poteſt eſſe apertius. Dicit enim ibi, quod
Deum in perſona ſui unigeniti Filii Jeſu Dom
ſtri veri Meſſiæ quotidie blaſphemento Piiſſima
ginem, ſanctos Apoſtolos & nos quoque Chri
Dicit quoquè, quod ſpeciali afficiantur gaudio
poſſint aliquid excogitare aut effingere in oppr
& contemptum noſtrum. Dicit demum, qu
evidenter pateant ex omni eorum opere, ex
quos contra nos ſcribunt, & ex conſueta ſua
quam contra nos legunt, & ſpecificando
lamſchummodim. Si hæc ibi vere dixit &
qua fronte audet nunc hoc dicere: non eſt
dum, quod talis oratio ſit propter Chriſtianos
tata. Et quare multa conatur verborum
tione oſtendere, quod eam Judæi contra nos
gant. Nec quidem ſatis expurgat ſe, qua
ſpondendo dicit, ſe hoc ſolum diſputaſſe de pr
Grammatica verborum ac vocabulorum, &
veritate negotii principaliter. Quia ſi ben
datur ad verba hujus propoſitionis, tunc gra
juriam Judæis irrogatam putat, per quempiam
libello ſuo noviter contra Judæos impreſſo
rat, quaſi hanc orationem contra Chriſtianos
tim orarent. Voluit igitur ſignificare, quod
lum vocabula nos non ſignificarent, ſed qu
liter hanc orationem contra nos non orarent.
quam, oro, per hoc putat injuriam Judæis
(quamvis verba nos non ſignificent) ſi tamen
ipſi ad nos malitioſe verba retorquent. Qu
injuria eſt, ut putat legum animadverſione
quaſi falſo ille Judæos inſimulaverit, quod orat
contra nos utantur: quomodo ipſe non plus ſe
extimuit, quum prius, & antequam iſte libellus
meretur, cujus authorem graviter accuſat,

*blice ſcripſit, ac per impreſſos quaternos in vulgus ſparſit, manifeſtum eſſe in omni ſuo opere ex ſuis libris & ex conſueta oratione* ſelamſchummodim, *quod ſpeciali gaudio* Judæi *afficiantur, modo poſſint aliquid in opprobrium & contumeliam contra nos Chriſtianos excogitare aut effingere, quemadmodum ex verbis ſuis ſuperius allegatis luce clarius patuit. Nunquid linceos oculos in illum alium habebat, dum hanc Judæis illatam injuriam cerneret, qui talpæ ſimilis ad ſeipſum cæcus erat, dum ipſe prius ſimilia eis imputaret.*

Sed *& amplius aliquid eſt quo ſe notabilem reddidit, dum in hac propoſitione auctorem illius libelli accuſare viſus eſt, quaſi falſo Judæis impoſuerit, quod ſanctos Apoſtolos & eorum imitatores ſeu baptiſatos & communiter totam Eccleſiam Catholicam & Romanum imperium perverſa & venenata voluntate execrarentur ac maledicerent. Ob quod in tale odium induci poſſent apud indoctos & idiomatis ignaros, quatenus corpore & rebus privarentur. Si, inquam, hoc accuſatione dignum ſibi eſt viſum, ſi in Judæos immeritos calumnioſum, ſi ſeditionis qualiscunque ſeminarium. Quomodo prius ipſe (ut ex verbis ſuis ſuperius allegatis patuit) ſcribere auſus fuit, quod Judæi unigenitum* DEI *Filium, Dominum noſtrum Jeſum, verum Meſſiam quotidie blaſphemant, vituperant, ac exprobant, vocantes eum peccatorem, maleficum & ſuſpenſum: Piiſſimam quoque Mariam Virginem meretricem: Apoſtolos hæreticos & totum populum Chriſtianum gentem ſtultam & non populum. Si ſeſe teſte hæc dicant & quotidie faciant. quid, oro, deliquit in hac parte auctor libelli alterius, ſi ſuis ſe ſermonibus conformans ſimilia dixit & ſcripſit. Nunquid*

*hæc verba & alia quoque plura prava & contu-*
*ſa quæ effundunt, (ut ipſe fatetur) putandi ſunt*
*voluntate aut intentione efferre poſſe, quatenu*
*ctor libelli alterius perverſæ & venenatæ volu*
*calumnioſe eos inſimulari viſus ſit. Mirum*
*fecto eſt, quid huic viro prudenti bilem ita comm*
*rit, ut quaſi in tenebris cæcutiens, dum alium*
*piam iracundus inſectaretur, ipſe ſic ſe graviter*
*rit. Num conſiderare potuit, ſi calumniam ill*
*fecit, & ipſe quoque ante calumniam Judæis gr*
*rem intuliſſet. Sin autem bene ipſe prius ſcri*
*quod quodam fuco verborum Judæos excuſand*
*illum alium coram Regia Majeſtate velut calum*
*rem accuſare non debuit. Nunquid apud E*
*ſcriptum legit, Eſaiæ V. Væ vobis qui dicitis malum*
*num, & bonum malum, ponentes tenebras luc*
*lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, &*
*in amarum. Et iterum: Væ qui ſapientes eſtis in*
*lis veſtris & coram vobismetipſis prudentes. Qu*
*legit, Pauli Apoſtoli verbis non immerito eum co*
*nio, ad Rom. II. ubi dicit, propter quod inexcuſabil*
*homo, qui judicas, in quo enim alterum judicas*
*pſum condemnas. Eadem enim agis, quæ judica*
*lium doces, teipſum non doces. Exiſtimas tu, qu*
*lium judicas, & eadem facis, quod tu idem judic*
*Dei effugies.*

Alpha- beta in Judæos.

Alteram partem libri ſui inſcripſit A-
*phabeta in maledicos Judæos ac Talmud,* quon
ſecundum ſeriem literarum certis propo
tionibus oſtendit, quid poſſit & debeat
Principes & Prælatos Eccleſiaſticos circa
dæos & blaſphemos eorum codices f
Placet autem argumentum ipſius Au

verbis proponere. *DEUS*, inquit, *qui benefica voluntate ad ſe cuncta reflectit, ac hominem poſt lapſum, miſericorditer ſanguine Filii ſui reparavit, ut nulli occaſio deeſſet ſalutis, amanter inſtituit, cuique in proximum fraternæ correctionis cura, & his qui in ſublimitate dignitatis ſunt conſtituti, juſtæ ſeveritatis cenſura eſſet commiſſa. Quo fit, ut Chriſtiana gens, nunc DEO peculiaris, teneatur perfidis* Judæis *uſuras interdicere, & Talmud: ac cætera eorum blaſphema commenta prohibere, tollere aut etiam cremare.*

Scribendi ratio verò, qua utitur, puerilis profectò magis, quam, ut ſic dixerim, Doctoralis eſt, aut Magiſterialis. Maxima quoque argumenti pars Judæos non ferit, ſed longè admodum petita eſt, ut quando in prima propoſitione ſcribit: *Abiſſalis Dei ſapientia attingens à fine uſque ad finem fortiter diſponit omnia ſuaviter.*

Itemque in ſecunda propoſitione:

*Bonitate hac immenſâ tri cauſaliter operativa ſicut univerſorum eſt effectrix forma, ita in ſe finaliter omnium reciprocativa.*

Sicque de cæteris. In nona demum propoſitione, ſ. litera J. de *Judæis* agere incipit, eorumque libros comburendos eſſe, probare in ſequentibus nititur. Litera S. ſcribit:

*Salubre apparet, deificum, laudabile ac fidei orthodoxæ utile, occaſiones illius* (Judaici populi) *ſalutis per exhortationes & blandimenta, aut etiam per minas nonnunquam præbere ac prorſus tollere, quicquid*

*quid eorum converſionem videtur rationabilis pedire,*

Hinc propoſ. decima nona conclud.

*Thalmud igitur, & omnes eorum libri, in blaſphemiæ aut contra legem naturalem, aut hæreſes & errores fuerint reperti, debent ri, & poſſunt per judicium Eccleſiæ, aut Prin citè comburi.*

Finit tandem in hanc ſententiam beta ſuum alphabetarius Doctor.

*Zelo idcircò fidei ( quo oportet ) fortius Principes ac Eccleſiæ Prælati exterminare ab area Domini errores, hæreſes & contum mnipotentis Dei, quatenus in expavendo die judicii rationem reddere valeant talenti ſibi cè commiſſi.*

Reſponſiones ad argumenta Reuchlini.

His propoſitionibus alphabetariis cit demum reſponſiones ad argumenta ta de libello Conſultationis Reuchlini, bus à multis viſus eſt probare voluiſſe mud ac cætera nonnulla infamia Judæ commenta non eſſe eis auferenda neque manda. Cauſſam occaſionemque hujus pti, malo iterum autoris quam meis ſere verbis. Sic autem ille in fine alph ti ſui.

*Et quoniam multorum relatu fama huc plerosque ſimplices ac in Scripturis inexercitat ſuaſionibus contentis in libello, cui* Speculi Ocul *tulus inſcribitur, permoveri : quanquam circa los ſeu propoſitiones de libello illo extractas eorum dudum ſint convulſæ ; ne tamen quiſpi*

*velut tenſis retiaculis ſe captum facile putet, probetque falſa pro veris, voluimus ſine præjudicio melius ſentientium omnia illa quæ in modum argumentorum ex libello illo extrahi poterant, quibus putari poſſit auctor ille pro Judæis & Thalmud concluſiſſe, ſcholaſtico more in unum quaſi faſciculum recolligere, ac (ſingulis quantum cum Scripturæ veritate potuimus ſuas reſponſiones ſubnectendo) huic noſtro alphabeto ſubjungere, quatenus ſine circuitione longa cunctis lectoribus palam eſſe poſſit, quod contra hæc dicta noſtra nihil argumenta illa concluſerint.*

Jam quod reſponſiones ad ipſa argumenta ſpectat, ea nihil attinet recenſere ſigillatim, cum parum differant ab *articulis* ex Reuchlini libello *Conſultat.* deſumptis, ut fatetur *Tungrus*, & intelligi nonnihil queant ex defenſione Capnionis tribus hiſce tractatibus oppoſita, & ſemel iterumque à nobis ſuprà adducta, cujus titulus hic eſt:

Defenſio Joannis Reuchlin Phorcenſis LL. Doctoris contra Calumniatores ſuos Colonienſes. Defenſio Jo. Reuchlini.

Eam MAXIMILIANO Cæſari, Mundi Domino, Romanorum Imperatori Pio, Felici, Inclyto, victori ac Triumphatori ſemper Auguſto inſcripſit. Ordinem vero Arnoldi non obſervat, nec ad omnia ſingulaque reſpondet. *Nullum enim*, ait, *argumentum eſt illorum, quod à me non fuerit ante repulſum atque ſolutum, quia ego ipſe illorum adducendo auctor ſum, & mei detractores à me illa ſibi mendicando uſurparunt. Neque eſt ullum ſophiſma, quod non poſſit, ſi quid ſibi hodierna die contra me finxerint,*

per

*per diſputationis meæ ſolutionis & per* [...] *meam declarationem repelli atque reſolvi.* [...] *Cæſar experimentum ſumeres, ſed tanta tua* [...] *& amplitudo animi longe majoribus reipublicæ* [...] *ſtianæ opportunitatibus reſervata, juſte harum* [...] *tium næniarum tædio afficitur. Quare, obſe*[...] *tuis alicui demandes audiendum tam ſcholar*[...] *cium, cui primo conſilium meum proponat,* [...] *cundo mea diſputatio interpretetur, tertio* [...] *mea declaratio legatur. Quo inclyte Cæ*[...] *quotquot eſtis auditores alii pernoſcatis tam* [...] *cuncta, tam clare omnia, tam extricate ſing*[...] *ſilii mei verba & ſententias in diſputatis me*[...] *& in vulgari declaratione Alemannica long*[...] *& ante multo quam* Colonienſes Profeſſor[...] Perfoſſores *potius, hoc ſcelus nefarium calum*[...] *adverſus me inſtituiſſent, memetipſum ultro* [...] *lectu tota cum animi mei libertate ac mea ſpon*[...] *mnium hominum oculos & aures protuliſſe,* [...] *moderamine, tanta æquabilitate, immo tanta* [...] *dine declaraſſe ſingulariter ſingula, ut à ſcrip*[...] *nemo bonus, pius, fidelis poſſit ſcandalizari, qua*[...] *cunque ſimplex.*

De ea Eraſmi judicium.

De hoc Noſtri *Apologetico* judicium [...] referam, quod in epiſtola ad *Reuchlinum* [...] ta ſequentibus verbis expreſſit:

*Me tamen nonnullus habebat ſcrupulus,* [...] *ſcripſiſſes incautius, quod viderem Epiſcopi* [...] *tiam ſubtimidè ſcriptam eſſe, ac pene metic*[...] *quod adderet,* hæreſim apertam, *& accedent*[...] *ctatu, donec* Moguntiæ *nactus ipſum libellum* [...] ticulos illos hæreticos, irreverentiales &

pios *legiſſem, jam riſum tenere non potui; poſteaquam autem damnationem illam, bone Deus, quam belle compoſitam, legiſſem, abſolvi te, eaque mihi* Apologiæ *vice fuit, majoremq́ in modum optabam, ut ea in eruditorum omnium manibus eſſet. At ſimul atq́ legiſſem* Apologetieum *tuum, tanta alacritate, tanta fiducia, tanto eloquentiæ fulmine, tanto acumine, tã multijuga eruditionis ubertate conſcriptum, jam mihi videbar non audire reum pro ſe dicentem, ſed victorem de ſubactis triumphum agentem. Vnum illud deſirabam, mi* Capnion, *loquar enim ſimpliciter & amice, malebam te in illos locos communes parcius digredi, aut certe minus immorari: adhæc, magis temperaſſe à manifeſtis convitiis. Verum illud ſi vitium eſt, vitium eſt hominis eruditione ac literis ſuperfluentis; hic difficile eſt alieno dolori modum præſcribere. Rem facies omnibus eruditis gratiſſimam, ſi curaris illum libellum in Angliam transmittendum, vel ad* Johannem Epiſcopum Roffenſem, *vel ad* Colletum Decanum S. Pauli. *Ipſe quoque ſi potero mittam meum, tametſi unicum mihi.*

Duo ſunt, quæ juſte notat *Eraſmus*, alterum, quod nimis copioſe in Locos Communes digreſſus ſit *Reuchlinus*, alterum quod ab atrocibus convitiis non abſtinuerit. Utrumque ſatis ex defenſione conſtat. Nam cnm dixiſſet, non poſſe ſe Colonienſes appellare Theologos, ſed vel falſos Theologos, ſicut nummos reprobos, vel manu porrectitios, & *diales*, non ab *Jove*, quem *Dia* vocant, ſed ab unius diei momentanea ſapientia, quales *Gregorius Nazianzenus* Theologiæ Gymnaſiarcha αὐθημερινοὺς καὶ χειροτονητὰς Θεολόγους Probatur.

 no-

nominet L. 1. de Theolog. Inde occa
de Theologia & Theologis agendi arr
prolixe diſſerit, quid Theologia ſit, &
modo Theologus atque Theologiſta
rant. Non enim ex ſacris literis tantu
etiam ex antiquæ Eccleſiæ Doctoribus,
*nymo, Nazianzeno, Athanaſio,* aliisque hoc
mentum pertractat, tandemque in C
nienſes ita accommodat, ut eos *Theologiſ*
candos eſſe, contendat, quoniam pr
invidiam & contentionem CHRIST
prædicent, eorumque ſcientia ſit diab
qui inter jumenta & malas beſtias extr
minos pro divina ordinatione procul
ſtabulent, non audentes appropinquare
ti Theologiæ, cum ſint brutis inhuman
equis & mulis haud abſimiles, qui ut uno
tum pabulo paſcantur, ſic illi uno dog
contenti, quodcunque arripuerint, c
eruditiſſimorum hominum ſtudia, quan
cunque veritate coruſcantia, contem
aut damnent, porcis atque ſuibus ſimi
qui ſuis abuſibus delectati, omnium alio
margaritas ſpernant; imo potius vulp
doloſis haud impares, quod magis ſo
matum fallaciis, & cornutis ſyllogiſmis, q
ſolidis vetuſtiſſimorum Eccleſiæ Docto
gaudeant ſermonibus: lupi rapaces, Ara
pejores: Leones Syrii, rugientes & q
rentes quem devorent. Ita cumulat q
convitia, quotquot excogitare potuit.
ea, utpote minime probantes, miſſa fac

ac qua ratione objecta diluerit argumenta, paucis videbimus. Generatim principiò notat, *Arnoldum* triplici phalarica turrim fortiſſimam nominis ſui diruere conatum fuiſſe: primò falſis opinionibus, deindè falſis argumentationibus, tum demum falſis traductionibus. Ac falſam quidem opinionem, ſcribit gregariis & trivialibus literatoribus in ipſo libelli veſtibulo ipſum prætendiſſe, magno, ingenti, procero & giganteo charactere, quaſi pro roſtris in album inſcriptam, aut momentum aliquod in æs marmorue perpetuò inciſum h. m. ARTICULI SIVE PROPOSITIONES DE JUDAICO FAVORE NIMIS SUSPECTÆ; qua tam ſplendida inſcriptione, ſpecioſoque titulo in ſuperliminari porticus edito infamare ſe de Judaico favore tentaverit, perinde ac Eccleſia Catholica favorem Judæorum indiſtincte prohiberet, ac omnis fautor Judæorum criminoſus eſſet, & infamis. Licere autem favore Judæos proſequi, *Pauli* exemplo probat, qui licet ad *Titum* ſcipſerit, *hæreticum hominem eſſe devitandum*, tamen ad Corinthios affirmaverit, ſe *factum Judæis tanquam Judæum, ut Judæos lucraretur*; & in Epiſtola ad Romanos optaverit ſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus ſuis cognatis, quod ad carnem attinet. Similiter fautorem fuiſſe Judæorum D. *Clementem, Hieronymum, Thomam de Aquino Gregorium, Alexandrum III.* & *Clementem III.* Pontifices: nec non

Defenſionis Reuchlinianæ ordo & ratio.

Titulum examinat.

Non omnem favorem Judaicum eſſe prohibitum.

Imperatores *Valentinianum & Valentem*, *E-*
*rium* & *Theodoſium*, *Honorium* & *Arcadium*: do
ma item lumina & juriſconſultiſſimos
ctores, qui omnes benigne pro Judæis
pſerint, aut privilegia ſingularia iis imp
verint: imò Eccleſiam ipſam favere Ju
quæ cum expellere eos poſſit, tamen ſi
gulari pietate toleret, ac permittat di
re publice & colloqui cum eisdem, ut
manſuetudine provocati ſequi nos velin
hæc jubeat præceptores & Magiſtros
qui linguam Judaicam doceant. H
mnes favores in Judaicam gentem o
omni carere turpitudine.

Hinc efficit, *favorem Judaicum* non
cti verbum, ſed meri facti eſſe, cum qu
ſint fautores Judæorum tantummo
quidam ſolum perfidiæ, quidam de
tam Judæorum, quam perfidiæ ipſo
Favorem primò modo acceptum nullo
prohibitum; quia Judæorum delicto,
bente Paulo, *ſalus contigit gentibus*, *ut*
*mulentur*; ſ. ut in fontibus ſonat verbum
ζηλῶσαι ut Judæos provocent ad æmulan
gentes. Hoc ſe feciſſe, in hoc incubu
cætero autem acerrime omnium in ſuo
lio vitia, peccata & perfidiam Judai
librorum condemnaſſe, quando illos
comburendos judicaverit, qui ad infam
blaſphemiam, ſcandalum & irreveren
Domino DEO noſtro JESU, ipſius M
ſanctis, aut Chriſtianæ conſtitutioni f

editi. Hac ratione titulum libri ab *Arnoldo* ſibi opoſiti refellit, & una quoque omnia ferè in ipſo libro falſo objecta, quippe quæ eo directa præcipuè fuere, ut ſuſpectum noſtrum facerent de favore Judaico. Paulo tamen poſt quædam capita ſeorſim refutata oſtendemus; hæc enim priusquam aggrediamur, carmen *Ortvvini*, quod altera poſt titulum facie comparet, attingemus, cum in eo refellendo valde prolixus *Capnion* ſit. Ubi nihil attinet immorari notandis vocibus quibusdam perperam ſcriptis, ut quando poſuit *Ortvvinus* impia *Theſiphone* per *th* & *e* cum per *t* exile & *i* ſcribendum ſit ad hunc modum τισιφόνη *Tiſiphone*, item *baratrum* pro *barathrum*, *Oratoream* pro *Oratoriam*, atque ſimilia. Sed hæc ſolum verba examinanda ſibi noſter ſumſit, cum verſifex cecinit:

Carmen Ortvvini refutat.

*Flet Jovis alma Parens.*

In quibus oſtendit novam eſſe hæreſin, neque in orbis terrarum latiſſimo ſpatio, nec apud inferos auditam, inde à mundi exordio, dicere aut ſcribere, ſanctiſſimam virginem Mariam peperiſſe *Jovem*, quem omnis Chriſtiana religio dæmonem & dæmonium eſſe confiteatur, propè quotidie fidelibus in Eccleſia proponens S. Scripturæ ſententiam, quod *omnes dii gentium dæmonia*. Idque confirmare *Cyrillum Alexandrinum, Cyprianum, Origenem, Hieronymum, Lactantium*, aliosque, qui uno omnes ore affirment, Jovem non eſſe Deum ſed Diabolum. Quin

imò fateri ipſos paganos Philoſophos a
Poëtas, Jovem eſſe dæmonem, nullum e
ter Deos maligniorem. Nequaquam
JESUM eſſe *Iovem.* *Abſit*, inquit
*linus*, hæc *commutatio.* Juppiter *eſt c*
*ſi idololatris credimus* : JESVS *autem creator*
*& terræ: iſte verus Deus, ille verò dæmon.*
*teſt aliquam ingenium humanum excogitare*
*rationem aut proportionem inter utroſque ſim*
*que rei ſignificatæ, neque vocis ſignificantis,*
*vellet poëticum aliquod ſchema fingere, quo*
*pro altero figurate ſumi liceret. Hoc pro revere*
*ligionis Chriſtianæ eſt in præſenti negocio im*
*Quod evidenter Apoſtolus* Paulus *nos docuit in*
*la ſecunda ad Corinthios, ubi ait:* Τίς δὲ κοιν
τὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς
*Quare fides catholica non patitur, ut pro* Jove J
*intelligatur, neque pro* DEO *dæmon.*
*enim* dæmon *ab orthodoxis pro maligno accip*
*ab intelligentia vel ſcientia, juxta morem in*
*derivato vocabulo, quod* δαήμων *dæmon doctu*
*telligens interpretatur, ſed ab* ἀίμων *amon*
*eſt cruentus, præponendo* d *litera fit dæmon,*
*daſcalus fit didaſcalus. Et hæc eſt vera gra*
*ca ſanctorum omnium, etiam literatiſſimorum.*
lò poſt objectioni ita occurrit : *ſi fort*
*velles, quod* Juppiter *dicatur quaſi* juvans
*quod de Deo poſſit intelligi: at etiam de aſino*
*tur, quem fortaſſe pro Deo adoras verſifex,*
*verſutifex. Generat enim* aſinus *aſinum, erg*
*eſt* aſinus, *& idem jumentum dicitur, quia ju*
*minem; quare* aſinus *tuus, quem nunquam*
*linques,* Juppiter *eſt, quaſi* juvans Pater.

*Grammaticæ artis peritus eſſes, obtinerem apud te facile, quod concederes, auctore* Pirſciano *&* Ceſellio *vindice de proprietate ſermonis Latini* Jovem *non habere* Juppiter *in Nominativo. Ubi ergò erit tuus juvans Pater?*

Denique provocat ad Poetas Chriſtianos, *Gregorium Nazianzenum, Prudentium, Sedulium, Nonnum*, & ſimiles, qui in *Jovem infernalem* graviter invecti, nuſpiam illud vocabulum in carminibus ſuis adhibuerint. Hinc certe pietas Capnionis clariſſimè elucet, qui indignum homine Chriſtiano merito judicavit, voces loquendique formulas impietatem profanarum gentium redolentes imitando ſuas facere; ſecutus antiquiſſimos religioſiſſimosque Eccleſiæ Doctores, è quibus *Tertullianus* jam ſeculo poſt Chriſtum natum III. gravisſime eos reprehendit, tanquam religionis Chriſtianæ parum memores, qui Ethnicorum conſuetudinem uſurpandis ejuſmodi formulis retinerent: idque ſequente ſeculo *Hieronymus* damnavit, *abſit*, inquit, *ut de ore Chriſtiano ſonet* Juppiter *omnipotens*, & Mehercule, Mecaſtor, *& cætera, magis portenta, quam numina.* Fuiſſe hanc communem illius ævi cenſuram, documento eſt, quod licet florente adhuc utcunque latinæ facundiæ ſtudio illa vocabula non reperiantur apud ullum ſcriptorem ejus ſeculi Chriſtianum, ac ne quidem apud *Lactantium*, Ciceroni quam ſimillimum, eoque Chriſtianum Tullium paſſim à viris doctis appellatum, & *Auguſtinum*, haud alio-

de Idol. c. 20.

Tom. V. f. 78.

alioqui ſemper omnes Ethniciſmi ſcop-
inter ſcribendi initia devitantem; quem
rorem tamen alibi retractavit. Etſi
ſuperioribus ſeculis, ac *Reuchlini* ferè
cum poſtliminio Cicero & alii proba-
tinitatis autores in ſcholis introduc-
tur, una quoque cum latini ſermonis v-
bus hoc vitium irrepſit, & per viros
dam doctos illos quidem ſed parum
pios aut ſatis circumſpectos, *Longolium*, *Be-*
*Sadoletum*, *Joach. Camerarium*, *aliosq́ʒ*, ad no-
que propagatum eſt: non tamen defue-
hanc conſuetudinem graviter & cord-
tuperarent; eorum magnum numerum
culiari libro produxit *Balthaſar Gockel*
bingæ edito A. 1647. hunc inſcriptum
bente titulum: Heydniſche Poeterey
lich corrigirt und verbeſſert/ alſo und
ſtalt/ daß der Götter Nahmen 1. dem
wahren Gott nicht ſollen gegeben wer-
2. Deren nicht ſoll zu ihren und andere
und Ruhm gedacht werden: ſondererlich
Chriſt bey denen ſchweren ſoll. Co-
quoque inprimis meretur, & cum fruct-
gi poteſt *Jacobi Thomaſii* diſſertatio Lipſi-
ta A. 1665. & A. 1679. recuſa de *Styli E-*
*mo circa jurandi adverbia fugiendo*; in qua
refellit omnia, quæ pro inveterata hac
niciſmi conſuetudine defendenda atq-
tinenda adduci vulgo ſolent. Sed
hactenus piorum virorum monita ap-
profecerunt. Videas enim paſſim in

lis & Academiis idolorum nomina omnium ferè oribus & calamis circumferri, adeò ut laudem etiam ſive antiquitatis, ſive eruditionis ſingularem plurimi ſe adeptos exiſtiment, ſi omnes Ethnicos deos deasque ex orco revocent, & floſculis quaſi, ut perſuaſum temerè habent, ſcripta ſua, & carmina præcipuè, iis exornent: Utinam cum noſtro dicere poſſemus: *Reſervo noſtrates & patrios miro decore ſcribendi præditos ad meorum temporum hiſtorias, quæ in procinctu ſunt, quos aliæ præſtantiſſimæ ſtudiorum Vniverſitates in Germania, non ſinerent uſquam niſi à tanta injuria ſacrorum manus abſtinuiſſent, quia in uno ore ſe cum laudibus* Jovis, *CHRISTI laudes non capiunt. Ita determinat expreſſis verbis ſancta Catholica Eccleſia in decretis LXXXVI. diſ.* Tu vero, (*ita alloquitur* Capnion *Ortvvinum*) *ineptiſſime conviciator, popinarum gurges, & contemptor Eccleſiæ, non te putabis* (NB) *eſſe diſertum, niſi à vera religione diſcedas, & tuos Ioves tanquam Ethnicus cum injuria beatiſſimæ virginis Mariæ magnifacias, utrumque mentitus, & quod alma Jovis ſit parens, & quod fleat, utrumque contra fidem Catholicam.* Quod poſterius (nam de priori actum ſatis eſt, ut opinor, & forte nonnihil prolixius, quam decuit) probat ex *Hieronymo* de aſſumtione B. Virginis dicente, quod ſublimata ineffabiliter cum Chriſto regnet: quod ſuper angelorum choros elevata jam beata prædicetur, etiam beatiſſima: quod concinentibus ſine fine angelis conjuncta, archangelisque ſo-

ciata, indefeſſa clamitare voce Sanctus, Sanctus, Sanctus, non deſinat: Ex quibus ita colligit noſter: *Non igitur flet cum Jove apud inferos, ubi eſt fletus & ſtridor dentium; quia regnat cum CHRISTO, exaltata ſupra cœlos, ubi perpetuum eſt gaudium ſanctorum. Non flet ſublimata in æternum, ubi etiam ſecundum paganos ſunt entia impaſſibilia, optimam vitam ducentia. Non flet ſupra choros angelorum in tabernaculo Dei ἐν ᾧ ἁπλότης εἰρηναῖα καὶ ἀστασίαστος, ut ſcribit Chryſoſtomus in primo de angelis Panegyrico, id eſt, in quo ſimplicitas vitæ pacata eſt & immota. Ergo aut apud inferos eſt ſi fleat, & beata non eſt.* Paulo poſt *Ortvvinum* perfidiorem *Mahometo* & omnibus *Turcis* eſſe, inde probat, quoniam in *Alcorani* Azoara ſecunda confiteantur, *Mariam verbum Dei peperiſſe*, unde hæc angelorum ad *Mariam* verba profert: ô Maria, *omnibus viris & mulieribus ſplendidior & mundior, atque lotior, ſoli Deo perſeveranter ſtudens.* Et hæc paulò poſt ſequentia: ô Maria, *tibi ſum nuncius gaudium cum verbo DEI, cujus nomen eſt* Chriſtus *filius* Mariæ, *qui eſt facies omnium gentium in ſeculo hoc & futuro conveniens, præſens, ſapiens, vir optimus ab univerſitatis creatore mittitur.* Secundum fontes, quos conferre licuit, cum jam ab amico duo *Alkorani* exemplaria, expugnata Buda, dono acceperim, (cui gratum hoc nomine animum declaratum publicè volo) aliter nonnihil verba reddenda ſunt, leguntur que haud ita longè ab initio *Suratæ* III. h. ſ. *ô Maria, equidem Deus elegit & mundavit te, elegit,* inquam, *te, ex*

*omni-*

*omnibus orbis terrarum mulieribus. O Maria obtempera Domino tuo, laudibus illum concelebra & adora.* In iis quæ ſequuntur, major eſt diverſitas. Sic enim videntur converti proprie debere: *dixerunt Angeli, ô* Maria, *equidem* Deus *annuntiat tibi verbum ex ſe, cujus nomen erit Meſſias,* I*ſa* (Jeſus) *filius Mariæ, illuſtris in hoc & futuro ſeculo, & ex eorum numero qui* (Deo) *propinqui ſunt,* vel *qui intercedunt pro fidelibus* (v. Hottinger. Hiſtor. Orient. L. 1. c. 11. p. 159. ſeq.) *quique loquetur ad homines in cunis adhuc vagiens & juvenis proſpere feliciterque rem agens.* Sed hæc incidenter duntaxat, non tamen prorſus alieno loco. Hinc enim liquet, Turcas credere, Mariæ ſtatum conditionemque ſupra fœminei ſexus ſortem communem beatam eſſe, felicem, matrem Jeſu Chriſti, quem ſimiliter verbum Dei appellant, cum loco hoc ex Surat. III. adducto, tum Sur. IV. ubi ſic Muhammed: *utique* Chriſtus Jeſus *filius Mariæ eſt nuntius Dii* (Apoſtolus) & VERBUM *ejus quod immiſit in Mariam, & Spiritus quoque ex eo,* ſup. DEO. Honorificentius igitur de Servatore noſtro ejusque matre ſentiunt, quam *Ortvvinus*, quem inſuper noſter accuſat hæreſeos *Neſtorianorum, & Helvidiorum*, inque eum proprium ipſius verſiculum retorquet:

*Dignus es & flammis, dignus obire nece.*

Hinc à *carminatore* ad criminatorem calumniatoremque, quem vocat, *Arnoldum* revertitur & ad alterum accuſationis caput progreditur, idque ſibi præcipuè refellendum eſſe duxit

Redit ad Arnoldum.

duxit, quod, ut *Tungrus* ajebat, *auctorita*
*quamplurimas S. Scripturæ ac ſanctorum Doctorum &*
*allegationes ex textibus & ſcriptoribus utriusque Jur*
*impertinenter, præter & contra intentionem Scriptur*
*& Doctorum allegare voluit, ex quibus nonnulla ſi*
*intellectum referantur, in quo in originalibus ſuis ſu*
*ſcripta, & poſtea applicentur ad propoſitum, fal*
*inferunt, & ut ſibi viſum ſit, nonnunquam hæreſi*
*cinum.* Ad hoc vel ideò prolixe reſpond
quoniam ſic quoque una multas propoſitio-
nes ab objectione immunes præſtitit. Pr
mò quidem negat tale quid jure ſibi obj
poſſe: deinde verò etiamſi id feciſſet, non ta-
men propterea argui ſe poſſe, contendit, cu
conſtet Eccleſiam ejusque Doctores, Ph
loſophos item, Grammaticos & Rhetor
ſæpè teſtimonia aliò accommodaſſe, qu
litera habeat. Quod multis ſubjectis exe
plis ex Novo Veterique Inſtrumento, J
Canonico, Gregorio Nazianzeno aliisq
ſcriptoribus petitis, declarat. Quibus co
ſtitutis oſtendit in nonnullis propoſition
ſe nec impertinenter, nec præter mentem d
ctorum auctoritates produxiſſe; eoque ign
rantiam & ruditatem Arnoldi carpit, qu
qui nec ſacra volumina, & ne novi quid
Inſtrumenti, nec Eccleſiaſticos aliosque D
ctores legerit: ſed tantùm excerpta quæd
Ariſtotelis & concordantias majores Bibl
rum cum bacchanticis & bijacinis repor
tis. Nam *ſecta* vocabulum in propoſ. III. a
hibitum, non tantum ſecundum propri
te

tem Grammaticam de malis æque ac bonis uſurpari, & uſurpatum eſſe à Philoſophis atque Jureconſultis, quod largiebatur *Arnoldus*; ſed etiam à Paulo Actor, XXIV. qui præſidẽ his allocutus eſt verbis: *confiteor autem hoc tibi, quod ſecundum* ſectam, *quam dicunt* hæreſin, *ſic deſervio patri & Deo meo*; quod turpiter ignorabat profundiſſimus Doctor, & hinc diſcere debuerat, Doctorem iſtum Reuchlinum in ſermone fidei, ut requirebat, vocabulo ſectæ uſum, ſecundum quod in ſcripturis ſacris invenitur, & ſcriptores catholici ac ſacri uſi ſunt.

Similiter quando dixit Arnoldus poſt declarationem Reuchlini in propoſ. XVII. eum verba Chriſti ad ſenſum impertinentem contorſiſſe, dũ hoc, quod Servator Mat. XIII. de malis hominibus fieri juſſit, ad improbatæ lectionis libros trahat, Reuchlinus ipſi opponit ſibi conſentientem Hieronymum eũ in locũ ita ſcribentem: *omnia ſcandala referuntur ad zizania.* Et paulo poſt: *quamobrem ne dormiat, qui Eccleſiæ præpoſitus eſt, ne per illius negligentiam inimicus homo ſuperſeminet* zizania, *hoc eſt*, hæreticorum *dogmata*.

Adhæc criminis ſibi objecti reum demonſtrat *Arnoldum* ipſum. *Si*, inquit, *allegationes* Arnoldi *doctiſſimus quisque acerrimo judicio examinet, profecto inveniet ingentem numerum & acervos auctoritatum aliter applicatarum, quam fuerit intentio auctorum, ita ut etiam nonnihil inquilinum hæreſi ſequatur, quod multo propius eſt, quam vicinum.* Ac ne cun-

cuncta revolvat, unum hoc pro exemplo ad a-
muſſim penſitat, quam benè Judæorum gen-
ti applicaverit id quod dicunt Moſen ſcripſiſ-
ſe: *maleficum non patieris vivere ſuper terram.*
Hinc enim efficit *Arnoldus*: Judæos, propterea
quod committant maleficia plurima, hære-
ſes, ſchiſmata, blasphemias, irriſiones Chri-
ſti & Eccleſiæ ac Scripturæ S. perverſas inter-
pretationes, exterminandos eſſe ex omnibus
mundi augulis. Verum hoc non ſolum præ-
ter intentionem, verum etiam contra men-
tem auctoris & legislatoris dici, inde proba
Reuchlinus, quod eodem capite Exod.
XXII. multa quoque enumerentur maleficia
corporis, quibus mors non infertur, ut fur-
tum, ſtuprum, ac ſimilia, docerique ibi ſolum
Magicam & idololatriam mortis ſupplicio
puniri debere: atque ſic etiam Moſen in fon-
tibus loqui: מכשפה לא תחיה *maga non vivat*
in fœmino genere; non dicere ipſum, male-
factrix, ſed maga, malefica, lamia, nec ad-
dere *ſuper terram*, ne forte illi vel in aqua cum
piſcibus, vel in igne cum ſalamandra, degen-
dum ſit. Male igitur trahi ad ad omnes ho-
mines malos, quos Deus non velit pati, ut
vivant, qualicunque maleficio ſint obnoxii,
contra *Auguſtinum* ad *Donatum*, ſic ſcribentem:
*ex occaſione terribilium judicum & legum ne æter-*
*ſupplicii pœnas luant, corrigi eos cupimus, non necari,*
*nec diſciplinam circa eos negligi, nec ſuppliciis, quibus*
*digni ſunt, coërceri.*

Haud minus impertinenter ad Judæo-
ru

rum libros accommodari docet illud Tullii: *gladium furioſo de manibus auferri debere*, quoniam libri quoque eorum animas necent, non tantum illorum ipſorum, ſed etiam uxorum & liberorum; cum primò *Ciceroni* ſermo ſit de non reddendo, minimè autem de vi auferendo gladio: deinde quod diſſimilis ſit utriusque cauſſa. Tullium enim ideò ſic præcepiſſe, ne furioſus in ipſo furore ſæviens vitam corporis amittat. Arnoldum autem de animæ vita loqui, quam tamen perfidi Judæi non habeant, ſecundum illud Johannis: *qui habet Filium DEI, habet vitam; qui non habet Filium Dei, vitam non habet.* Et hoc Salvatoris effatum: *Amen, amen, dico vobis, niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Ejusdem generis eſt & hoc, quod ad Judæos transſumit Arnoldus, *reſecandas eſſe putridas carnes.* Mentem enim auctoris ibi aperte inquit Capnion patere, eumque loqui de Chriſtianis tantum, quoniam ſequatur ſtatim: *& ſcabioſa ovis à caulis repellenda*: jam certum eſſe, inquit Capnion quod Judæi non ſint caulis ſ. ovilibus Chriſtianorum. Porrò queritur generatim Arnoldum per omnes libellos ſuos diſcurrendo, quicquid de noſtris hæreticis & Chriſtianorum hæreſi ſcriptum eſt, id totum ad Judæorum hæreſes ſolummodo, ad ſe infamandum, callide retorquere, præter, citra & contra omnem mentem & intentionem auctorum; illum deſpicere

cere jura, quorum intentio, mens & voluntas ſit, quod pœnales conſtitutiones caſum proprium non excedant, præſertim quando verba legis, dicentibus *Baldo & Joanne de Imola*, ſint adaptata ad certas perſonas; tunc enim non debere trahi legem ad alias, etiamſi quis omnia velit in confuſo commiſcere tam titulos, quam leges, favore religionis.

Hoc quoque ad extremum in Arnoldo notat, quod falſa opinione indoctos excæcare ſtuduerit, quaſi non licuerit præſens argumentum, fidei ac morum, ut contendebat Arnoldus, tanquam in civili caſu per juriſperitum aliquem qualibuscunque hinc inde allegationibus tractare. Etenim neque de fide, neque de moribus Imperatorem diſputare voluiſſe, nec quæſtionem fuiſſe: an Judæi eſſent fideles orthodoxi, an crederent noſtram Eccleſiam ſanctam, cum omnes fateantur, Judæos eſſe hæreticos: ſed an Judæorum libri eſſent de jure perimendi, &, an utile eſſet Eccleſiæ, ſuppoſito quod hæretici, erronei, aut ſcandaloſi eſſent. Id quod cognoſcere & dijudicare, Canoniſtis non denegatum. Juris conſultos etiam aliquos eſſe in Eccleſia, &, vel Arnoldo invito, Eccleſiaſticos ſcriptores & catholicos Doctores vocandos. Imò paulo poſt initium ſuæ defenſionis oſtendit Reuchlinus ex Jure, Judæos non cadere in officium Inquiſitoris hæreticæ pravitatis, quia non dicantur proprie hæretici, nec Colonienſenſibus Theologis compe-

re in ſe jus aliquod, ſed Epiſcopo tantum.

Poſt falſas opiniones, quas imperitis prædicaverat *Tungarus*, ſequuntur, ſecundum ordinem à Reuchlino inſtitutum, falſæ atque ſophiſticæ argumentationes; ubi cornutum *Arnoldi* ſyllogiſmum ſibi objectum non tam examinat, quam ridet, ac mirum ait, cur non auritum eum vocaverit Tungarus, cum ab aſino procederet. Putabat autem *Arnoldus*, noſtrum pugnantia dixiſſe, ſibique non conſtare, quando affirmavit, ſe quondam in curia Imperatoris *Friderici* III. à Judæis audiviſſe, quod extinxerint famoſos & nefandos libros, *Tolduth* Jeſu *Hanozri*, & *Nizahon*, diligenterque prohibuerint, ne ulterius talia ſcriberentur; poſtea verò ad nobilem quendam ſcripſit in hæc verba: *Omnes Judæi uſque in hæc tempora, quamdiu* Judæi *ſunt, blaſphemiæ hujus in Deum participes eſſe & ſingulari gaudio affici, ſi aliquid in opprobrium & contumeliam excogitare poſſint aut effingere, manifeſtum eſt ex omni eo, quod vel faciunt, vel omittunt, etiam ex conſueta ſua oratione & libris ſuis, quos contra nos ſcribunt & legunt, quemadmodum ex libro* Nizahon *& ex oratione* ſelamſchummodim *clare notari poteſt.*

Falſæ Arnoldi argumentationes.

Hinc ut fortius noſtrum ſtringat, hunc cornutum ſyllogiſmum ſtruit: *huic aſſertioni Judæorum in curia Imperatoris id ſibi dicentium libellos præfatos prohibitos eſſe, aut credidit ab initio, aut non credidit. Alterum eorum fateatur neceſſe eſt. Quod ſi non credidit, ergo exiſtimavit commentitium & falſum; quare conſilio ſuo in tam*

*arduo negotio non immiſcendum. Si autem credi-tur ante ferme quinque annos ad nobilem quen-dam ſcribens dixit, manifeſtũ eſſe, quod tales libros habue-*

Noſter valde prolixus eſt, non tam, ut dixi in refellendo hoc cornuto ſyllogiſmo, quam deridendo imperito in Logica magi-ſterculo, cui alios opponit, ut illum Senecæ: *quod non perdidiſti, habes. Cornua non perdidiſti, E. cornua habes.* Et hunc de ſuo ingenio: *Janus eſt bifrons, & tu es bijanus, ergò tu es qua-frons, & inter Bacchantes quadrifontes perpetuò numerandus. Bacchantes enim*, inquit, *eos Ger-mani vocant, quos Galli bijanos.* Cum multis verbis oſtendiſſet, *Arnoldum* non eſſe Philoſophum neque Theologiæ Doctorem, niſi ſit Doctor creatus ex nihilo, ita ad omnia ejus objecta argumenta generatim reſpon-det: *omnia pene argumenta ſua incipit per verba hu-cemodi: ut videtur, viſus eſt, ſuſpectus videri po-ſorte divinatur, apparet, ego puto, velle vide-hæc dicta hæreſim ſapere videntur: quantum ego con-jicio, hoc vel illud eſſet impertinens, apparet hic im-pertinenter allegare; cum tamen in tuo fuerit ar-trio, Cæſar, collocatum, quid te moveret* ut perti-nens vel impertinens, tanquam judicis non partis. *Per totum autem famoſum libellum ſuum fere nihil audet iſte quaſarius opponere aut argu-niſi per hanc dictionem indeclinabilem quaſi, quaſi, ſomniatoris inſtar, ut quaſi velit hoc innu-quaſi vellet dicere, quaſi in materia civili, nulla deberet eſſe cura pro alio. Significat au-hæc dictiuncula quaſi aliqualem ſimilitudinem, ſimile non eſt idem, quemadmodum nihil eſt tam*

*rum, quam ſimile.* Paulo poſt adductis hanc in rem multis exemplis, ſic concludit: Cum igitur dicat iſte Theologiſta, *quaſi hoc vellem dicere*, non propterea debet continuo ſyllogizare, quod revera dicere voluerim, quemadmodum fortaſſe non volui hoc dicere, ſicut & ſæpe voluntatem contrariam in mea declaratione legit. Sic contra ubi dicit, quaſi nulla deberet eſſe cura pro aliquo, non debet mox ſyllogiſare quod voluerim nullam eſſe curam pro altero, cum ejus contrarium inveniat in declarationibus meis, quod debeat alterius pro altero cura eſſe ſuo modo limitata. Valeat igitur iſte *quaſarius* cum ſuis *quaſalitatibus* in malam crucem, adverſus quem ſpero cunctos præſtantes & veros Theologos indignari tanquam contra inhoneſtiſſimum *quaſarium* & contra ſuas latrunculas *quiſalitates*.

A falſis argumentationibus demum ad *crimina falſi* quæ commiſit *Tungarus*, progreditur. De quibus ipſa Capnionis verba juſtasque querelas & indignationes audiamus. *Ne conatus* (Arnoldi) *ſcholaſticè diſputando frangerentur, cœpit Conſilii mei* Sacratiſſimæ T. Majeſtati *à me obedienter expoſiti chirographum ejusque librum chalcographicè Tibi editum particulariter immutare, amovere, celare, delere, interlere, recitare dolo malo, ut veritas apparere non poſſit, & ita perfecto crimine falſi in perniciem & deſtructionem boni hominis, dignæ exiſtimationis & integræ famæ meæ, capitalia illius ſcripturæ puncta, quibus totius cauſæ fundamentum & ſtatus quieſcit, falſavit multis in locis,*

Crimina falſi quæ *Arnoldus* commiſit.

*mè illuſtribus & perſpectis.* Hanc iniquam co-
ſuetudinem non fuiſſe dicit, majoribus no-
ſtris, illis veris & verè ſanctis Theolo-
dantibus benè agendi exemplum poſteri-
omnibusque his, qui tam venerabile nom-
Theologiæ ſibi non in vanum uſurpant, q-
pe qui librum aliquem reprehenſuri totu-
lum interſeruerint de verbo ad verbum,
ab omni etiam mali ſpecie abſtinuiſſe pro-
rentur, quemadmodum *Origenes* in *Celſi* & *Cy-*
*rillus* Alexandrinus in *Juliani* libris fece-
Hancque eſſe doctrinam Chriſtianorum
S. Spiritus: aliam autem diabologorum
maligni ſpiritus, qua matrem humani ge-
ris *Hevam* ſeduxerit primus falſarius, &
multos etiam poſt eam ad caſum invitav-
ipſum quoque Servatorem, Matth. IV.
dendo, minuendo, immutando perni-
aliter, quam verba fuerunt prolata. H-
ſequi magiſtrum *Arnoldum*, cum dolo
Propoſ. II. in *propoſitione ſecunda* principium amputa-
his verbis conceptum: *Nunc autem venien-*
*ipſam quæſtionem, dico ſic: apud quemcunque Ju-*
*invenitur talis aliquis liber, qui expreſſis verbis*
*citer & plane ad infamiam, blaſphemiam, ſcan-*
*& irreverentiam* DN. DEO *noſtro* JESU &c.
*eſſet, ille poſſet imperiali mandato eis tolli, & co-*
*&c:* Hîc notat *Arnoldum* omittendo verba
*autem veniendo ad ipſam quæſtionem dico ſic,*
poſitionem tantum trahere ad ſeptimi &
timi ordinis libros, cum generatim de o-
bus omnitiò libris, cujuscunque gener-

dinisque fuerint, ipſe ea intellexerit, & ſic *Talmudica* quoque volumina complexus fuerit. Magna igitur temeritate falſarium ſcribere; ſe Talmud hæreſin continentẽ indiſtinctè conſervare voluiſſe, qui tamen illum diſertis verbis diſtincte diviſerit, primò in quatuor facultates ſuperiores, *Theologiam*, *Leges*, *Canones*, & *Medicinam*: deinde ſecundariâ diviſione in blasphemias ſ. hæreſes & fatuitates atque ſtultitias; atque ſubjunxerit: ſe quidem talia non poſſe oſtendere in locis propriis, quia Talmudiſta nunquam fuiſſet, ſed ea hauſiſſe ex auctore *Fortalitii fidei* aliisque ſcriptoribus, quos ſecutus dixerit, ſe bene poſſe credere multa eorum ſimilia inveniri in *Talmud*, qualia olim in Dominum noſtrum & ejus amicos ſæpe coram locuti ſint, ut quod eſſet fabri, & pauperis cujusdam mulieris filius: quod haberet dæmonium; quæ atque alia hujusmodi convitia cum *Arnoldus* nusquam in Evangelio ſe comperiſſe affirmat, ſuam turpiter prodit inſcitiam, & inſimul etiam calumniandi ſtudium, quando prædictas blasphemias in Chriſtum graviſſimas ſcribit *Reuchlinum* expreſſiſſe ſine ulla divinæ majeſtatis habita reverentia. In quo falſus eſt, & ſubdole omiſit noſtri verba: **wieder unſern lieben Herrn Jeſum.** Neque tamen opus eſt talem honoris præfationem ſemper addere, cum in mille locis ne ipſi quidẽ Theologi addant. Non majorem veritatis ſpeciem habet, quod in ead. propoſ. fingit, *Capnionem*

 ſta-

ſtatuere, Judæos juſtam mortis ſententiam propter quam mori debuiſſet Jeſus, ab Imperiali Judice obtinuiſſe, ſervato ordine & legum habito reſpectu. Utrumque mentitur ſtrenuè. Noſter enim non ſcripſit *Judæos juſtam mortis ſententiam obtinuiſſe*, ſed tantum aſſeruit, Judæos dicere, quod *ab Imperiali judice ſententiam contra Chriſtum* ... *uerint*. Neque ullum verbum fecit ſ. de legibus ſ. de ordine juris. Arnoldus verba **daß ſie dann mit ihm gerecht haben**/ falſè tranſtulit: *ſuper quibus etiam ipſi eum jure* ... *niſſent*. Cum potius reddere debuiſſet ... *ſuper quo tum ipſi cum eo judicio contenderint*. Verbum enim teutonicum **rechten** ſignificat in judicio contendere ſ. agere, non conſiderato vel jure, vel injuria.

Simile falſi crimen notat Reuchlinus ... *Arnoldo* commiſſum in propoſitione VI. ... hæc ipſi tribuit verba. *Hujusce ac ſimiles* ... *tentiæ poſſent forte in Talmud reperiri, in his* ... *ſ. angulis, in quibus eas ſcribendi materia* ... *giſſet*. Hic pro *occurrit*, vel *obtulit ſe*, interpretatus eſt *exegit*. Ita enim Reuchlinus ſcribebat: *Talis & ei ſimilis intentio poſſet for*... Talmud *reperiri in illis locis, ubi ſe materia* ... *liſſet*, **da es die materie begeben hätte davon** ... **ſchreiben**. Dicta autem mutavit ideò *Arnoldus*, ut ignorantibus calumniandi occaſionem perſuaderet, quaſi Reuchlinus dixiſſet Judæos neceſſitate compulſos eſſe, & compelli, ... talia ſcribant. „Unde ſic exclamat in ...

tor: *quæ eſt iſta materia, quæ requirere poſſet apud eos, ut blaſphemetur CHRISTVS, ut immaculata virgo deturpetur, dehoneſtentur ſancti Apoſtoli &c.* Idem in VII. propoſ. falſi crimen commiſit, quam quaſi his à Reuchlino conceptam verbis refert: *iſtis omnibus præmiſſis dico, ad quæſtionem propoſitam, quod* Talmud *non ſit comburendus neque deſtruendus*; cum tamen Noſter ſequentia adjecerit verba: *non loquor hæc ideo, quod ego* Talmud *velim bonum facere, ubi abjiciendus eſt, ſed tantummodo ad oſtendendum, quod non comburendus vel delendus ſit propter id, quod in eo aliquæ ſtultæ & fatuæ intentiones per modum diſputandi ſ. diſſerendi contentæ ſint.* Totum hoc omiſit falſarius, ideoque obnoxium ſe ejus pœnæ reddidit, cujus *Cicero* meminit in oratione pro *Roſcio* Comœdo: *æquè etiam tabulæ condemnantur ejus, qui verum non retulit, & ejus qui falſum perſcripſit.* Quæ diſtinxit noſter ſedulò, ille confudit ſubdole. Quando enim Reuchlinus generatim ad quæſtionem ſibi propoſitam reſpondit, omnes libros blaſphemos, hæreticos, magicos & reprobatæ lectionis eſſe comburendos, nonne ſatis diſtinctè affirmavit, ut ſi reperiatur aliquis *Talmud* hæreticus, videlicet contra tolerantiam Eccleſiæ, quod ille ſit comburendus? Merito igitur *Arnoldum* inſcitiæ Logicæ artis arguit, dum vitio imò crimini ſibi vertit, quod Talmud non eſſe comburendum ſcripſerit. *In hoc enim*, inquit, *univerſi conveniunt, ſi omnes homines currerent præter unum Socratem, quod verè dicerem, homo non currit. Quare igitur non conſentit iſte, ſi*

*omnes Talmudici libri eſſent hæretici, & propte*
*comburendi, præter unum Medicinæ librum, qui di-*
*tur* Talmud Zeraim, *quod verè dicerem, Talmud*
*eſſe comburendum; quoniam ad indefinitæ propoſi-*
*nis veritatem ſufficit, unam ejus ſingularem eſſe v-*
*ram. Sic utraque propoſitio vera eſſe poſſet:* Talm
*eſt comburendus, &* Talmud *non eſt combure-*
Hac de re cum prolixè admodum diſpu-
ſet, tandem ſic concludit: *cum itaque in*
*quæſtione de* Talmud *non ſit eadem ratio & con-*
*in particularibus, certè indefinita neque tunc Le-*
*neque Juridicè debet æquipollere univerſali. Qu-*
*dam enim* Talmud *continet, ut ajunt, omninò bo-*
*& illa omnium judicio ſunt conſervanda: qua-*
*tantum fatua & ſtulta, & illa nullo jure ſunt ad-*
*mendum condemnata: alia verò contumelioſa* Chr-
*& ſanctis, blaſphemaque, & illa ſunt comburend-*
*iam ſecundum leges*, quamvis Judæi dic-
nullum Talmud neque contra Jeſum Ch-
ſtum Dominum noſtrum, neque contra M-
riam matrem ejus quicquam tractare, que-
admodum *R. Jehiel* filius Joſephi in diſ-
tatione Gallicana multis argumentis pro-
re conetur, nihil à Judæis contumelioſe d-
in *Mariam* virginem ejusve filium *Jeſum Ch-*
*ſtum*; ſed *Jeſum Nazarenum*, de quo *Talmud l-*
quatur, fuiſſe alium, diſcipulum *R. Joſua P-*
*haja*, ad idololatriam tandem delapſum, a-
te annos centum & decem prius, quam Je-
noſter naſceretur, qui multos Magiſtri d-
cipulos in ſuam traxerit ſectam, per lo-
deinceps tempora *Nazarenorum* nomen t-
nentem. *Quæ ſi vera eſſent de* Jeſu, *diſcipul-*

*ſuæ*, inquit noſter, *ſeveriore profectò pœna juſte plecterentur Judæi, ſi quod à ſuis majoribus ſcriptum fuiſſet, de quodam idololatra, ut ipſimet confitentur, id jam perversè Chriſtianis inſultando applicarent ad Dominum noſtrum* JESUM CHRISTUM : *& quod de alia quadam* Maria *poſitum invenirent, id in B. Virginis* Mariæ *ignominiam publicè converterent.* In hujus rei veritatem inquiſiturus Capnion, comparaſſe ſibi à quibusdam Chriſtianis ait libros Talmudicos *Sanhedrin*, & inveniſſe materiam iſtam in volumine (ſive capite potius) *Helek*, cujus hæc ſint verba: *dixerunt Magiſtri, ſemper ſit ſiniſtra repellens & dextera propinquans; non ſicut* Eliſæus *qui amovit illum* Gehaſi *cum duabus manibus; & non ſicut* Joſua *filius* Prahaja, *qui amovit illum* Jeſum Nazarenum *ambabus manibus.* Subjicit tamen hiſtoriarum peritos tradere, totum hunc tractatum de Jeſu fuiſſe peractum ſub *Hircano Machabæo, Simonis Machabæi* filio, qui vixit centum fere & decem ante Chriſtum natum annis, & aliquanto etiam amplius ſecundum *Joannem Annium Viterbienſem* in commentar. ſuper Philon. de tempor. Poſt quæ ſic ſcribit: hæc incertus adhuc nec affirmo, nec nego, quod proteſtor, ne alteram calumniandi mei ſumat adverſarius occaſionem: tamen cum negatio Judæorum quorundam faciat in judicio cauſſam dubiam in notoriis, ut ſaltem opus ſit proceſſu declaratorio, non potui omnes libros Talmudicos judicare ad ignem. Quare in mea deciſione contra blas-

phemos libros facta de cremando, addidi h verba: attamen nõ aliter, quam poſt ſufficien tem examinationem & legitimam ſententi

ad propoſ. IX. His hunc in modum expoſitis ad prop ſitionem IX. pergit, in qua denuò *Arnold* mentem ſuam & verba pervertiſſe, obſ vat. Cum enim de oratione, cujus initi eſt *velamſchummadim* ſcripſiſſet, *accuſationem cumferri adverſus* Judæos, *quaſi ipſi eam deber orare ſpecificè*, ut dicunt, *vel particulariter* co *nos Chriſtianos*, als die das ſolten beten ſunder wieder uns Chriſten / falſarius hæc verba convertit, vel potius pervertit; quaſi hanc o rent ſignanter contra nos. Per quod adverb

v. ſupr. p. 350. *ſignanter* dicit *Reuchlinũ* negare, quod nõ poſſ Chriſtianos in ſua petitione deſignare Jud Id vero nunquam dixit Capnion & nuſpia Sequitur aliud crimen falſi, quando ſeque tia verba, ſo findet man kein Wort dari daß weder die Taufften / noch Apoſteln / n Chriſten / noch das Römiſch Reich bede oder heißt / ita traduxit: *invenitur nullum v bum in illa oratione eſſe, quod contra bapt tos, aut Apoſtolos, aut Chriſtianos, aut R num Imperium interpretetur, aut ſonet*; cum eſſet transferendum poſtremum vocab lum, *ſignificet*, vel *vocet*. Ex falſa autem i terpretatione, dolo malo conficta, inve tur contra noſtrum, dicendo, quod eam o tionem ille affirmet Judæos non orare c tra nos. Id ſimpliciter falſum eſſe Reuch nus reſpondet, & aperte palamque

bit, *nunquam ſe negaſſe eam orationem factam eſſe univerſaliter & in genere contra omnes Judæorum inimicos, ſed probabiliter tantum inficiatum, illam formulã communibus verbis compoſitam, contra Chriſtianos, aut contra Romanũ Imperium particulariter & ſpecialiter factam eſſe, aut ſic à Synagoga dici.* Quem vero quilibet ſingularis Judæus in animo ſuo ſignet orando, ſe neſcire, hoc tamen exploratum habere, quod Judæi omnes obſtricti præcepto ſynagogæ ſint, ut pro pace regni preces fundant.

Quod verò *Arnoldus* provocat ad eorum teſtimonium, qui deſerto Judaiſmo Chriſtianam religionem amplexi ſint, id ſibi haud immerito ſuſpectum noſter dicit. Tum quoque eo nihil contra ſe effici, cum id tantum affirmare ſuſtinuerit, nullum eſſe vocabulum in iſta oratione, quod de proprietate ſermonis ſignificet ſ. baptizatos, ſ. apoſtolos, ſ. Romanum Imperium. Neque hactenus productum locum extra hanc cauſſam receptum & adprobatum, ubi *meſchümma* præciſe id notet. Quamvis autem hæc de proprietate & natura vocabulorum diſputavit, tamen nihilominus per hoc voluit *non ſolum Grammaticè, verum etiam Logicè, Ethicè, & Juridicè nullam debere fieri interpretationem, transſumptionem ſ. metaphoram nominis aut vocabuli cujuscunque in perniciem alicujus, quod æquè poſſit in bonam partem interpretari, tum autem multo minus, quando poteſt tendere ad homicidia & ſeditionem*, quam intendiſſe *Pepericornus* ex libel-

lis

lis ſuis fortiſſimâ conjectura deprehenditu, dum non ſolum hand orationem *velamſchm madim* falsè traduxit, ſed etiam mox illam ſe-quentem, majore dolo malo, quam in feſt *Kippurim*, i. e. propitiationis orent in hæc ver-ba: *perturbabit* Deus *cogitationes & conſilia inimi-corum noſtrorum occiſione, gladio, fame, peſte, & cæteris præcipuis plagis: & id fiat noſtra cauſa, pre-camur.* Verba hæc omnia, quis neſcit, (ut confidenter loquitur) adverſum nos Chri-ſtianos dici, neque id diſſimulare poſſun. Sed nihil, ne fidiculis quidem extorquer Pfeffercornium hinc poſſe, noſter affirmat, & ex fideli hac verſione probare contendit: *Pa-ter noſter, Rex noſter, deſtrue cogitationes odientiu nos.* P. N. R. N. *confunde conſilium inimicorum no-ſtrorum.* P. N. R. N. *fini omnem tribulationem & adverſitatem à nobis.* P. N. R. N *fini peſtem & gla-dium, & famem & captivitatem & plagam à fi *fœderis tui.* Unde liquet, quod Judæi à ſe-pſis potius deprecentur mala, quam quo aliis imprecentur. Cætera loca ſ. propoſi-tiones doloſe depravatas ab Arnoldo, ſu defenſionis ſuæ finem in compendio exhibe civis noſter, & de hoc adverſarii ſui nefari auſu ſubjicit: *falſavit omnia diabolice interpretan-do in pejus, cum potuit interpretari in melius, & commutavit modos verborum, perinde atque debe reputari aſſertio mea, id quod ſentio Judæos contr meam deciſionem opponere.* Neque enim judi-cavit opus eſſe, omnia atque ſingula proli refellere, cum ejus *declaratio* in omnium au-ribus ſonet, in omnium oculis verſetur, ub

mul-

to ante omnia adverſariorum argumenta ſoluta, perfracta, repulſa ſint, omnia enthymemata ſuffocata, ſophismata comminuta, & exploſa ingenuè, atque ſanctè, tanto robore, tanta firmitate, ut ſi quas in poſterum ſibi finxerint fallacias, technas, pſeudologias *Conſilio* contrarias, ex eisdem diſputatis & ex eadem declaratione Germanica lingua conſcripta videri queant cineritiæ nebulæ & nebulonum præſtigia, quibus turbæ inerti oculorum acies præſtringantur. Eo igitur ſua ſcripta tanquam ad cujusdam Tutani aſylum refert, & tum cuique doctiſſimo ſolertiſſimè judicanda committit, non ſui nimis amanti, neque nimis inimico, cum utriusque ſuſpecta ſint judicia.

Ad extremum, ſi qui miraturi ſint acerbum nonnihil ſcribendi genus, quo in hac defenſione uſus eſt, eis reſpondet, non ſe levitate quadam eo inductũ, ſed neceſſitate coactum, cum natura mitis ſit & manſuetus, atque abhorreat ab omnibus calumniis & conviciis. Capitalia autem crimina ab hoſtibus objecta, hæreſin ſignificantia, leniter præteriri haud potuiſſe, ſed *Herculis* clavo repercutienda fuiſſe, Hieronymi inſtinctu, qui contra *Joannem Hieroſolymitanum* Epiſcopum ſcribat: *nolo in ſuſpicione hæreſeos quenquam eſſe patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam ejus diſſimulatio conſcientia judicetur, ſi taceat.* Facile alioqui ſibi fuiſſe, ſi non magis quid ſe deceat, quam adverſarii qua ſint ultione digni, con-

conſiderare voluiſſet, carminificibus carmine obviam ire, cum puer adhuc ſ. pari, ſ. impari menſura verſus torneaverit, quoquoque die ducentos fere, & ſi elegiam cuperent, ſic incipere:

*Blaſphemi Arnoldus falſarius hæreſiarcha*
*Ortvvini ſocius cernitur hocce libro.*

Aut ſi majorem voluptatem ex carmine heroico tanquam aliquis hæres glorioſus de ſtirpe gigantum ſibi conciperent, hoc modulo exordiri:

*Arnoldus fautor philodæmonis hereſiarcha*
*Rector Agrippinus infamis Capniomaſtix.*

Atque ſic etiam compendium Lectori dedimus *Defenſionis* Reuchlini A. M.DXIII Kalendis Martiis editæ, ubi ſedulo ſemper ſtuduimus, ut mentem auctoris redderemus propriis ipſius verbis, ne quis, ſi quid gravius acerbiusve dictum ſit, id nobis tribuat. Potuiſſemus etiam alicubi noſtrum qualecunque interponere judicium, in quæſtionibus haud parvi momenti, ac iis præcipuè, quæ de Judæorum in Chriſtum gentemque Chriſtianam blaſphemiis movebantur, in quibus noſter nimis credulum ſe Judæis præbuiſſe videtur, quaſi preces in nos directas non habeant, honorifice de Servatore noſtro JESU CHRISTO ejusque aſſeclis loquantur & ſcribant. Contrarium multis argumentis docere valerem, ſi inſtituti ratio id permitteret. Interim

rim ſtudioſos remitto ad ſcripta amoibæa *Samuelis Friderici Brenzii*, converſi Judæi, & *Salomonis Zevi*, apellæ aſtutiſſimi edita, cum verſione latinâ juſtisque animadverſionibus aucta à Clariſſ. viro *Joanne Wülfero*: & ad Nobiliſſ. DN. *Chriſtophori Wagenſeilii* librum vaſtiſſimum, quo arcanos & horribiles Judæorum adverſus CHRISTUM DEUM & Chriſtianam Religionem libros ἀνεκδότους ex Europæ Africæque latebris erutos in publicum protruſit. In illis quoque ſunt *Nizzachon* vetus auctoris incerti & *Toldos* JESCHV, quorum frequens hactenus mentio partim apud Reuchlinum, partim apud ejus adverſarios fuit. Illis jungi quoque velim *Joh. Buxtorfium* in Lex Talmud Rad שמר fol. 2441. ſeqq. Alios lubens prudensque prætermitto, illos præſertim, qui ſ. invidia excœcati, ſ. neſcio quo zelo inflammati libellos contra Judæos in vulgus ſpargunt ut vulgo eos exoſos reddant, cum tamen Judaicarum rerum minime ſint periti, & rumoribus vagis ſæpe turpiter decipiantur atque incautos decipiant.

Acta judiciorum inter Hochſtratū & Reuchlinum Moguntiæ. p. 42. ſeq.

Poſt Apologeticum hunc à Reuchlino editum longe majus excitatum certamen eſt à Colonienſibus, quod in Oratione breviter expoſuimus. Nunc prolixius nonnihil illud enarrabimus ex ipſo Reuchlino, qui epiſtolam hac de re ad *Jacobum Wimphelingum* dedit; eam cum edita typisque quantum nobis conſtat, exſcripta nondum ſit, ſed manu exarata

ad

ad Parentem meum pervenerit, integ
inſeremus.

*S. D. S. Unus. Duo. Tres. Quartus.*

Epiſtola Reuchlini ad Wimphelingum.

*O Amice* Wimphelinge*! Vbi nunc eſt ex*
*fratrum Prædicatorum in Alemanniæ Provinci*
*mero, qui me fraternâ charitate, quam de illis*
*jam tempore, imò longiſſimo & conſiliis meis*
*xiliis meritus ſum, proſequatur? Sic enim* Socr
*apud* Platonis Timæum *ejulat. Et heu priſca*
*Nemo hercule!* Nemo. *Magis autem quaſſato*
*in tertium mihi annum & à latronibus vulne*
*non eſt, qui opem ferat, non eſt, qui conſulat, neque*
*cerdos neque Levita, prædicatorum præſertim*
*in quos tot & tanta beneficia contuli, ut illa ſui*
*teris atteſtentur, ſatis enunciare non poſſe.*
*nuò Samaritanus, id eſt, ſecundum etymolog*
*ſuam,* Obſervator *quidam, elegans Scotiſta, in*
*pore ſuccurrit, Evangelicam obſervans regulam,*
*ſinum proximi ex puteo absque nocumento tra*
*Et ſubitò* DEVS, *ecce* DEVS*! in me namque*
*prehendendo prædicatores ita ſunt excœcati, u*
*Evangelium profeſſionis ſuæ imitantes, nec* Ec
*Canones, neque modum, neque modeſtiam nôrint.*
*gavi namque Dominum in Dothan & dixi:* perc
obſecro, hanc gentem cæcitate, percuſſitque eos
minus ne viderent & ne agnoſcerent viam. *Qu*
*ce clarius intelliges. Nam 17. Kal. octobres* Jac
Hochſtraten, *Prior Colonienſis Prædicatorum,*
*nominat Inquiſitorem Provinciæ Moguntinæ, cum*
*en is neque ſit, neque eſſe poſſit ex ordinis ſui c*
*tutionibus, miſit ad me ſcripturam privatam &*
*authenticam, nec ipſe nuncius de commiſſione ſ*

*dem fecerat, quâ me citavit, ut eſſem* Moguntinæ *poſt earum litterarum inſinuationem ſextâ die, horâ manè octava, ut viderem contrà libellum meum* oculare ſpeculum *inſcriptum procedi rigoroſo, ut ipſe ajebat, proceſſu, nemine accuſante, nullo deferente aut denunciante, ſed ex ſola temeritate ſuâ ac ſuperbia. Jam ſentis volandum mihi fuiſſet à Stutgardia Moguntiam ſpatio 22. milliarium alemannicorum, quæ faciunt plusquam centum & decem Leucas legales, idque in diebus quatuor cum dimidio, in cauſa tangente rem maximè arduam, ſcilicet famam, honorem & capitis diminutionem. Miſi Procuratorem cum mandato, ut Jacobum illum Prædicatorem cum ſuis complicibus (erat enim ſuorum fraterculorum caterva ſtipatus) judicem recuſaret, ut inimicum mihi atque libellis meis quàm maximè ſuſpectum, quod docebam per multos* Articulos *in ſcriptis exhibitos, ad quorum veritatem probandam in continenti me obtuli coram Arbitris juris compariturum, & nominavi pro mea parte* Vicarium *Epiſcopi* Wormacienſis, *petens & ipſe ſuum nominaret arbitrum, coram quibus ea ſuſpicio legitimè veniret probanda, prout de jure. At frater* Jacobus *refutavit & renuit ire viâ juris, ſed ut ipſe cum ſuis contribulibus adverſum me hactenus conſuevit, violentia facti elegit & recuſationem admittere noluit. A quo gravamine meus Procurator appellavit ad ſedem Apoſtolicam, cui Apoſtolos refutatorios ille dedit. Et ſic finita eſt hæc inſtantia. Poſteà verò me neſciente frater* Jacobus *factus eſt pars, qui prius voluit eſſe judex: & à Domino Moguntino tanquam Ordinario loci, etiam adminiculo Imperialis mandati ſurreptitii & obreptitii delegatos quosdam impetra-*

vit commiſſarios; omnes Thomiſtas & mihi quàm ſu-
ſpectiſſimos, ſibi autem amiciſſimos, quibus ſuam p-
tenſam jurisdictionem ſubdelegavit. Cumque jam v-
lent alterum proceſſum, imò alium, contrà libel-
meos inſtituere, timentes ne fortè in mea præſen-
e jure nihil agere poſſent, affixerunt circiter VIII.
Octobres manè ad valvas Eccleſiæ majoris Mogu-
locô citationis quoddam generale edictum, non inſe-
ullâ commiſſione, nec ullo expreſſô nomine citando-
in hanc ſententiam: ut quisquis ſua putaret intere-
compareret hora tertia ejuſdem diei poſtmeridia-
ad videndum procedi contrà oculare ſpeculum J-
hannis Reuchlin, Phorcenſis. Itaque hora tertia e-
dem diei ſeſſionem publicam habuerunt in ambitu E-
cleſiæ majoris Moguntinæ, ubi frater Jacobus Ho-
ſtraten vel de alta platea exhibuit articulos locô li-
absque ullo Adverſario, cui datus eſt terminus ad p-
bandum die craſtina immediatè ſequenti, manè h-
octavâ. Tunc eôdem die proceſſit ad teſtium exami-
tionem eorum, quos ſecum adduxerat ordinis ſui, n-
ne adverſante. Super quo præfixerunt terminum ad
ram tertiam ejusdem diei poſtmeridianam ad co-
dendũ in cauſa. Quâ hora veniente, concluſerunt,
ut concupiverant, non habuerunt adverſarium & i-
terpoſuerunt decretum, quid in ea cauſa concluſum
ſet & pro concluſo habendum: ſtatuentes terminum
ferenda ſententia definitiva, ad proximam diem ju-
cam. Quam quidem ſententiam & fratres Jac-
qui fuit pars & Commiſſarii unà ſimul pariter o-
inter ſe contrà libellum meum clam conceperunt, v-
delicet, ut publicè traderetur igni comburendus, in m-
dio fori Moguntiæ. Quapropter feria tertiâ pro-
præcedente promulgaverunt in Eccleſiis publicè
da-

*datum quod quicunque haberet libellum,* Oculare Speculum, *nominatum, deberet offerre ad manus Inquiſitoris ſub pœna excommunicationis. Ortus eſt igitur non mediocris tumultus inter ſtudentes iuris & Doctores quoſdam Vniverſitatis, aliosque ibidem quam plurimos, dicentes: ſe nunquam tàm maleficum proceſſum ac tàm iniquum audiviſſe, neque legiſſe, ubi tantopere cuncta præcipitarentur cum injuria & (ut ajunt) nulliter. Quô moti Reverendi & Venerabiles Domini, Decanus & Capitulum Eccleſiæ cathedralis, conabantur ad hoc, ut apud eosdem impetrarent aliquantulam dilationem ſententiæ conceptæ, quia ſperarent ad ſcripta eorum me perſonaliter venturum, tunc vellent de mediis concordiæ cogitare in rem utriusque partis. Prædicatores autem jam divulgaverant me nunquam eſſe venturum, nec me audere illorum vultus aſpicere; quare acceptarunt eandem dilationem uſque ad quartam feriam poſt diem* S. Dionyſii, *in qua ferenda eſſet ſententia manè ejuſdem diei horâ octava. Quid multis! Decanus & capitulum velociter id negotium totum ad me ſcripſerunt. Et ego mox aderam in die* S. Dionyſii. *Caterva autem fratrum ſcientes duos tantum dies intereſſe uſque ad feriam quartam ferendæ ſententiæ, nulla media concordiæ ejus oblata voluerunt acceptare, niſi quæ mihi eſſent probro & æterno dedecori futura. Ego verò nolui eſſe crudelis, qui famam negligerem. Vndè omnia famoſa recuſavi & coram Notario teſt;ibusque à tantis gravaminibus tam futuris, quam præſentibus, appellavi ad* ſedem Apoſtolicam. *Videntes autem Domini de Capitulo, quòd Prædicatores malitioſè fraudulenterque diem de die traherent blandis verbis, ut nihilominus ad ſententiam ferendam, quam de combuſtione librorum meorum jam*

*inter ſe clam conceperant, irrefragabili ſpe veni*
*& per hoc ſive jure ſeu injuria famam meam la*
*rent, ipſi negotium totum & cauſam omnem cum*
*leri nuntio ad Reverendiſſimum* Archiepiſcopum D
*minum Moguntinum tunc in* Aſthaffelnach *exi*
*tem, per litteras miſerunt, qui confeſtim, mox*
*co, ſuis commiſſariis reſcripſit, ut actum ſuſpend*
*ad menſis ſpatium, de voluntate Inquiſitoris & a*
*rum, &c. ſub ſpe bonæ concordiæ, cujus ſua*
*natio pollicita eſt media invenire: Sin autem n*
*conſentire in ſuſpenſionem, tunc revocavit eos, n*
*procederent, alioquin declaravit acta per eos &*
*da nullius eſſe roboris ac firmitatis, imò nunc pr*
*ea omnia caſſavit, irritavit, adnullavit & nul*
*voluit pro meliori forma. Jamjam aderat ter*
*ille dies ſententiæ ferendæ, quæ fuit quarta fer*
*qua creatum eſt luminare minus, ut præeſſet*
*& hora manè octavâ cum nondum rediiſſet à D*
*no Moguntino nuncius præmemoratus, nec ant*
*quis Adverſariorum meorum ſciret quicquam de*
*cio miſſo aut remittendo, venerunt & pavonum*
*ſibus inceſſerunt ampliſſimi Patres & Fratres P*
*catores cum ſuo Inquiſitore, irruentes turmatim*
*cum ingenti pompa: & ſimul Doctores Theologi*
*rimi, & de* Colonia *& de* Lovania *& de* Erdf
*ut dicebatur, quos ſecum adduxerant. D*
*trecentos etiam dies donaverunt indulgentiarum*
*theſauro Eccleſiæ Catholicæ omnibus, quicunque*
*actui adeſſent: undè accurrerunt plusquam mi*
*mines, cupientes videre finem, jamque pro tri*
*ſedere cœperant graves illæ columnæ Eccleſiæ, ſub*
*rum pedibus terra tremit, ac unà cum eis ſe*
*prætenſiſſimus Inquiſitor tanquam Judas, volu*

ju

*judex, qui prius fuit pars, tum ecce! accurrit nuntius Archiepiſcopi cum mandato ſuperius commemorato, quod illis requiſitus notarius inſinuavit, clarâ voce legendo coram omni populo, erat enim in lingua teutonica conſcriptum, & deciderunt vultus illorum pronoſorum, ut vix hiſcere quirent. Tunc ſurrexit* Jacobus *ille de* alta platea *& proteſtabatur de denegata juſtitia, profectò nimium frivolè & ſuperquam ferri decet, temerariè, contrà tantum & tàm* Reverendiſſimum *Dominum Moguntinum, qui non denegavit juſtitiam, ſed fovit. Sic enim ſtatuitur in* Concilio Carthaginenſi *IV.* Studendum eſt Epiſcopis, ut diſſidentes fratres ſive Clericos, ſive Laicos ad pacem magis, quàm ad judicium coërceant. *Et hoc maximè quacunque in cauſa, quando judicium oritur ex odio aut longinqua inter ſe lite, ut eſt in noſtro caſu. Nam ſic in* concilio Agathenſi *continetur. Vndè* Honorius *tertius Cardinali S. Praxedis ita ſcripſit:* poteris ad componendum interponere partes tuas & interdum aliquid ſeveritati detrahere. *Iccircò mentitus eſt* Altiplacenſis, *quod ſibi denegata fuerat juſtitia. Hoc modô confuſi rubore, imò quidam eorum livore pallidi à conſpectu hominum ſe ſubtraxerunt, per quendam ambitus illius ſtrictum angiportum in domum vicinam Canonici, neſcio cujus. ſcilicet beatæ Virginis ad gradus, cum multa ſubſannatione inſequentibus pueris, & ſtridentibus adultis, cum omnium voto & imprecatione hac non occulta:* Utinam fratres iſti arvales ipſi comburerenrur, qui huic viro bono voluerunt facere injuriam & irrogare infamiam. *Ego abii tandem. Et poſt meum receſſum ex Moguntia furibundus iſte fraterculus nomine Inquiſitor, appellationem contrà Reverendiſſimum*

*Dominum Moguntinum amiſit & ei cum notari*
*teſtibus inſinuavit, ac nihilominus ad valvas E*
*ſiæ Moguntinæ eandem appellationem intimavit*
*inſertis atrociſſimis injuriis, nominatim in hu*
*ba ſic dicens:* quod ipſe ArchiEpiſcopus teme
facto iniquum ponendo impedimentum ſuis li
ejus ſigillô communitis in figura judicii tempo
ciendæ ſententiæ publicè lectis & publicatis ſu
hujusmodi Inquiſitionis negotium & in cauſa
deputatos commiſſarios, quos in ſuſpenſionem
ſæ ad menſem conſentire noluerimus, expreſsè
caſſe dicitur & revocavit in orthodoxæ fidei & E
ſiæ Catholicæ læſionem, proceſſus fidei ſincer
legitimè inſtituti irriſionem & illuſionem Chri
delium & noſtri officii ſcandalum, juſtitiæ im
mentum ac in graviſſimum & intollerabile no
damnum pariter & gravamen. *Et cætera multi*
*piora. Quô factum eſt, ut appellationibus noſtr*
*verendiſſimus Dominus Moguntinus detulerit &*
*plius in cauſa noſtra manus apponere nolit.* D
*egi maximas Excellentiſſimæ Dominationis*
*tias. Et ſic prædonum ſtrictos evaſi glad*
*Dominus* DEVS *erat mecum, quum alien*
*ſurrexerunt adverſum me & fortes quæſiv*
*animam meam & non propoſuerunt Deum*
*te conſpectum ſuum: Iccircò nunc ſcio verè, qui*
*ſit Dominus Angelum ſuum & eripuit me de*
*Inquinatoris & omni expectatione Prædicato*
*Eram n.* DEI *gratia in appellatione mea benè fu*
*tus. In calce hoc adjungere placuit, quod Prædi*
*res ante hunc proceſſum petiverunt me neſcient*
*ſilia à facultate Theologiæ Studii* Lovanienſis &
fordienſis, *doloque malo deceperunt conſulentu*

ctores Univerſitatum, falſi ſuggeſtione propoſita. Nam cum ſit oculare ſpeculum unus totus & integer liber ſui ipſius declarativus in uno corpore comprehendens conſilium meum & ejusdem declarationẽ meam tàm Latinam, quàm teutonicam, iſti Prædicatores excerpſerunt tantummodò conſilium ſine declaratione & alia folia & alios quinterniones depoſuerunt, ut ſeorſum de conſilio meo non declarato tractarent. Et ita nobis quoque confeſſi ſunt Commiſſarii judices, quod in proceſſu iſto nullam viderint declarationem, ſed ſit proceſſus ſuper nudo conſilio. Quis unquam à libris Auguſtini removit retractationes ſuas atque declarationes? Quis à vetere Teſtamento novum depoſuit? Quis à Thoma de Aquino Capreolum ſegregavit? Quis in Jure Codicem à Digeſtis exulare fecit? Quis unquam declarationem à declarato ſeparavit? præter hos ſolos Theologiſtas. Quare obſecro Te, ut hæc ſcripta mea Egregio Doctori Sebaſtiano Brant communices & cæteris Doctiſſimis Viris tàm in Theologia, quàm in Jure, oresque meo nomine, ut judicent: ſitne præfatus proceſſus ipſò jure nullus, an verò adnullandus? Deinde quod Theologorum & Juriſtarum erit: Utrum libellus quantumcunque ineptus, tamen re adhuc integrâ per ipſum libellantem ita ſufficienter declaratus, ut nemini poſſit eſſe nocivus, nec offenſivus, & ita uno & eodem tempore atque in uno ſimul corpore editus ac publicatus, poſſit de jure ſeparatim diſcerpi & remota declaratione ſufficienti in reliquo nudo & ſpoliatô dentibus lacerari ac ignibus tradi in ſui Autoris maximum præjudicium & graviſſimum damnum. Has quæſtiones Amicis noſtris per litteras digneris mittere, & eorum concluſiones me non lateant. Ob-

*ſecro per veterem noſtram amicitiam. Vale, ex* [...] *gardia in die S. Andreæ Annô 1513.*

Joh. Reuchlin, LL. Doct[...]

Quædam uberius ex *actis* explicantur.

Ex hac epiſtola omnia fere quæ acta M[...] guntiæ ſunt, intelligi poſſunt. Pauc[...] *actis*, ut vocantur, *judiciorum* inter F. Jacob[...] Hochſtraten Inquiſitorem Colonienſem [...] Johannem Reuchlin LL. Doctorem *a* [...] *giſtro publico, autentico & ſigillato*, Hageno[...] ædibus *Thomæ Anshelmi* editis uberius de[...] rabo, vel ſupplebo.

c. ad petit. cum gl. in ver. non ſerv. & c. qualiter & quando ext. de acc. primo.

Cum A. M. D. XIII. d IX. Septem[...] *Jacobus Hochſtraten* jurisdictionem, quam [...] bere ſe putabat, contra *Jo. Reuchlini* Oc[...] re Speculum, in Moguntina provincia [...] pare vellet, intelligeretque ſervandum [...] erga homines, quos vocant, ſeculares o[...] nem juris eſſe, tanquam judex delegatu[...] literas *Reuchlinum* vocavit, iisque *Provin*[...] ſui *commiſſionem* cum ordinis privilegio i[...] ruit. Quibus acceptis *Capnion*, cum [...] tàm brevi temporis ſpatio, quod præ[...] pſit *Inquiſitor*, tantum iter conficere ne[...] ret, miſit eò legitimum curatorem cum m[...] dato, ut alium pro ſe nominaret atque ſub[...] tueret. Is die locoque præſtituto com[...] ruit una cum *Petro Staffelio de Nürtingen*, [...] legitimeque conſtituto in iſta cauſſa patro[...] & curatore: ubi ſedente pro tribunali j[...]

ce *Jacobo* productus ac prælectus eſt ipſius nomine libellus, continens accuſationis capita ſedecim, contra *Oculare ſpeculum* directa, haud quidem alia, quam quæ *Pfeffercornius* & *Arnoldus* in ſuis libellis notaverant, quæque ſupra à nobis memorata ſunt. Illis ordine expoſitis petebat, ut errores, hæreſes, & ſcandala funditus extirpentur, *Speculumq́; Oculare* declaretur à Commiſſariis hæreſibus & erroribus refertum, perfidis *Judæis nimis favorabile, Eccleſiæ Dei injurioſum, ac ſacris Eccleſiæ Doctoribus irreverentiale, & propterea ſcriptura ſ. impreſſoria arte per diœceſin Moguntinenſ. multiplicatum communi hominum uſui interdicendum, condemnandũ, ſupprimendum, tollendum ac igne publicè concremandum pronuncietur.*

Procurator Reuchlini Hochſtratum judicem recuſat.

His perceptis procurator *Reuchlini* ante litis *conteſtationem* judicem tanquam inimicum & ſuſpectum recuſavit, cauſſasque ſequentes, cur id faceret, obtulit:

*Primò proponit & dicit* D. Joannes Reuchlin, *quod* Jacobus Hochſtraten *fuit auctor, ſollicitator ſive promotor, ut creditur, primarius hujus negotii ſuper Judaicis libris comburendis, propter quod à Cæſarea Majeſtate onus ſibi conſulendi injunctum fuit.*

*Item quod præfatus* D. Jacobus *in hac cauſa particulariter conſuluit, deinde etiam communiter aliorum conſilia ſubſcripſit.*

*Item quod conſilium* Joannis Reuchlin *non in omnibus concordavit cum conſilio* Jacobi. *Vnde præſumendum eſt, ipſum* Jacobum *eſſe propenſiorem ad ſuum conſilium autorizandum quam conſilium Doctoris* Jo. Reuchlin.

*Item quod prædictus* Jacobus *dũ fuit* Decanus facul- *tatis Theologicæ, miſit in hoc negocio ad* Jo. Reuchlin *epiſtolam quandam, & in ea ſibi minime pertin- nullam ſalutationem ſcripſit.*

*Item quod contra morem ſuum erga alios* Docto- *res hactenus obſervatum, cum nullam habuiſſet* am- *cum* Jo. Reuchlin *converſationem, neque famili- tatem, appellavit eum ſingulari numero* tibizando *vulgo dicitur.*

*Item quod idem* Jacobus *in eisdem literis* ... *bus odium & inimicitia erga* Jo. Reuchlin ... *patet, motum animi ſui detexit, cujus ſit* ... *velit ſententiæ ſuper libellis dicti* Io. Reuchlin ... *longe ante ſcribendo in hanc vel ſimilem ſententi- ſcilicet ſe comperiſſe, quod dictus* Jo. *aliter ſcripſerit* ... *Chriſtianum deceret, & quod inſeruerit propoſitio- ſcandaloſas, male ſonantes, & piarũ aurium offenſi-*

*Item quod ſæpe dictus* Jacobus *tanquam pr- ta perſona, & ſolum Decanus facultatis, voluit à* ... anne Reuchlin *alterum illorum extorquere,* ... *quod revocaret, vel quod mentem ſuam latius de- laret, & cum ipſe mentem ſuam voluntarie de- vit, idem* Jacobus *nullo juris ordine obſervato,* ... *etiam Evangelica forma, mox in libellum famoſ- contra ſe edendum conſpiravit.*

*Item quod ipſe* Jacobus *unus & quidem de prin- palioribus ex numero illorum eſt, contra quos* ... *quam injuriatores* Jo. Reuchlin *defenſionem ſuam* ... *honore & fama ſua conſervanda edidit, multis* ... *viciis & quidem intolerabilibus laceſſitus, etiam* ... *hanc inſtantiam.*

*Item quod præfatus* Jacobus *eſt Prior ordinis* ... *dicatorum Coloniæ, & permiſit fratri ſuo* Ja- Magdalio *ejusdem ordinis ſibi ſubdito, & de domo*

*carmen famoſum contra jus & fas, & contra ordinis regulam, & conſtitutiones contra eundem* Jo. Reuchlin *ſcribere ubilibet per impreſſionem publicatum.*

*Item quod dictus* Jacobus *eſt de baſſa Alemannia, ſive partibus inferioribus: &* Jo. Reuchlin *eſt de alta Alemania, & libelli ſui ſunt ſcripti in lingua alta Alemaniæ, ſive Sueviæ quam linguam non ſane intelligit* Iacobus. *Et ſic præſumendum eſt, quod plus faveat notæ linguæ ſuæ quam ignotæ.*

*Item ex quo* Iacobus *prænominatus male intelligendo linguam* Ioannis Reuchlin *vernaculam, prius ad ſuæ famæ læſionem conſpiravit, præſumitur etiam nunc quod facile iterum læſurus ſit.*

*Item quod etiam* Iacobus Hochſtraten *fervens odium ſuum quod habet adverſus* Io. Reuchlin, *oſtendit nunc quoque in privata ſcriptura ſibi oblata prætenſæ citationis, ad defenſionem libellorum ſuorum, dando ſibi breviſſimam dilationem, qua non poſſet commodè itineri ſe aptare, propter magnam diſtantiam loci, & corporis ſui imbecillitatem, non ſervatis tribus edictis, ſed* peremptorium *ſuum ad ſextam diem comparendi aſtrinxit, quod non continet tantum tempus quantum tria edicta, nec expreſſit aliquam cauſam abbreviationis ſui peremptorii, immò nec habet cauſam, cum hoc negocium jam biennio vel plus absque aliquo juris proceſſu per quemcunque inſtituto ſe ſciente permanſit.*

Ex his aliisque legitimis cauſſis recuſabat *Reuchlinus* Jacobum Hochſtraten, offerebatque ſe coram arbitris juris veras ſuſpicionis cauſſas probare velle, ac nominabat pro ſua parte *Ioannem Wackerum* Epiſcopi Wor-

Wormatienſis in ſpiritualibus, ut vocant, V cariumGeneralem. *Hochſtratus* autem inj recuſari judicem conqueſtus, cum ad ocul cuivis legenti intelligentique pateat, ſca *Oculare Speculum* erroribus & hæreſibus, n interrumpendam, ſed audiendam potius, gnoſcendam definiendamque cauſſam clamavit, ut puteus toxco plenus, omni patens, celeriter obſtruatur, & petra ſcand li de via publica tollatur. Per quam In *ſitoris* interpellationem *Reuchlini* procura videns ſe ad probandam ſuſpicionem ej que cauſſas non admitti, gravarique ma rem in modum ſe ac ſuam partem, co judice ad *ſedem Apoſtolicam* appellavit, *Apoſtolos*, quos vocant *refutatorios* dari ſ petiit. His datis proceſſum nihilomin eſt ulterius, abſente licet Reuchlino ejuſq procuratore, ad exhibitionem librorum *culi Ocularis*, & examinationem teſtiu concludendo in tota cauſſa, uſque ad ſente tiam definitivam, ut prolixe *Capnion* in piſtola ſuperiori omnia enarravit, quæ miſſa ſunt in *actis* citatis. Quum vero ta præcipitanter cuncta agerentur, moti D canus & Collegæ ſ. *Capitulum* Eccleſiæ ma ris, veritique ne ſplendida ac nobilis M guntina urbs maculam inde labemque qua dam contraheret, arbitros ſe interponunt l borantque eò omni niſu, ut ſententiæ jam conceptæ definitio atque promulgatio ad iguum tempus differatur, ſpondentes ſe

Provocat ad ſedem Apoſtol.

Procedit nihilominus Hochſtratus.

Capitulum ſe interponit.

qu

quas concordiæ utrinque ſanciendæ rationes inituros. Ita quindecim dierum inducias paciſcebantur atque impetrabant ab *Inquiſitore* ut niſi intra hoc tempus negotium amicè componatur, ſententiam ferret. De his *Reuchlinum* faciunt certiorem per literas, & cohortantur, ut ipſe Moguntiam quanto cyus tendat. Venit igitur eò die *S. Dionyſio* feſto, comitatus aliquot Würtembergenſibus Conſiliariis ab ipſo Duce illi adjunctis, inter quos præcipui fuere *Iacobus Lempus* Theologiæ & J. U. Doctor, Generaliſque ſtudii, ut tum loquebantur, in Theologia primarius Regens, & *Henricus Schillingius*, præfectus Faihingenſis, nobilis ac militaris vir. Interea ſtantibus dictis induciis *Hochſtratus* VIII. d. menſis Octobris omnibus Moguntinenſis urbis Sacerdotibus vi jurisdictionis ſuæ, prout exiſtimabat, imperare auſus fuit, ut ſingulos Chriſtianos ſub pœna *excommunicationis* ſ. proſcriptionis, Judæos autem ſub *pœnæ privationis communionis cum Chriſti fidelibus, ac nullas recipiendi à Chriſtianis uſuras interea ei promiſſas*, ſerio graviterque hortarentur, quatenus univerſi & ſinguli *habentes libellos in vulgari lingua ſub nomine Speculi Ocularis, eos traderent ad manus Commiſſariorum.* Præterea omnia media ad concordiam ſanciendam ſpectantia ab arbitris propoſita, quæ ejuſmodi fuerunt, ut cunctis tam Principibus, quam univerſitatibus & Facultati Theolog. Colonienſi fieret ſatis, & honor quoque Reuchlini

Ipſe Reuchlinus Moguntiam venit.

lini ſalvus maneret, alto ſupercilio ſpe bat *Iacobus de altaplatea*, & nulla alia ad tere volebat, quam quæ in manife *Reuchlini* infamiam tendere videbantur. Q re cum nullam Noſter ſupereſſe videret cordiæ ſpem, ac contra potius ſentiret, non ſolum ab *Inquiſitore*, ſed etiam à *Co ſariis* maximè gravatum, & ab eodem confeſſu quotidie magis gravari, mox tis Notario ac teſtibus, ut mos eſt, in ho tio, cujus inſigne Corona erat, ad *Sedem poſtolicam* provocavit, hancque provoca nem una cum *Apoſtolis* & cæteris requi publicavit.

Quæ cum reſciviſſet Moguntinus Præ Aſthaffenburgi tum commoratus, probe animadvertiſſet, multa ab *Inquiſitore* æqu *Commiſſariis* perperam fuiſſe ſuſcepta & ctata, ipſe, ut conſiliariorum ſuorum ho ſalvus maneret, nonnulla cauſſæ remedia ferre ſtatuit, quibus de conſenſu utriu partis lis contentioq; ſopiretur. Igitur datis *Capitulum* XI. Octobris die literis poſtula ut ad menſis ſpatium, citra alicujus præju cium, ſententiæ promulgatio ſuſpenda Quod cum recuſaret Hochſtratus, *Comm rios* revocavit, ac eis ſeriis verbis impera ne quidquam amplius hoc in negotio ten rent. Ab hac revocatione Delectoru qua, ut eſt in actis, delatum fuit appel tioni D. Reuchlini, etiam Inquiſitor c magna indignatione appellavit ad ſed

Ap

Apoſtolicam, & ſuam appellationem Ecclesiæ majori affixit, ſed habito Jurisperitorum conſilio appellationem deſeruit, cui atrociſſimas inſeruerat injurias, in epiſtola *Reuchlini* expreſſas, ſed in *actis*, ut multa alia, omiſſas. Interea cum hæc *Moguntiæ* agerentur ac utrique parti addicti ſemotis, quibus adhærebant, Dominis, colloquia ſubinde inter ſe inſtituerent, *Jacobus Lempus* Reuchlini partes ſuſcepit defendendas publiceque diſputandas in Univerſitate Moguntin. dummodo ſibi de ſecuritate caveretur. Sed repertus nemo fuit ex altera parte qui in arenam cum *Lempo* deſcendere auderet. Atque ſic infecta re diſceſſum utrinque eſt, cum ingenti Colonienſium rancore, ac tota cauſſa ad curiam Romanam per provocationis formulas devoluta fuit.

Igitur *Leo* X. Pontifex publicis literis, quas *Apoſtolicas* & *Breve* vocant, Judices certos huic cauſſæ cognoſcendæ & dijudicandæ præfecit. Ejus epiſtolæ ſequens fuit argumentum: Leonis Breve.

Leo *Papa* X. *Venerabilibus Fratribus, Wormacienſi & Spirenſi Epiſcopis vel alteri eorum* Salutem & Apoſtolicam benedictionem. *Mittimus fraternitati Veſtræ ſupplicationem præſentibus introcluſam manu dilecti Filii noſtri L.* Cardinalis Avennenſis *in præſentia noſtra ſignatum: volumusque & vobis committimus ac mandamus, ut vos, vel alter veſtrum vocatis vocandis ad illius executionem procedatis juxta ejus continentiam & ſignaturam*

Acta Spiræ.

*ram.* *Datum* Romæ *apud* S. Petrum *ſub an- piſcatoris d. XXI. Novembris, Pontificatus noſtri an- no primo.*

GEORGIUS autem Spirenſis Epiſco- pus, Comes Palatinus Rheni & Bava- Dux, judicis munus in ſe ſuſcepit, & dan- caſtro ſuo, quod *Vdenhemii* erat, literis d. Decembris anni prædicti, vocavit litig- tes Spiram, coram ſe, aut delectis ea- rem (ſubdelegatis) *Thoma Truchſes*, De- torum Doctore Scholaſtico, & *Georgio de- bach* Eccleſiæ Spirenſis Canonicis cau- dicturos. Hoc mandatum Moguntiæ Coloniæ publicis in locis affixum eſt, cui temperans *Reuchlinus* ad præſtitutum di- ipſe comparuit, & in ſplendido conſeſſu ctiſſimorum virorum, Theologorum a- ac Juriſconſultorum, procuratorem ſibi c- ſtituit *M. Joannem Greiffium* : Hochſtratus tem ipſe non comparuit, ſed quidam re- ſus ex prædicatorum ordine Monachus *nes Horſt de Romberg* alias *Kerſpe* dictus, ſine m- dato legitimo & ſufficienti, *ſeipſum*, ut actis legitur, *in judicio præſentavit cum qu- ſcripto in forma procuratorii, quod proteſtaba- non velle accipere in toto, ſed ſolum in parte, ut ctis ſecundæ inſtantiæ. fol. XXXIIII.* Quod c- à *Reuchlini* procuratore in multis impugna- tur, & eo potiſſimum nomine, quoniam conſtaret de indultu ſuperioris Mona- conceſſo, careretque ille requiſitis aliis pro- ratori neceſſariis, tum produxit literas

ſtius commendatitias à Jacobo Hochſtrato ſcriptas, quibus petiit ab omnibus Chriſti fidelibus, ut huic *fratri* in rebus fidem concernentibus propter Deum ſubveniant. Sed & has literas *Capnionis* Procurator refutavit, dicendo eas authenticas & fide dignas non eſſe, multaque juſte deſiderari in illis, propter quæ haberi nequeat legitimus procurator. Tandem interrogatus, an, quod dicunt, *præſtare cautionem* velit, reſpondit, neque ſe, neque *principalem* ſuum eò teneri, cum ambo ſint fratres mendicantes. Propter has & alias cauſſas delecti pronunciaverunt *Jo. Horſtium* admittendum haud eſſe, decreveruntque novam citationem pro ulteriori proceſſu valvis Eccleſiæ, ut fieri ſolebat, affigendam. Cumque nemo compareret, Anno M. D. XIV. d. XX. Februarii menſis, *Joannes Greifſius*, Reuchlini procurator reproduxit citationem valvis affixam; accuſavitque contumaciæ citatos, quod non comparuiſſent, ac in contumaciam decerni pronunciarique à delectis judicibus petiit: inique & injuſte *Hochſtratum* cum aſſeclis, tractaſſe Reuchlinum, & omnia contra hunc acta ac ſuſcepta, irrita & inania eſſe, vel ſaltem per viam, quam vocant, *attentorum & innovatorum* poſt legitimam appellationem & ex probabili cauſſa emiſſam revocanda eſſe; totamque cauſſam juxta tenorem *commiſſionis Apoſtolicæ* ad Reverendiſſ. Epiſcopum Spirenſem devolutam dijudicari.

Delecti habita deliberatione de fe-
renda ſententententia, ad ſe vocant litigan-
partes, & iterum Reuchlini procuratore p
tente decerni ſecundum ante petita, al
verò prorſus tacente, nihilque contradicen
hunc maximè in modum decreverunt: q
niam cauſſa per provocationem Reuch
rite legitimeque ad ſedem Apoſtolicam
ctam, ad ſe, volente ac imperante Pon
devoluta eſſet, ſe, quod ſui eſt officii, fa
ros, progredi ulterius velle. Hunc ſer
nem interrupit *Inquiſitoris* procurator,
mandatum aliquod ſigillo Curiæ Epiſc
lis Colonienſis munitũ & per Notarium
dem Conſiſtorii ſubſcriptum atque obſig
tum exhibuit, in quo rata habebantur &
probabantur cuncta per procuratorem
ctenus acta, aliumq; ei adjungi petebant
cum facile à delectis impetraretur, a
illi ſimul neſcio quam petitionem prod
runt, ac demum exceptiones contra
ſcriptum & appellationes. Ad
*Greiffius* regeſſit, illud de provocatione c
expeditum ſatis & judicum ſententiis d
ſum, eoque poſtulata adverſæ partis re
lenda eſſe. Quod verò ad mandatum q
attineat, ei ſe, ſi delectis videretur ſuffic
ſubmiſit, & petiit dictis procuratoribus p
gi terminum *libellandi*; quod & impetr
licet contra niterentur vehementer Inq
tores curatores, qui mox exhibuerunt d
ſchedulas, priorum appellationum, uti
reb

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

rebant, correctorias, ac tertiam quoque appallationem, petentes inſuper reſponderi ſibi de Apoſtolis. Hac de re dum inter ſe deliberant *ſub delegati*, Joannes Pfeffercornius, qui una tunc cum prædictis fratribus prædicatoribus aderat, ſchedulam quandam impreſſam, continentem Colonienſium ſententiam *Ocularis Speculi*, de quo tum diſceptabatur, *condemnatoriam*, publicè in Aula ante auditorium affixit, in hæc ſcriptam verba: *CHRISTI crucifixi noſtra opprobia ſua incarnationis & amaræ paſſionis myſteriis delentis nomine invocato, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum & ejus juſtitiam & religionem præ oculis habentes, ipſiusque in religionem divinam, quæ in omnium tendunt injuriam, commiſſa opprobria, ac hæreticæ ſuperſtitionis invia, inulta dimittere nolentes, in cauſa inquiſitionis contra* Speculum Oculare Jo. Reuchlin *inſcriptum, in proceſſu cauſæ clarius deſignatum inſtitutæ, (citra tamen ipſius auctoris notam, quem ob ejus humilem ſubmiſſionem & alia ejus laudabilia ſcripta pro catholico habemus. Poteſt namque non hæreticus dicta hæreſim ſapientia ſcribere, ut de abbate* Joachim *apud jura conſtat) per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam actis, cauſæ meritis diligenter viſis & reviſis, Theologorum &* Juriſperi*torum nobis communicato conſilio, pariter & aſſenſu ferimus in his ſcriptis, pronunciamus, decernimus, & declaramus, memoratum libellum hæreſes ſapientem, & errores multos continentem perfidis Judæis plusquam deceat, favorabilem, Eccleſiæ Dei injurioſum, ac ſacris Eccleſiæ Doctoribus irreverentialem, Chriſti fidelium, maxime ſimplicium, ſcandaliſativum, ipſumque propterea ſcriptura ſeu impreſſoria arte per*

Colonienſ. ſententia condemnatoria Ocularis Speculi.

Colonienſium *diœceſim multiplicatam*, *com-*
*hominum uſui interdicendum, condemnandum, ſu-*
*primendum, tollendum, ac igni publice concre-*
*dum, prout interdicimus, ſupprimimus, tollim-*
*riter & igne concremari præcipimus.*

*Lata & executa publico incendio* Coloniæ ſe-
*tentia in die Scholaſticæ virginis &c, Anno* XIII.

Hanc ſchedulam ubi publicatam v
Reuchlini procurator, conqueſtus eſt
ctum eſſe temerè atque nefarie, ſine
quam autoritate, ac vergere in contem
*jurisdictionis* Epiſcopi Spirenſis & *ſubdele-*
*rum* judicum: petiitque nunciari publice
*fercornium* incurriſſe pœnam excommu-
tionis, ac eidem mandari, ne talia in poſte
tentaret. Quod poſt multas altercat
tandem factum à delectis eſt, qui &
*los refutarios* dederunt. Interea *Reuch-*
cum ſentiret ſe à Colonienſibus per illam
dæ publicationem iniquè diffamari, co
eſt pro ſui defenſione adverſus eos, &
ſtum ac infame illorum judicium litera
gare vernaculo ſermone ſcriptas, quib
ſtendit *fraterculos Prædicatores* contra om
& fas egiſſe, quod lite pendente ſente
*condemnatoriam* tuliſſent: neque illis
grum fuiſſe ea in cauſſa judicare, quo
Pontifex conſtituerit judices, quo tam
quam omnibus aliis judicibus ademer
dicandi poteſtatem in hoc negotio. A
Inquiſitoris ſententiam, utpote à judice
ſcripto, licet denunciata proſcriptio
dum fuerit lata, non valere: nec po

tem ejus aliò ſe extendere, quam ubi aperta & condemnata ſit hæreſis. Hic verò ancipitem caſum, ac miſſum hac de cauſſa ad Univerſitates eſſe, ut de eo diſceptaretur. Referri igitur illum ad B. Petrum debuiſſe. Præterea minimè licuiſſe Monachis comburere *Speculum Oculare*, ſed illud ex juris præſcripto brachio ſ. judici, ut ajunt, ſeculari, committendum fuiſſe. Demum id ſuſceptum ab inimicis, à ſuſpectis, de quibus loquatur c. ſecundo requiris §. 3. poſtulas, ex de appel. his verbis: *ipſa namque ratio dictat, quod ſuſpecti & inimici judices eſſe non debeant.* Hæc atque ſimilia his Reuchlinus tam clara & manifeſta eſſe aſſeruit, ut probatione ulteriori non egeant.

Dum hoc negotium de cremando libello *Capnionis* à Colonienſibus contra interdictum *Leonis*, atque tunc eadem lite & provocatione pendente tractabatur, fuit quidam ex eorum amiciſſimis, de honore tanti ordinis ſollicitus, qui præcavere futura pericula & infamiam volens literis eos monuit, ne præcipitanter agerent in tam gravi cauſſa, cupiebatque reſcire ab illis, ob quam potiſſimum rationem putent *Oculare Speculum* igni tradendum, cum nuſpiam legerit libros reprobandæ, ſed jam reprobatæ lectionis eſſe ſupprimendos & concremandos, ut ſint hæretici, famoſi, magici. Jam verò iſtum *Reuchlini* libellum non approbare magica, ſed damnare (fol. 14.) & famoſa ſcripta igni ad-

judicare, hæreſes deteſtari (f. 12.) nihil pertinaciter definire, ſed omnia Eccleſiæ ſententiæ ſubjicere, nullamque adſtruere aut continere hæreſin. Sed nullo modo fratres illi à ſuo averti propoſito ſe ſinebant, quod ſibi, ut ajebant, prius in Moguntia concepiſſent. Igitur feria II. poſt *Dominicam Reminiſcere* ad horam præfixam comparuit coram judicibus negotiorum Reuchlini curator, omniaque ſecundum citationem antea publicatam fecit, & in illius vim adverſus *Inquiſitorem* libellum obtulit, quo defenſurus *Oculare Speculum*, primum repetiit omnes ſingulasque per Reuchlinum factas conteſtationes, ſemper & ubique repetendas, quod *nihil ſenſiſſe, dixiſſe & ſcripſiſſe velit, niſi & quod, & qualiter ſentit & vult* Eccleſia Catholica *&* Pontifex, *cui ac judicibus ab eo conſtitutis omnia fidei morumque dicta ſubjiciat.* Deinceps ſtrictim breviterque exponit controverſiæ originem, accuſationis & defenſionis capita, ex libris utrinque in præſenti negotio editis; ac ad extremum petit, ut judices pronuncient atque decernant *Oculare Speculum* ab *Hochſtrato* & ipſius aſſeclis indebite, injuſte, & falſe, tacita ſuppreſſaque veritate, hæreticæ pravitatis ſuſpicione aliisque criminibus notatum & diffamatum fuiſſe, cum nullam hæreſin aut errorem ab Eccleſia publicè damnatum contineat, nec perfidis Judæis plus quam par, juſtum & æquum ſit, faveat: neque Eccleſiæ Dei, aut ſacris ejusdem Doctoribus injurioſus *irreverentialisve* ſit, ſed

ab

ab omnibus absque ſcandalo & offenſione legi publicarique queat. Hunc oblatum *Reuchlini* libellum una cum adjunctis probationibus editum & per univerſam Germaniam vulgatum, Illuſtr. Præſul Spirenſis, toto illo tempore, quod præfixum liti erat, non ſegniter, ſed accurate & prudenter ponderavit & ſcrutatus eſt, inſtituta diligenti deliberatione, non tantum cum ſuis conſiliariis, ſed aliis quoque doctiſſimis ac Theologiæ pariter & Juris peritiſſimis viris, quos paſſim ex Univerſitatibus atque aliis locis accivit. Cumque *Hochſtratus*, citatus licet ſemel iterumque, non comparuiſſet, & ipſius quoque procurator expreſſis verbis dixiſſet: *ſe non velle principalem ſuum in hoc judicio defendere*; atque à judicibus recedens appellaſſet, publice affirmans, ſe nolle coram iſtis de cætero litigare, etſi poſthac eorum conſpectui ſeſe oblaturus eſſet; delecti, inſtante atque urgente Reuchlini procuratore progreſſi ulterius ſunt, atque ſententiam, quam definitivam nominant, hunc in modum tulerunt:

Sententia definitiva Spiræ lata.

*CHRISTI nomine invocato pro tribunali ſedentes ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram ſententiam diffinitivam, quam de* Jurisperitorum *conſilio & aſſenſu ferimus in his ſcriptis, pronunciamus, decernimus & declaramus in cauſa & cauſis, quæ inter eximium Dominum* Joannem Reuchlin *LL. Doctorem, Phorcenſem, Spirenſis diœceſis ex una, & religioſum fratrem* Iacobum de Hochſtraten *Sacræ Theologiæ & ordinis Prædicatorum Profeſſorem, & in certis*

provinciis Germanicæ nationis hæreticæ pravitatis Inquiſitorem partibus ex altera, de & ſuper quodã libello Speculum Oculare nuncupato, ac per præfatum Dominum Ioannem Doctorem edito, nobis apoſtolica autoritate ſpecialiter commiſſa, & coram nobis indeciſa pendente, bene fuiſſe & eſſe appellatum ac nulliter proceſſum. Nec non libellum Ocularis Speculi ante dictum cum ſua annexa declaratione in actis cauſæ hujusmodi deductum ( cum ex declaratione & declarato unus & idem liber & ſui ipſius declarativus ) â præfato Domino Io. Reuchlin Doctore compilatum, ut præfertur, atque editum, de ſuſpicione atque inſimulatione hæreticæ pravitatis aliisque criminibus ſibi per fratrem Iacobum ante dictum hac in cauſa adverſarium, ex adverſo principalem, eidemque adhærentes, indebite, temerarie & injuſte, tacita veritate fuiſſe & eſſe notatum atque diffamatum, ſibique fratri Jacobo & eidem adhærentibus aut ſua quoslibet intereſſe habere putantibus, diffamationes & recuſationes hujuſmodi facere & publicare minime licuiſſe neque licere, & eisdem omnibus adverſariis & ſingulis aliis ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore & imponimus. Nec non pari noſtra diffinitiva ſententia decernimus & declaramus ſupra memoratum libellum cum ejus declaratione annexa, ut præfertur, nullam hæreſin aut errorem ab Eccleſia publice damnatum manifeſte ſapere aut continere, perfidis Judæis, non plus quam deceat aut jura permittant, favorabilem fore, aut Eccleſiæ Dei ſeu ſacris ejusdem Doctoribus neque injurioſum neque irreverentialem eſſe. Et ab omnibus ipſum Oculare Speculum cum ejus annexa declaratione ( quam in ſingulis conjunctam cum libello & repetitam eſſe volumus ) legi & publicari poſ-

ſo

*ſe, diffamatione in contrarium ab adverſariis deducta non obſtante ſimili modo pari noſtra diffinitiva ſententia antedictum fratrem* Iacobum *Inquiſitorem in expenſis in hujusmodi cauſa pro parte dicti Domini* Io. Reuchlin *Doctoris tam coram nobis & noſtris ſubdelegatis quam Moguntiæ legitime factis condemnamus quarum taxationem nobis in poſterum reſervamus.*

Cum deinceps *Joannes Greiffius* inſtitiſſet, citatosque contumaciæ accuſaſſet & ad ferendas omnes ſingulasque expenſas tam *Spiræ*, quam *Moguntiæ* a Reuchlino factas, *Jacobum* ac complices damnari petiiſſet, habita deliberatione, receptoque à procuratore juramento, quod tantum *Reuchlin* expoſuerit, vel adhuc exponere debeat pro lite & cauſſis antea dictis, communi ſententia *Hochſtratum* condemnarunt ad ſummam centum & undecim florenorum auri Rhenenſis; addita proſcriptionis pœna, ſi id facere recuſarent *Hochſtratus* & aſſeclæ. Acta hæc ſunt *Spiræ* in Epiſcopali aula A. M. D. XIV. indictione ſecunda, d. XXIV. menſis Aprilis, præſentibus ibidem honorabilibus viris, *M. Hartmann Lupolt* SS. Germani & Mauritii, & *Martino Zeuterum*, S. Guidonis, Spirenſium Eccleſiarum Canonicis, teſtibus ad hoc negotium deſtinatis & vocatis. Tres quoque Notarii publici inſtrumenta quæ vocant, rite legitimeque confecerunt; ut nihil prorſus deſiderari in hoc negotio potuerit.

*Hochſtratus* tamen ſententiæ *Apoſtolicæ* & mandatis à judicibus ſecundum juris regulam Hochſtratus ei non

acqui-
eſcit.

latis parere noluit, eamque tamquam injuſtam ſcheda publice affixa rejecit his verbis: Hienach ſteht der Sententz &c. zu dem erſten verwerffen / und vernichtent den unrechtlichen Sententz zu Speyr für Johanſen Reuchlin / unbillich und unredlichen geben. Præterea dicebat ad *ſedem Apoſtolicam* ſe provocaſſe, de quo tamen merito dubitabatur, quia neq; judici, neque alteri litigantium parti provocationis formulam tradiderat. Interim cum per aliquot menſes quieſceret, nec provocationem, ſi quam interpoſuiſſet, proſequeretur, *Reuchlinus* metuens, & haud abs re ſuſpicans, adverſarios peſſimo dolo negotium protrahere ſtudioſe velle, donec ipſe & ſenio & valetudine gravatus diem ſupremum obiret, ubi mortuo, quod comminati erant in epiſtola, Leoni barbam vellerent; tametſi rem judicatam pro ſe habebat, tamen fiducia veritatis fructus, Inquiſitoris, ut ajebant, appellantis tunc prætenſam quidem, provocationem, ſed diu neglectam, ipſemet diligenter ad curiam Romanam devolvit, ac eo nomine Romam miſit *Acta cauſſæ authentica* & *originalia* cum *Regiſtris*, (ut ar enim formulis hic conſuetis, licet barbaris,) *ambarum inſtantiarum*, tam Moguntinenſis quã Spirenſis, *ſigillatis*, & procuratores ſuos legitimos conſtituit, per quos ſupplicem libellum ſummo Pontifici exhibuit, etiam atque etiam rogitans, ut cauſſa hæc ſine ſtrepitu judiciorum, & quanto minoribus fieri poſſet tem-

tempotum intervallis atque expenſis decidatur; cum & probationes ſint in promtu & factum per ſe notum, ac ipſe homo privatus, ætate provectus & valetudine adverſa utens, præterea mediocris fortunæ & facultatis, tot tantisque adverſariis ac divitibus mendicantibus vix reſiſtere queat. Idem pro Reuchlino petierunt Invictiſſimus Romanorum Imperator, Reverend. Cardinalis Gurcenſis, Illuſtriſſimi Principes Electores, Fridericus Saxoniæ & Ludovicus Bavariæ Duces, Ulricus Würtembergenſis Dux, Marchio Badenſis, Magiſter inclyti Teutonicorum Ordinis, ſuperioris Germaniæ Epiſcopi quinque, Præſules infula ornati ſ. Abbates XIII. præterea tria & quinquaginta Sueviæ oppida, & multi alii nobiles Magiſtratus. Hi omnes atque ſinguli juſtam atque brevem hujus litis dijudicationem à Pontifice precibus ſollicitabant, fidei, integritatis, puræ doctrinæ ab omni hæreſeos labe alienæ civis noſtri graviſſimi teſtes. Pontifex oſtenſurus tot tantisque commendaticias literas aliquod apud ſe pondus habuiſſe, cauſſæ cognoſcendæ & dijudicandæ confeſtim præficit *Dominicum Grimanum*, Epiſcopum Portuenſem, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, & S. Marci Patriarcham Aquilejenſ. tribus linguis excellenter doctum, qualem optaverat judicem Reuchlinus, qui publicis literis A. M. D. XIIII. d. VIII. Junii ſcriptis Hochſtratum atq; Reuchlinum Romam vocavit, accitavit, huic tamen
propter

propter ingraveſcentem ætatem indulget, ut per procuratorem idoneum ſuam rem agat. Huic igitur edicto morem gerens *Jacobus* Romam contendit, multis magnisq; ſuarum aliarumque Univerſitatum, Principum item & aliorum ſummorum virorum commendationibus, pulchro equitatu, &, qui rerum gerendarum, ut & olim fuerunt, & nunc quammaxime ſunt corrupti hominum mores, nervus eſt, ingenti pecuniæ vi inſtructus, qua *Capnionis* juſtam cauſſam, famā fortunasque omnes facile ſe ſubverſurum, jactitavit. Neque fruſtra fuit, quod tanto hiatu magnus ſcilicet *Hochſtratus* comminatus eſt. Etenim ſimulac Romam venit, primum & ſummum ſtudium adhibet, ut *Bernardinus* Cardinalis S. Crucis hujus cauſſæ cognitioni judex *Grimano* adjungeretur, quem faventiſſimum ſibi jam antea expertus eſt, cum ab eo à proſcriptionis pœna liberatus fuit, parte adverſa non citata. Eundem igitur tam ſtrenuum adverſus *Reuchlinum* bellatorem futurum arbitrabatur, qualem ſe contra *Petrum Ravennatem* geſſit, memorem adhuc liberalitatis veteriſque hoſptii, quo benigne exceptus Coloniæ a Prædicatorum Ordine fuerat. Verum qui à partibus Capnionis erant, multas graves juſtasque cauſſas adducunt, cur eum recuſarent, quibus permotus *Leo* alium nominavit atque ſubſtituit judicem, nimirum *Petrum de Accolitis*, *Cardinalem Anconitanum* TT. *S. Euſebii*, *peritiſſimum*,

*mum* (ut legitur in dialogo, qui *Hochſtratus Ovans* inſcribitur, cujus autorem conjicio eſſe *Huttenum, in regulis Cancellariæ fundendis & Regiſtrorum foliis enumerandis, ſed nudiſſimum literarum ſacrarum & plane cum* Grimano *non comparandum*; addito mandato, ut hi duo Purpurati totum hoc negotium expediant, omni etiam alia provocatione remota.

Priusquam verò ea quæ Romæ acta in hoc negotio ſunt, recenſeamus, dicendum aliquid eſt, de judiciis quatuor Univerſitatum, *Lovanienſis, Erphordenſis, Moguntinæ* & *Pariſienſis*, quibus approbarunt factum Colonienſium, *Speculum Oculare* Reuchlini damnantium, & A. M. D. XIV. menſe Februario comburentium. Poſſideo iſta judicia manu exarata, antequam typis edita eſſent: habeo tamen etiam impreſſa, quibus alia quoque huc ſpectantia ſunt adjuncta, ut ex titulo quem deſcribere placuit, intelligi poteſt:

Quatuor Univerſitatum judicia contra Reuchlinum.

*Hoc in Opuſculo contra Speculum Oculare Joannis Reuchlin Phorcenſis, hæc in fidei & Eccleſiæ tuitionem continentur:*

*Prænotamenta* Ortvvini Gratii *liberalium diſciplinarum Profeſſoris citra omnem malevolentiam cunctis Chriſti fidelibus dedicata.*

Hiſtorica *& vera* enarratio *juridici proceſſus habiti in* Moguntia *contra libellum ejusdem hæreticas ſapientem pravitates.*

Deciſiones *quatuor Vniverſitatum de Speculo ejusdem Oculari ab Eccleſia Dei tollendo.*

Hæ-

Hæretici *ex eodem libello* Articuli, *ut Chriſtiani omnes malè eum ſcripſiſſe luce clarius dijudicent.*

Operæ precium haud facturum me exiſtimo, ſi ſingula uberius expoſuero. Nam quod ad prænotamenta *Ortvvini* attinet, ea probæ notæ non ſunt, ſed manifeſtò etiam falſa continent, ut quando inter alia ſcribit; *hoc quoque à nobis minimè prætereundum, memorique vobis mente amplexandum, quod in urbe* Moguntina *adverſarius ipſe ſcripta ſua ( id quod nimis auditu indignum ) defenſare in publico recuſaverit.* Nimis profecto auditu indignum eſt, ingens *Ortvvini* mendacium. Ex *actis* enim ſupra commemoratis & in compendium miſſis contrarium evincitur. Unde conſtat, neminem fuiſſe, qui cum *Jacobo Lempo* Reuchlinum publicè defenſuro, congredi & in arenam deſcendere auderet.

Neque verior eſt Hiſtorica enarratio juridici, ut vocant, proceſſus Moguntiæ habiti, ut ex iiſdem actis nemini non conſtat.

Deciſiones autem quatuor Univerſitatum quod concernit, eas non miramur, cum à Colonienſibus dolo atque fraude circumventos iſtarum Academiarum Doctores noſter in epiſtola ad *Wimphelingium* data obſervaverit. Excuſari ergo quodammodo poſſent, niſi ſententiam ſuam improvide imprudenterque latam tueri quam corrigere maluiſſent. Quo nomine arguendi præcipue ſunt Parrhiſienſes Theologi, ad quos Reuchlinus humaniſſimas dedit literas, iisque expoſuit

Reuchlini literæ ad Parrhienſ.

poſuit fideliter totam controverſiam cum Colonienſibus hactenus diſceptatam, & ut ſummam cauſſæ eò melius cognoſcerent, miſit ad ipſos 1. integrum *Oculare Speculum*. 2. *Pacem Imperialem*, quam Cæſarea Majeſtas impoſito perpetuo ſilentio ſuper eodem *Oculari Speculo* ſtatuit, à Colonienſibus nefario auſu ruptam atque fractam. 3. *Citationem Apoſtolicam & inhibitionem*. 4. *Articulos* ex quibus conceptus eſt *libellus articulatus*, *ſecundum* l. diffamari, Cod. de ingenuis & manumiſſis. 5. *Sententiam diffinitivam cum ejus proceſſu*. 6. *Literas executoriales*. Ad extremum majorè in modum eos oravit atque obſecravit, dignentur in hac cauſſa otium præferre negotio, & contra ſe, utpote filium & alumnum quondam, nihil ſtatuere, cum ad ſummum Pontificem tota res devoluta & quæſtio meri facti non juris ſit. In eandem ſententiam ad eosdem ſcribit *Vlricus* Würtembergenſis Dux pro ſuo conſiliario, nihilque ſibi gratius fore ſignificat, quam ſi permiſerint declarationem ſententiamque delectorum Pontificis nomine Spiræ latam, ſuum retinere robur. Sed nullis neque precibus, neque monitis moveri ſe paſſi ſunt Parrhiſienſes, quin imò novam ſententiam contra Reuchlinum decreverunt, hoc titulo inſignem: *Sententia* Parrhiſienſium Doctorum *condemnativa* Ocularis Speculi Joannis Reuchlin *ad ignem, non obſtantibus ſententia* Spirenſi, *aut quibuscunque aliis ejus defenſionibus per eum & illus*

Ulrici Ducis.

Illorum ſententia condemnativa.

*illuc miſſis & diligentiſſime à* Parrihienſibus *perſpectis, examinatis diu multumque per* XLVII. *ſeſſionibus diſcuſſis & tandem juſtiſſimè condemnatis, ponderata ſemper in omnibus articulis & ſcriptis autoris ipſius intentione, prout* Chtiſtianiſſimus *Rex Franciæ* Ludovicus *& alii quidam Epiſcopi pro fide ibidem piiſſimè Zelantes adhortati ſunt.* Huic ſententiæ præmittuntur *Acta Doctorum* Parrhiſienſium *de* Acta Dd. Parrhiſ. *ſacratiſſima facultate Theologica ; ad honorem duntaxat* Jeſu Chriſti *&* Eccleſiæ *ſalutem contra* Speculum Oculare *Joannis Reuchlin Phorcenſis* impreſſa Coloniæ A. 1514. Nonis Decembribus. Specioſus titulus ſpeciem præbet vaſtum eſſe volumen, quo tantæ res contineantur, cum tamen opuſculum ſit duobus duntaxat quaternionibus cum dimidio conſtans. Fucum forte fecit *Theodoricus Gaudenſis S. Theologiæ* Baccalarius *formatus, nec non* S. Facultat. Theolog. *præclaræ Univerſitatis* Coloníenſis *legatus providiſſimus, ad ſacratiſſimam divinæ paginæ facultatem almæ & excellentiſſimæ* Univerſitatis Parrhiſienſis *itemque in cauſa fidei* ( invidiæ potius ) *ſuper condemnatione improbiſſimi atque impuri* Speculi Ocularis Jo. Reuchlin *ſollicitator diligentiſſimus* ; hoc enim elogio ornatur prolixo bonus *Theodoricus de Gouda* qui epiſtolam actis præmiſit, ad præceptorem ſuum *Henricum de Geleen* SS. Theolog. Profeſſorem, nec non conventus Carmelitarum *Coloniæ* Priorem, qua narrat totum, ut loquitur, proceſſum Parrhiſiis per XIV. hebdomadas & XLVII. ſeſſiones habitum, ſuper

ſuper condemnatione ſpeculi Ocularis: ei adjiciuntur binæ literæ Chriſtianiſſimi Regis ad Facult. Theol. Parrhiſienſ. de hoc negotio, ac totidem Theologorum Parrhiſienſium ad Colonienſes: nec non Ulrici Ducis & Reuchlini ad Theolog. Parrhiſienſes.

*Pfeffercornius* Parrhiſienſibus Theologis ſuppetias forte laturus libellum Germanica lingua vulgat ſatis in Reuchlinum contumelioſum, hoc titulo ſuperbientem: Pfeffercornii contra Reuchl. libellus.

Sturm Johanſen Pfefferkorn über und wieder die drüloſen Jüden / Anfechter deß Leichnambs Chriſti / und ſeiner Glidmoſſen. Sturm über einen Alten Sünder Johann Reuchlin / zuneiger der Falſchen Jüden und weſens / uff wahrer that begriffen / in ſeinem biechlin Augen-Spiegell / durch ſunderlichem Geſchäfft Kaiſerlicher Majeſtät / und Anzeigung vierer hoher Schulen / durch den Ketzermeiſter myt recht und myt urtell / offentlichen zu Cöllen abgethon / verdilgt / und myt dem Fuer verbrant iſt worden. Wilche verbrandniß nu confirmirt iſt durch die Ehrwürdigſt und allerhoichſt Univerſiteit van Pariß. In medio legitur vocabulum

Sturmglock/

& campana æri inciſa conſpicitur.

Hoc in libello primo exponit originem controverſiæ cum *Reuchlino*, deinde mandatum exhibet Imperatoris, quo libellos *Reuchlini* vulgari prohibuerit. Hinc iniquè & immeritò ſuum *Hochſtratum* tanquam judi-

cem rejectum, & à *Capnione* ad Pontificem provocatum eſſe, perſuadere imperitis nititur. Poſtea invehitur in ſententiam pro *Reuchlino* Spiræ latam, & *Parrhiſienſium* contra illum quã in latinũ ſermonem convertit, probat. Adextremum mendaciis plurimis oneratum & gravatum ſe à Reuchlino conqueritur, quæ refellere nititur homo mendaciſſimus & impentiſſimus.

Neque hic ſubſtitit effrenata audacia & furor malevolorum hominum; etenim, ut ipſe *Reuchlinus* in epiſtola ad *Albertum* Brandenburgenſem, poſt *Vrielis* obitum Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum factum, ſcribit, *Theologi Peperimanita poſt proditionem, poſt injuriarum factionem, poſt ſcripturarum falſationem, poſt Apoſtolicam abſolutionis ſententiam, poſt papalem inhibitionem & fulminatã excommunicationem, in atrocibus injuriis perſeverantes, famoſos contra ipſum libellos divulgarunt, mendaciis pleniſſimos, & variis picturis nomen meum pro roſtris ac ubilibet locorum ſuffixerunt, quibus me* bilinguem *delineabant, cum ſim quinque linguarum peritus,* Germanicæ, Gallicæ Latinæ, Græcæ & Hebraicæ, *nec non & Chaldaicè ſcripta mediocriter calleam. Supra igitur* quinquilinguem *me depingi oportuit, non bilinguem tantum.*

Epiſtolæ obſcurorũ virorum Reuchlino tributæ.

Hos omnes ulturus Noſter, Satyrico ſcribendi genere uſus *Epiſtolas obſcurorum virorum* concinnavit, quibus barbariem & ruditatem illorum, erudito & per ſe quoque plurimum illuſtrato Orbi repræſentavit. Harum enim Epiſtolarum autorem Reuchlinum fi-

tit *Paulus Jovius* Novocom. Epiſcopus *in Elogiis*, quæ vocat, *doctorum virorum ab avorum memoria publicatis ingenii monumentis illuſtrium*, Elog. CXLIII. ubi cum libros à Capnione editos recenſuiſſet, hunc in modum ſcribit: *Circumferuntur etiam præter graviores libros, quanquam ſuppreſſo nomine ex ejus officina, obſcurorum virorum Epiſtolæ, admirabili facetiarum lepore conditæ, quibus ad excitandum riſum cucullatorum Theologorum ineptiſſime atque ideò ridiculè latina lingua ſcribentium ſtylus exprimitur. Vlciſcebatur enim infeſtam nomini ſuo turbam jucundiſſimo Satyræ illudentis genere, quum maligna cucullatorum conſpiratione tanquam Judæis parum æquus hoſtis ac ex animo plane recutitus impietatis accuſaretur. Hic liber avidè coemptus & evulgatus, adeò graviter calumniatores ejus Ordinis perculit, ut conjurationis Princeps* Hoſtratus *lethali dolore ſauciatus interierit: & reliqui æſtuantes à Leone ſuppliciter impetrarint, ut edicto divendi atque imprimi vetaretur; ſed edicti majeſtatem* Reuchlinus *ſalſo ingenio ludificatus* ſecundum Epiſtolarum Volumen, *tamquam ex titulo minimè vetitum, altero quidem aculeatius, impreſſoribus tradidit, ita ut cucullati miſerè cum hydra luctantes, animos in ea lite deſponderint.*

Eſt mihi ad manus prima primi voluminis editio Venetiis impreſſa in *Aldi Manutii* officina, in 4. Alterum volumen in Germania excuſum habeo, hoc inſignitum titulo: *Lamentationes obſcurorum virorum non prohibita per ſedem Apoſtolicam.*

Haud ignoro alios *Vlricum Huttenum* E- ab aliis Hutteno.

quitem Francicũ harum Epiſtolarum aucto-
rem facere ; moti forte ſuſpicione, quam
Monachi de eo quondam conceperunt, ut
patet ex literis *Bilibaldi Pirckheimeri* ad dictum
equitem datis, quibus ſic inter alia ſcribit:
*nec dubites fratres illos, qui te* auctorem ob-
ſcurorum *eſſe clamitant, illum contra te inſtiga-
re.* Paulo ante de *Hogoſtrato* per No-
ribergam iter faciente, cum Roma domum
rediret, dixerat: *oſtendit obiter* Breve, *ut appel-
lant*, Apoſtolicum, *non tamen in forma auten-
tica, quo excommunicantur ementes, vendentes,
legentes* Obſcurorum virorum epiſtolas. *Mu-
tandus itaque titulus, & pro* obſcuris clari vi-
*erunt inſcribendi, ut rurſus* nebulones *pecunias
lapidare cogantur.* Hanc epiſtolam *Conra-
Rittershuſius* edidit ex avtographo *Pirckheimeri*
p. 24. ſ. & Commentario ſuo de ejus vita inſeruit.

*Jacobus Thomaſius* in præfatione ad *Pauli
Manutii* Epiſtolas, *certa fide exploratum ſe ha-*
affirmat, *Huttenum* amœniſſimi Equitem inge-
nii *ridiculi operis autorem* eſſe, ipſumque illius
tatis barbariem ac ſtribliginem facete ej-
modi epiſtolis expreſſiſſe.

Fuerunt denique qui *Eraſmo* has epiſto-
Eraſmus non eſt illarum auctor. tribuendas tanquam vero auctori cenſerent,
in quos ille graviter invehitur, factumq; ve-
hementer deteſtatur, in epiſtola quadam ad
*annem Cæſarium*, Antvverpiæ A. M. D. XV.
poſtridie die aſſumtæ virginis data, & lamen-
tationibus obſcurorum virorum inſerta;
quam & nos integram hoc loco inſeremus.

*Mag-*

*Magnopere, mihi diſplicebant* Epiſtolæ obſcurorum virorum. *Jam tum ab initio delectare potuiſſet facetia, niſi nimium offendiſſet exemplum. Mihi placent luſus, ſed citra cujusquam contumeliam. Sed moleſtius fuit, quod in poſteriore editione mei quoque nominis mentionem admiſcuerunt; quaſi parum fuiſſet ineptire, niſi nos quoque vocaſſent in invidiam & magnam partem fructus tot ſtudiorum laboribus expetiti corrupiſſent. En alter libellus priori adſimilis, in quibus crebra mentio fit eorum, quibus ſcio luſus hujusmodi nequaquam probari; quam male conſulunt iſti, non ſolum in ſe ipſos, verum etiam in omnes quibus bonæ literæ charæ ſunt. Jam illud eſt omnium moleſtiſſimum mihi, ſi modo verum eſt, quod mihi iſtinc reverſus famulus meus Jacobus narravit, apud plures haberi Coloniæ libellum, neſcio quem, in* Julium *Pontificem, quod mortuus excluſus ſit cœlo* per Petrum. *Audieram jam pridem hujuſmodi fabulam actam in Gallia, ubi talium nugarum immodica licentia ſemper fuit. Eam opinor aliquis in latinum ſermonem tranſtulit. Demiror quid iſtis in mentem veniat, cum ſic ocium & operam perdunt. Cæterum admiror eſſe qui ſuſpicentur tam inſignem ineptiam a me profectã, opinor ob id quod ſermo fortaſſe ſit paulo latinior: luſi quidem in Moria ſed incruenter, nullius famam nominatim perſtinxi, in mores hominũ luſimus, non in famam. Quæ ſi vera mihi nunciavit famulus, nondum enim ſatis credo, quæſo te, Vir optime, ut iſtiusmodi nugas impias pro tua virili premendas cures; priusquã excudantur, nõ quod iſti digni ſunt quibus hoc præſtetur beneficii, ſed quod noſtrum eſt publicæ honeſtati ſtudiorum conſulere, quam iſti talibus luſibus indigne contaminant. Porro quod ad me per-*

*tinet, ſcio, neminem fore qui me norit, quin ſatis in-telligat iſtiusmodi nanias mihi ſupra modum diſpli-cuiſſe, quippe indignas eruditis, ac probis viris.* Jacobo *Hornenſi ex me ſalutem dicito, cujus epiſtola dici non poteſt quantopere ſim delectatus. De compo-ſita lite Reuchlinica utinam vera nunties. Nun-ciavit mihi quidam* Clemarienſis, *te alteras ad me dediſſe literas, verum eas nondum accepi; Bene vale doctiſſime Caſar! Eraſmum* igitur autorem ha-rum Epiſtolarum non eſſe, vel ex hac ipſius epiſtola colligi poteſt. Idque inde quodam-modò confirmatur, quod ajunt, allato pri-mum à famulo, *Jacobo Ammiano* Tigurino, lectoque hoc epiſtolarum volumine, eum à morbo convaluiſſe. Cum enim ex tumore, qui in facie natus erat, laboraret, vehementi riſu, à lectione iſtarum literarum excitato, commotus ita eſt, ut tumor illicò rumpere-tur, atque ſine omni Medicorum ope conva-leſceret. Vid. *Joſias Simlerus* in vita *Henrici Bullingeri* col. 6.

Reuchlinus itidem autor eſſe non vult.

Neque certiori argumento probatur Reuchlinum ipſum ridiculi operis auctorem eſſe. Nam ſimilem in modum ſe purgat, ut *Eraſmus* fecit, in epiſtola quadam, *Lamenta-tionibus* inſerta, ad *Joannem Pelsflickerium*, ſe-cundum in ordine obſcurorum virorum, qui conqueſtus apud illum erat, ſe propte-rea quod habitu deceptus Judæo in publica platea maximum habuiſſet honorem, exiſti-mans eum Doctorem Theologum eſſe, *ac papalem quoque nonnullis & epiſcopalem in foro ...*

*me conceſſum auctoritatem hæreticorum more deteſtatus eſſet, nihil ſolatii à Monacho Prædicatorii ordinis accepiſſe, nedum abſolutionem*, hocque omne propter *Capnionem* pati; ei hunc in modum noſter reſpondit:

*Si malè ſcripſiſti, male Tibi Sacerdotes reſpondere oportebit; eſt enim æquum & ſalutare. Nihil pro me pateris beſtia: nec Propheta ego ſum, neque obſcurorum Patronus. Diique Deæque inferi & ſuperi vos omnes perdant. Non ſum reus ipſe illorum criminum originarius, nauſeam habeo ſuper cibo veſtro ſeviſſimo, diſplicent mihi epiſtolæ veſtræ: neminem urſi, neque levavi; conviciorum ac blasphemiarum ſcribendarum munus vobis commiſi nunquam. Vos enim, obſcuriſſimi nebulones, omnium hiſtrionum primi, ſummum mihi Pontificem ac omnes bonos per totum terrarum orbem inimicos feciſtis; quapropter ſuſpenſos vos eſſe vellem in furcam, aut a Cerbero inferorum cane diſcerptos. Vale infeliciter! ex Stuttgardia in profeſto Jovis.*

Editiones variæ harum Epiſtolarum prodierunt, multum ab ſe diverſæ, quarum aliquot oculis uſurpavi; quæ A. 1556. Romæ, ſi credere licet, vulgata eſt, volumina mutavit, & ex primo fecit ſecundum: Franckofurtenſis A. 1643. ordinem ſervat antiquum. In titulo forte aliquid deſideres, his verbis inſignito: *Epiſtolæ obſcurorum virorum ad M. Ortvinum Gratium, nil præter luſum continentes & jocum in arrogantes ſciolos, plerumque famæ bonorum virorum obtrectatores & ſanioris doctrinæ contaminatores.* Nam præter luſum & jocum multa ad hiſtoriam illorum temporum ſpectantia

continent, & vel hoc nomine legi meren-tur. Alioqui jure deteſtamur, quod illarum autor ſacra Dei eloquia ſubinde ad ſcurril convertit, juſtamque propterea cenſuram ſu-biit *Leonis* X. cujus autoritas impedire tot re-petitas editiones non potuit. In eo etiam nimis ſeverus videtur, quod *omnes & ſingu-los utriusque ſexus CHRISTI fideles, cujuscunque ſtatus, gradus, & dignitatis & excellentiæ fuerint, monuit, eisque ſub excommunicationis pœna, a qua nonniſi à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo abſolvi poſſint, diſtricte præcipiendo* (ſic e-nim legitur in Brevi, cujus verba lubens pru-densque transſcribo) *mandaverit, quatenus di-cti libelli ejusque exemplarium lectione perpetuò ab-ſtineant, illaque per omnia igne comburant: faciant-que, ut quanto citius fieri poſſit, tale nefandum ſce-lus, quod hæreſim ſapiat, ne ulterius ſerpat, penitus extirpetur.*

Libri à noſtro editi.

Sed miſſis ludicris ad ſeria redeamus, & quos noſter libros graves reique literariæ u-tiles confecerit illo tempore, quo lis Romæ pendebat, breviter recenſebo.

De Verbo mirifico.

Ordiar verò à libro, quem *verbum Mi-rificum* inſcripſit, quoniam proba integraque *Reuchlini* fides luculenter indè elucet, adeo ut qui ejus cauſſam apud Pontificem egerunt, eò provocaverint, quemadmodum ex actis publicis conſtat, quibus *Leoni* in memoriam revocatur, *quod* Joannes *orator vitam ſinceram, inconcuſſam & ſanctum orthodoxæ fidei Chriſtianæ ſplendorem & puritatem, ut fidelis* Catholicus *& in-*

tege

*Chriſtianus ſemper profeſſus fuerit, & profiteatur, ut liber ejuſdem utiliſſimus de* verbo mirifico, *fideliſſimè editus, cum aliis ejusdem operibus & fama bona integraque & multifaria ejusdem eruditio oſtendant: nullaque unquam favorem hæreticæ ſ.* Judaicæ *pravitatis ſapientia conſcripſerit.*

Argumentum partitionemque libri malo ex *Conradi Leontorii Mulbrunnenſis Monachi* epiſtola *ad* Jacobum *Wimphelingum*, huic opuſculo præfixa, quàm meis indicare verbis. Sic autem ille, poſteaquam merita *Capnionis* in humaniores & Græcas literas expoſuit: *ut autem* Hebræorum *ſecreta dogmata penetraret, multis annis enixiſſime laboravit, atque omnem eorum bibliothecam evolvit, ut quem* Hebræorum *ſibi opponas, non facile reperias. Hac ingenii & doctrinæ felicitate & ubertate inductus, ad ſcribendum dialogum ſe contulit: quem Capnion ſeu de verbo Mirifico inſcripſit, quo nihil unquam vidi, nec facundius, nec mirabilius. In treis autem libros dividitur:* Primus *omnia ſecreta Philoſophiæ ſub nomine Sidonii explicat.* Secundus *Baruchiam* Judæum *omnia illa ſecreta nomina & portentifica, & alia multa Hebræorum enodantem confingit.* Tertius *Capnionem fidem Chriſtianam ex præſcriptis duobus approbantem & demonſtrantem inducit: ubi omnia verba mirifica ad nomen* JESUS *ita applicat, ut illud ineffabile* Tetragrammaton *jam effabile factum eſſe demonſtret. Quem ſi legeris dialogum, affirmabis, nullum, neque Philoſophum, neque* Judæum, *neque Chriſtianum,* Joanni Reuchlin *jure præferri poſſe. Hunc talem non omnibus Italis opponere nobis fuerit perpetuus pudor.*

Ejus argumentum & partitio.

Idem *Conradus Leontorius* in epiſtola ad *Capnio-*

L. 1. Epiſt. Illuſtr. vir. id Reuchl,

*pnionem* ſcribit, ſe quum Baſileam *Joannem Am-merbachium* conventurus perveniſſet, don-tum ab illo fuiſſe elegantiſſimo munere, il-nimirum opere de *Verbo Mirifico, prorſus miri*-idque ex illa officina primum ſe deporta-legiſſe, perlegiſſe, relegiſſe *ſumma cum admi-tione inventionem, eloquentiam, enodata myſter-& quod nullus ante latinorum ne cogitaverit quin illud de nomine* JESV*, opſtupuiſſe.* Conra-Peutingerus Auguſtanus in epiſtola quadam A. 1513. VII. Kal. Sextil. ad Conradum Mu-tianum ſcripta ſimile fere judicium de his a-liisque Noſtri opuſculis tulit. *Hæc*, inqui-*ſcribo, quod* Capnionem *ipſum* Philoſophum *præcla-rum,* Juris & Eloquentiæ *conſultum commendas. Ad-de etiam, ſi velis,* Theologum *eloquentem.* Op-*ſuum* verbi Mirifici, & *cætera priſca Chriſtianæ e-ditionis monumenta* Hebraica *atque* Græca, *pulche-rimo verborum nitore & ſententiarum gravitate n-Precio vel aliquo avaritiæ ſtudio, ſed pietate, qua re-gioni Chriſtianæ ſtudet, notus, contexuit atque inte-pretatus eſt.* Omitto *Philippi Beroaldi* aliorum-que doctiſſimorum virorum judicia, prioi-bus haud abſimilia.

De argumento dicti libri pauca iis addam, quæ à *Conr. Leontorio* rectè quidem obſervan-ſunt, ſed cupido lectori non videntur ſatisfa-cere. In primo igitur libro ſecreta Philoſo-phiæ ita explicantur, ut è quibus fontibus illa manarint, docte pariter ac dilucide probetur. Recitantur primum variæ Philoſophorum de primo Ente opiniones atq; ſectæ, ac de *Epicu-*

po-

potiſſimum ſententia prolixe diſputatur, doceturque quo pacto Dei hominisque unio fiat. Deinde Capnion oſtendit Philoſophos à Judæis adjumenta doctrinæ quæſiviſſe & accepiſſe. Altero libro diſceptatio inſtituitur de Arte librisque magicis, de miraculis, quæ ſolius Dei verbo ac voluntate fiant: de conſortio mentis divinæ cum humana: de antiquitate Hebrææ linguæ: de Moſe omnium ſcriptorum vetuſtiſſimo, ac translatione LXX. Interpretum: de uno vero Deo & cæteris diis ab hominibus confictis: de barbaris vocabulis in ſacrificiis gentium profanarum admixtis: de ſententiis atque vocabulis Hebraicis in N. T. occurrentibus. Hinc à cap. XIV. uſque ad libri II. finem, qui in XXI. capite conſtituitur, nomina Dei explicantur, qualia ſunt: אהיה Ehje, הוא Hu, אש Eſch, & illa quæ *Sephiroth* vocantur in arbore ſ. tabula Cabbaliſtica: ſpeciatim vero & ſingulari cum cura nomen τετραγράμματον יהוה *Jehova* expenditur, & una indicatur quomodo Græcorum profanarumq; gentium ſententia ad illud conveniat ac quadret. In ultimo denique libro propius ad rem accedit *Reuchlinus*, cumque de verbo dicente & prolato, rerum omnium Duce ac cauſſa, de unigenito filio Dei, Jeſu Chriſto, de ſinu Patris, manu, ſermone, de Trinitate, de primo & ſecundo homine, de creatione diei, lucis & noctis, de triplici nominum, quæ Deo tribuuntur, diſtributione, egiſſet, atque oſtendiſſet, omnia ferè CHRI-

STO

STO convenire, capite XII. de nomine JE-
SU & literis יהוה quibus inſeritur ש *Schin* di-
ſputat & contendit ſcribendum eſſe יהשוה
idque idem valere ac JESU ſ. ut ipſe ſcribi,
IHSUH, literam autem ש *Schin* ex voce אש
*Eſch* ignis notionem habente deſumtam eſſe,
quoniam *Filius* ſit Dei maximus ignis, quip-
pe qui ipſe dicat (Luc. XII. 50.) *veni mitter*
*ignem in terram, & quid volo, niſi ut accendatur.*
Valere autem hoc & pertinere ad indican-
dam CHRISTI naturam, atque innuere
CHRISTUM hoc corpus, non divinum
non æthereum, non præſtigioſum, non ap-
parens, ut *Manichæi, Eutyches, Dioſcorus, Ti-*
*motheus, Ælurus* ſomniando delirarint, aſſum-
ſiſſe, ſed terreſtre, quod Moſes ignem in ter-
ra cognominet. His poſtremis verbis eum
reſpexiſſe exiſtimo ad Exodi cap. III. quo le-
gimus *Angelum Domini* apparuiſſe *Moſi* in *flam-*
*ma ignis de medio rubo*, quem *igne ardere* quiden
ſed *non conſumi* ipſe viderit. Conſtans enim
Patrum ſententia eſt, Angelum illum Domi-
ni ipſum DEI filium fuiſſe, hocque ſymbo-
lo declaratam nonnihil illuſtratamque fuiſſe
arctiſſimam illam, ut appellant, περιχώρησιν, qua
divina Natura Chriſti humanam aſſumens
eam totam permeet: indeque contra *Eutychia-*
*nos* oſtenderunt, integras, illæſas & incon-
fuſas manſiſſe duas naturas, æquè ac in hoc
miraculo tam rubus quam ignis integer per-
manſerit. In eo tamen diverſum illos ſen-
tire à *Reuchlino*, deprehendo, quod per

*ignem*

*ignem* divinam naturam non humanam, ut noſter velle videtur, intellexerunt. Alii, ut *Andreas Oſiander* in Harmon. Evangel. & *Sebaſtianus Caſtalio* ad Matth. I. vers. ult. idem contendunt atque ſentiunt, videlicet ductum eſſe vocabulum JESU à nomine *Jehova*, interpoſita litera *Schin*: diverſam tamen compoſitionis rationem adducunt, ac *Caſtalio* quidem Dei beneficio tandem ſe comperiſſe gloriatur, quemadmodum JESUS Deo & homo eſt, ita nomen ejus ex יהוה & איש eſſe conflatum, unde literam ש ex איש *Iſch* interpoſitam idemque ſignificare exiſtimat, ac *Jehova vir* ſ. homo, quo indigitetur Jeſum eſſe Jehovam hominem, h. e. corporatum Jehovam hominemque factum. Verum huic opinioni repugnat ipſa nominis JESU etymologia ab Angelo intenta Matth. l. c. unde haud obſcurè liquet, à verbo ישע *jaſcha* ducendum nomen JESU eſſe, quod ſervare ſ. ſalvare ſignificat, quoniam ſalvabit populum ſuum à peccatis. Ingenioſum igitur magis quam rei conveniens *Reuchlini* eorumque qui hunc ſequuntur ducem auctoremve, inventum reputandum eſt, ut alibi à multis pridem eſt oſtenſum. Itaque non diutius immorabimur his ſubtilitatibus, ſed ad alia ingenii Reuchliniani monumẽta pergemus, inter quę offerunt ſe mihi *De Accentibus & Orthographia Linguæ Hebraicæ libri tres Cardinali Adriano dicati*: hos libros ſe primum omnium, quos terra ſuſtinet, ſermone Latino edidiſſe, in epiſto- De Accentæ & Orthographia L. Hebr. libri tres.

la

la nuncupatoria affirmat, & conſummatiſ-
ſimam Grammatices partem appellat. *Quæ-
dam*, inquit ſub epiſtolæ finem *formulas Hebræ-
corum nominum verborumque flectendi regulis vi-
ximus, qualiter ante me omnium è noſtris nemo fu-
auſus. Modo* Accentus *&* Orthographiam *adjicio,
& negotium iis etiam operoſum. qui toti in artem &
regulas convenere, legibus aſtringo certisque pronun-
ciandi modis complector, ut in* ἐξηγήσεως *Grammaticæ
Hebraicæ finibus habeant compendio Latini homines
quod non vagis ambagibus ſed deſcripta definitaque
methodo ſequantur.* Mox partitionem hujus tui
operis ſubjungit his verbis: *Recte autem di-
videtur liber iſte noſter in tria genera. Cum enim*
Proſodia *omnem ſignificet dictionum prolationem, &
quædam ſimplici enuntientur* Grammaticorum vo-
*ce, quædam ornata* Rhetorum *pronunciatione, quæ-
dam autem* Muſicæ Harmoniæ *ſono: convenit in*
primo *Grammaticum, in* ſecundo *Rhetoricum, in*
tertio *volumiue* Muſicum accentum *ſtudioſis Hebræ-
orum diſcipulis exponere.* In primo volumine
juxta tres, quas vocant, Grammaticæ dictio-
nis ſpecies, de *Nominis* ante omnia, deinde
de *Conſignificativæ partis* ſ. *Particulæ*, & tertio
de *Verbi* accentibus tractat, inchoans à ver-
bo פעל quod ut ait, omnibus ferè di-
ctionibus commoda ſufficere poſſet exem-
pla. In quo ſecutus Hebræos eſt, nomina-
tim *Davidem* & *Moſen*, *Kimchios*, qui pene o-
mnes verborum nominumque formas ex ver-
bo פעל faciunt; quanquam non adeò accom-
modate, cum propter mediam *literam gutte-*

*ralem*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*ralem* illæ formæ, quæ *Dageſch* habent, exprimi nequeant, ut vel tyronibus notum atque jam dudum ab aliis notatum eſt. In ſecundo libro nonnulla de numero Poëtico & Oratorio diſſerit, & ingenuè fatetur ſuam in priori indagando ignorantiam, quod non potuerit hactenus tres ſui ſimiles hexametros in univerſo Hebræo Codice expiſcari, qui una ratione decurrerent: *Oratorium vero numerum* ſe deprehendiſſe, qui & brevibus conſtet, & longis, ac ſimul tempore menſuretur, & rythmo; hincque ſe arbitrari, eam rythmi facultatem potius Rhetoricis conſiſtere principiis, quam Grammaticis: Rhetoricum enim accentum nihil aliud eſſe quam artificioſam retentionem ſpiritus, unde nomen habenæ ac retinaculi accepit, quod Hebræi aptè מתג *Methegh* nominarunt. Atque de hoc in ſecundo volumine agit accentu, qui ornatus & ſuavitatis gratia circa dictiones verſatur, ſyllabarumque quantitate conſtat, ubi ratio habetur motionum ſ. vocalium longarum & brevium, quæ longas vel breves ſyllabas efficiunt. Hinc quid accentus Grammaticis *Euphonicus* dictus, *Metheg*, efficiat hic, exponit, & Canones certos ſubjungit. Haud tamen diffitetur, ſuppereſſe adhuc quædam ſigna & notas in literis Biblicis, de quibus admirationi ſtudioſorum nondum ſatisfecerit. ſed diſcipulis etiam relinquere ſe voluiſſe ad ſingularem ſtudiorũ conſequendam laudem cogitandi & inveniendi locum, iisque anſam

quan-

quandam ſuis laboribus dediſſe. *Tertium* li-
brum Hebraicè נגינה inſcripſit, ut ſecun-
dum מתג & primum טעם in quo multa
ctè præfatur de Muſicæ antiquitate, & qu-

De accentu Muſico.

res eſt, ſcribit, ferri Moſen primum omn-
conceptum mentis jubilum docuiſſe in cer-
articulos & membra redigere, cum quod-
haud inerti ſono, ut poſtquam mortalium
liquis puritate cordis ſui munificentias De-
tacite perluſtrans & animo percurrens, ine-
fabili gaudio lætitiaque fuerit correptus, ma-
jeſtatem omnipotentiæ ac divinam boni-
tem, conglobatis ſenſibus velut è quod-
fonte copioſiſſimo in exultationem prorum-
pens, modulatione vocis & linguæ arti-
motu, diſtinctè ſimul & ubertim laud-
potuerit: & exemplum transmiſiſſe
Iſraëlitas decantato ſingulari carmi-
Atque hinc poſteris invaluiſſe conſu-
tudinem quæ, hucuſque etiam genti-
moribus comprobata eſt, ut Deum divi-
que quantumvis inenarrabilia volentes o-
tione ſancta ornare, hymnis & carmini-
rem ſacram faciant, quod ex *Homero*, *Orph*
*Lino*, *Muſæo* aliiſque probat: Hebræam
vero gentem *Moſen* ad hanc uſque ætatem
cutam tradit, ſacroſanctam Scripturam
mnem miro modo in Synagogis quoti-
quadam voculatione cantillare, ut ex mul-
acceperit Judæis, & ex *Nicolao de Lyra* didi-
rit, qui in 1. Paralipom. cap. II. ſic interp-
tur *canentes atque reſonantes*, ideſt, legentes
libr

libris legis divinæ, quæ lectio fit per modum cantus ratione accentus. Huic *Lyra* pronunciato cum *Paulus Burgenſis* repugnare videatur, hunc cum illo conciliare ſtudet. Poſt quæ docet, quem qualemque uſum in re Muſica accentus habeant, ita perſpicue atque docte, ut mirari ſubeat, cur viri quidam alioqui doctiſſimi uſum accentuum Muſicum tanquam confictum rejiciant, qua in re & antiquitati & experientiæ adverſantur ac repugnant, quos vel *Reuchlinus* Noſter meliora docere poteſt, cui jungi velim *Eliam* in libellis de accentibus, & ex noſtri temporis ſcriptoribus *Alhardum de Raadt* in Commentario depunctationis Hebraicæ natura.

Noſtrum autem meritò præcipua manet gloria, quippe qui inter latinos primus arduum iſtum laborem aggreſſus, eoque, ut ait, inter doctiſſimos viros duriorem ſibi provinciam & in antiquiſſimorum voluminibus laborem triumphalem arrogare ſine dedecore potuit: qui jucundo & læto animo inter tot ærumnas, tam diuturnas audaculorum impugnationes & mendaciorum pleniſſimas diffamationes, tanta nihilominus vigilantia, tam multo algu & æſtu amantiſſimis Hebraicæ veritatis auditoribus Linguæ ſanctæ publicam notitiam præbuit, ut tandem de ſacris literis cognito quid ſit in vero, non ſemper oporteat quibuslibet ignavi gregis diſputatoribus fidem habere, quibus ineptiſſimis omnes nos ineptire judicamur, cum ipſi

ſua opinione intelligentes omnia nihil in-
ligant. Eſt profecto id ad laudem pa
noſtræ inſigne, quod *Reuchlinus* arbore
ruerit poſteritati profuturas, imò quod
*Orpheus* ad Iſmarum & Rhodopen in Th
cia, ſic ipſe ad jugum Hercynium in Su
Pythagoreorum more docuerit divina H
bræorum carmina reſonare, quoniam ſy
phoniam recenſitis hactenus libris ſubju
diatonicum autem modulamen ſibi att
*Boſſoſthenium* Sacerdotem fatetur, & har
niam dicit feciſſe *Chriſtophorum Sillingium*
*cernenſem*, cujus, ac una quoque *Reu*
L. II. Epiſt. XV. honorificam admodum mentionem
cit *Henr. Cornel. Agrippas* in epiſtola quadam
amicum his verbis: *Reſcribes autem inter ca*
*quid de* Chriſtophoro Schillingo Lucern
*& de* Commentariis *meis in* Paulum *percep*
*Legi ego nuper in fine operis integerrimi viri* Joan
Capnionis, *intitulati de* Accentibus, *men*
*nem ejusdem* Chriſtophori: *gaudeoque permul*
*tam digno diſcipulo tam excellentiſſimum conti*
*præceptorem*.

Hos verò tres de Accentibus & orth
graphia Hebræorum libros vulgavit Reu
linus A. C. M. D. XVIII. menſe Februari

Vita Conſtàntini M. Paulo poſt CONSTANTINI M
vitam de Græco in Latinum convertit, &
FRIDERICO Saxoniæ Duci ac Imper
Septemviro, Sapientis cognomentum ado-
pto, dicavit ſacrumque eſſe voluit. In epi-
ſtola, quam nuncupatoriam vocant, de ſ

*nam*

*num* origine diſſerit, eosque ex *Thracibus* de ducit, ut alio loco obſervavimus. De ipſius libri argumento nihil attinet dicere, cum illud vel ex titulo abunde conſtet. Quantam vero apud FRIDERICUM gratiam inierit ob hunc illi inſcriptum librum, in ipſa *oratione* expreſſimus, ac in ſubjectis annotationibus quodammodo illuſtravimus, ubi ex *Heerbrando* relatum fuit, *Reuchlinum* vocatum ab Electore Principe Wittebergam fuiſſe. Ad quod ſine dubio Sapientiſſimum Ducem ſingularis Noſtri eruditio permovit. Æſtimavit hunc Capnionis laborem magni magnus *Heſſus*, idque teſtatus eſt literis Herfordia ad eum datis, quibus amicum compellat his verbis: *Conſtantinum tuum* Spalatinus *mihi monſtravit. Dii boni, ſatis mirari non potui. Optimum Principem bono Principi oſtendiſti.*

ſupr. p. 97.

p. 50.

p. 150.

Hinc recto ordine progredior ad alium librum à Noſtro latine redditum & notis illuſtratum doctiſſimis, qui S. *Athanaſio* adſcribitur, interque ejus opera comparet, & *variarum quæſtionum* titulo inſignitur. Quibus inductus rationibus fuerit ad hunc libellum edendum, expoſuit in præfatione, hunc in modum: *nuper colluſtranti mihi quæ recondita tenerem in cella mea libraria, offerebant ſe de ſubito beatiſſimi ATHANASII Græca opera, quorum è numero unũ inter tot pretioſa jocalia librum de diverſis ad Antiochum principem quæſtionibus inſcriptum ſepoſui, quam maxime Tibi* (alloquitur ALBERTUM Principem Electorem & Archie-

Athanaſ. de variis quæſtionibus.

piſcopum Moguntinum, cui dedicave[rat] hunc tractatum) *& gracilitate, quem brevi[...] legeres, & ſubtilitate, quem libenter agnoſceres, [...] modo acceptum, ut haud titubanter ſpero, ſed et[iam] gratiſſimum. Scio veneraberis & inter delitias [ha]bebis tantillum volumen, propterea quod & ſtrictim [&] non perplexim profundiſſima ducit in altum, & [ob]ſcura in lucem, & ſpectatorem quemlibet in ejus am[o]rem ſanctitudo quoque autoris invitat & allectat. [...] cogitabam operæ me pretium publicè privatimque [fa]cturum, ſi Latinis etiam hominibus, me interp[rete] fieret ſub tuo nomine cognitus, & ſimul tantuli p[on]deris lucubratiunculam humeris meis judicavi[...] imparem, qui propter grandævam ætatem non ſum [au]ſus adoriri grandiora. Proinde verti opuſculum [...] Tibi dedicandum è Græco in ſermonem Latinum, [for]taſſe non ubique Latine, venia dignus, qui ma[luerim] autoris ſapientiam oſtendere, quam Rhetorum [di]cendi fucum, ut qualecunque ſit, Athanaſii volu[men] ſit, non meum. Roboravit hoc meum inſ[titu]tum lepide rerum ſimilitudo. Quid enim magis par [fue]rit? primo quidem quam Archiepiſcopo Mogun[tino] donari Archiepiſcopum Alexandrinum. Deinde [...] & eum Archiepiſcopum, qui olim tam diutur[nam] perſecutionem à calumnioſis proditoribus, ac m[en]dacibus Theologiſtis pro veritate non abſimiliter [...] donatore paſſus eſt, ſi liceat parva comparare ma[gnis] & tempora temporibus.* In hac comparatio[ne] prolixior eſt, quam ut transſcribi queat. *A[n]notationes* autem rogatu *Thomæ Anshelmi* ad[je]cit: cum enim is queſtus eſſet de libelli mac[ie] nimium corpore, timens ne tam parvæ ſ[truc]turæ apud Bibliopolas perinde atque ma[...]

cujusdam ſubiret contemptum, reſpondit ei *Reuchlinus*: pomiliones quondam Romanorum in deliciis fuiſſe, gemmas item minutiſſimas vænire quamplurimi, & lembo ſæpe perveniri, quo claſſe nequeas. Inde fieri, quod non ſit omnis rerum abjicienda exilis ſtatura. Neque ſibi ajebat eſſe integrum *propter recens adverſum ſe Theologiſtarum flagitium multa tum in Theologicis calamo edere.* Pollicitus tamen eſt, ſe veluti Peripateticum aliquem in tranſitu velle ſuccinctioribus verbis aperire feneſtram, quo facilius captata occaſione de quavis hujus libelli quæſtione ſtudioſi artificioſa inventa excudere queant. Atque ſic prępropere tanquam in aliqua porticu deambulans ad quamlibet quæſtionem ſermone quotidiano & ſimplici, non domi quæſita venuſtate penſum perſolvit, & ad *Anshelmum* miſit. Quæ propterea commemorare placuit, ut ſi alicubi inveteratæ apud Pontificios ſuperſtitionis veſtigia deprehendat Lector in animadvenſionibus, judicet noſtrum vel ea de cauſſa auſum haud fuiſſe errores reprehendere, ne novam litigandi materiam quæſiviſſe videri potuerit. Haud enim latet eruditos, librum de variis quæſtionibus *Athanaſii* citari à Pontificiis aliquoties pro fulciendis erroneis quibusdam opinionibus de diverſis Angelorum Ordinibus, de modo apparitionum dæmonum, de purgatorio, de imaginibus, ac aliis hujuſmodi placitis, Canonicis ſcriptoribus ignoratis. Multis igitur

gravibus atque validis argumentis probar[…] Athanaſio perperam hunc fœtum tribui, […] eum ſuppoſititium meritò cenſeri. Qu[…] ex adverſariis quoque ipſis fatentur ap[…] *Alanus*, *Martinus Delrio*, *Sixtus Senenſis*, *Poſſe-vinus* & *Bellarminus*, quorum teſtimonia a[…]duxit *Robertus Cocus* in cenſura quorund. ſcri-ptorum veterum p. 190. ſeqq. edit Helmſta[…] ubi obiter noto in tyronum gratiam mend[…]ſe legi à *Revelino* Latine redditum dictum […] bellum variar. quæſt. pro a *Reuchlino*. Na[…] inter interpretes nullus numeratur *Revelin[…]* quorum tres tantum novi, *Jo. Reuchlinum*, *Va-lent. Ampelandrum*, & *Jo. Lampadium*.

Libri de arte Cabaliſtica.

Majoris erat laboris conficere tres d[e] *Arte Cabaliſtica* libros, quos Summo Pontifi[ci] *Leoni* X. dicavit, ac una ſe ſuamque cauſſa[m] ei ſupplex commendavit: quod inprim[is] fecit in extremo hujus operis, quo Pon-tificem epiſtola compellat, eaque ſigni[fi]cat, ſe totum hunc librum ipſius ſubjic[e]re auctoritati, ut quæ diſpliceant, re[j]ciat. Confidebat tamen hunc ſuum c[…]natum ei non plane improbum viſum […] improbatum prorſus iri: tum quod aliena […] labore noſtris pateant, tum quod ſeme[l] ſpatio legendis illis, quinquenne bellu[m] quod adverſum ſe hoſtes gerant, ſi omn[ino] nequiret vitari, ſaltem levare ſtuduerit: tu[m] denique ut & ſuorum eſſet apud *Leonem* a[li]quid, quo ejus benevolentior ſit ſui memo[r] quoties paternum ipſius erga ſe anim[um]

fra[…]

frangere ac avertere inimici moliantur. Sciebat enim non intermittere Colonienſes quotidie ſuſurris attentare pias Pontificis aures, modo per proxenetas conductitios, modo per epiſtolas, cujus generis illæ fuerunt quas proximeRomam miſerint,ubi ſimul cum falſa delatione titulus mentitus ſit Autorem. *Non enim* inquit, *tam* colenda Colonia; *tam ejus veneranda* Univerſitas, *ſed* particularitas, *& quædam inimicorum ſingularis colluvio, minimaque pars civitatis & ea inſanior, hoc facinus fecit, ut tuæ ſanctitati affirmarent, quæ vera non ſunt: idque contra inhibitiones apoſtolicas, & contra mandatam Cæſaris pacem.* Quæ cum ita ſint, eo minime adduci ſe poſſe dicebat, ut ſuſpicetur iſtiusmodi hominibus Pontificem fidem habiturum, quin potius crediturum gravioribus viris Alemanniæ ſuperioris,omni exceptione majoribus, quod nullum ſcandalum poſuerit,nullam ruinæ occaſionem paraverit coram ulla Germanorum plebe; hocque eò ſecurius & firmius facere *Leonem* poſſe, quò de ſua innocentia, pietate, fide integritateque â pluribus illuſtriſſimis terrarum Germanicæ nationis ſummis Principibus, ſanctiſſimis Epiſcopis, oppidis & civitatibus haut paucis per literas obſignatas & fide dignas factus eſſet certior. Huic denique teſtificationi robur & pondus addere inſigni doctrina & gravitate inclitos Eccleſiæ præſules, quos cauſæ judicibus *Grimano* & *Anconitano* Cardininalibus, orthodoxæ fidei columnis, tanquam

peryſtilia junxerit Senatorios Aſſeſſores Pontifex. Sed hæc ſimiliaque his ſuo loco prolixius commodiusque memorabuntur. Nunc de libris ipſis Cabaliſticis à Capnione magno ſtudio compoſitis aliquid dicendum eſt, de quibus *Capnionem* ipſum in præfatione adeundem *Leonem* Pontificem audire juvat. Cum enim dixiſſet de *Pythagorica* Philoſophia à *Medicæis*, ex quibus familiam *Leo* X. ducebat, feliciter reſtituta, & ſemina veteris Philoſophiæ à Parente *Laurentio* jacta, ſub *Leone* filio in culmos ſurgere, ut ſpicas illius metere in omnibus linguis liceat, ac ſibi quoque relictum aliquod ſpicilegium, conandumque eſſe, quid in eo ſtudiorum genere poſſet, ita conatus ſuos & merita in rem literariam explicat: *Italiæ* Marſilius Platonem *edidit: Galliis* Ariſtotelem Jacobus Faber Stapulenſis *reſtauravit. Implebo numerum* & Capnion *ego & Germanis per me renaſcentem* Pythagoram *tuo nomine dicatum exhibebo. Id tamen absque* Hebræorum Cabala *fieri non potuit, eo quod Pythagoræ Philoſophia de Chaldæorum præceptis initia duxit, quæ patrum memoria diſcedens è magna Græcia rurſus in Cabaliſtarum volumina incubuit. Eruenda igitur inde fuerant ferè omnia. Quare de arte Cabaliſtica, quæ ſymbolica philoſophia eſt, ſcripſi, ut Pythagoræorum dogmata ſtudioſis fierent notiora.* Totum autem hunc tractatum per modú dialogi concinnavit, quo *Simonem* quendam Judæum *Cabalæ* peritum audituros introducit *Philolaum* juniorem Pythagoræú, & *Marranum* Ma-

ho-

hometiſtam. Hos libros magni æſtimarunt omnes quotquot bonas rarioresq; literas amabant, interq; hos *Leo* Pontifex, quemadmodũ Reuchlino ſignificavit per literas *Philippus Beroaldus* junior Romæ ſcriptas VIII. Kalendas Junias Anno 1517. *Libros tuos*, inquit, *Pythagoricos* Pontifex *legit avide ut res bonas ſolet. Eos nunc evolvit maximus antiſtes Cardinalis* Medices, *hujus cum guſtum ſaturaverint, me convivam habebunt, qualem jam diu habuerunt libri de* Verbo Mirifico *per te & docte compoſiti, & eleganter perpoliti.* *Paulus Geraander* ex eodem loco eodem anno & tempore ad eundem ſcripſit ab omnibus Pythagorica ipſius expectari. His in libris quid præſtiterit, nihil attinet commemorare, cum in omnium fere manibus ſint, & *Petri Galatini* de arcanis Catholicæ Veritatis XII. libris reperiantur adjuncti. Quam male id habuerit *Hochſtratum*, quod Noſter magnam apud Pontificem & omnes probos doctosq; homines inierit gratiam, vel inde luculenter patet, quod magno, ſed inani niſu hos Cabaliſticos libros refellere aggreſſus ſit. Extant enim tria volumina ſub ipſius nomine edita magnificis admodum titulis, quorum prior hunc præ ſe fert: *Ad ſanctisſimum Dominum noſtrum* LEONEM *Papam decimum, ac divum* MAXIMILIANUM *Imperatorem ſemper Auguſtum*, Apologia *Reverendi patris* JACOBI HOCHSTRATEN, *Artium & Sacræ Theologiæ Profeſſoris eximii, hæreticæ pravitatis per Colo-*

*nienſem, Moguntinum, Treverenſem, provin[...] Inquiſitoris vigilantisſimi, contra dialogum* [...] orgio Benigno Archiepiſcopo Nazareno, [...] cauſa Joannis Reuchlin *adſcriptum, plurim[...] que erroribus ſcatentem, & hic de verbo ad ver[...] bum fideliter impreſſum, in qua quidem* Apolo[...] gia *Inquiſitor ipſe multis occaſionibus jam demum coactus, tum Catholicam veritatem, tum Theolo[...] gorum honorem per ſolidas Scripturas veriſ[...] tuetur.* Poſterior vero hoc inſignitur titul[o] *Ad Reverendum dignisſimumque Patrem D. Jo[...] annem Ingevvinkel, Sacroſanctæ ſedis Appſto[...] Protonotarium, Præpoſitum quoque Xantenſem[...] Apoſtolicarum concesſionum Cenſorem, Colonien[...] ſisque Eccleſiæ Archidiaconum, Apologia ſecun[...] Reverendi Patris Jacobi Hochſtraten Artium [...] Sacræ Theologiæ Profeſſoris eximii, hæreticæ pr[a-] vitatis per Colonienſem, Moguntinum & Treve[-] renſem provincias Inquiſitoris vigilantisſimi, con[-] tra defenſionem quandam in favorem Joann[is] Reuchlin novisſime in lucem editam.*

Etſi vero hi libri ſub *Hochſtrati* nomine ed[i-] ti in dialogum tantum pro Reuchlino ſcri[-] ptum directi videantur, tamen ſæpiſſim[e] Reuchlinum per defenſoris latus petit ſuper[-] cilioſus Magiſter, & cramben aliquoties coctam recoquit: imò aperto etiam Mart[e] ipſum aggreditur, & Cabalam ejus deſtrue[-] re conatur. Peculiare enim opus edidit, quod hanc habet inſcriptionem: *Deſtructio Cabalæ, ſeu Cabaliſticæ perfidiæ ab* Joanne Reuch[-] lin Capnione *jampridem in lucem edita, Sanctiſ[-]*

*mo Domino noſtro* Leoni Papæ X. *per Reverendum Patrem* Jacobum Hochſtraten, *Artium & S. Theologiæ Profeſſorem eximium, & hæreticæ pravitatis per Colon. Moguntin. Trevirenſ. provincias Inquiſitorem æquiſſimum vigilantiſſimumque ad totius Eccleſiæ honorem reverenter didicata.*

## Opus novum.

*Anno à natali Chriſtiano* MCCCCCXIX.

Longum foret recenſere, quam frigide & inepte Hochſtratus Capnionem ejusque defenſores refutaverit. Haud certe majorem famam meruit, quam in *Speculo Oculari* conſecutus eſt. Neque tamen defuerunt, qui Noſtrum certatim quaſi contra pertinaces adverſarios defendendum ſuſciperent. Inter hos primum occurrit *Petrus Galatinus,* qui ſuaſu hortatuque DN. *L. Puccii,* Sanctorum quatuor Cardinalis, adhæc *Leonis* X. & ipſius demum Cæſaris MAXIMILIANI voluntate atque inſtinctu, de *Arcanis Catholicæ Veritatis Libros XII.* confecit, quibus pleraque Religionis Chriſtianæ capita contra Judæos, tam ex Scripturis Veteris Teſtamenti authenticis, quam ex Talmudicorum commentariis confirmare & illuſtrare conatus eſt. Hoc opus ſimiliter dialogi in modum compoſitum eſt, in quo colloquutores introducuntur *Galatinus, Capnio & Hogoſtratus.* Extat quædam *Reuchlini* epiſtola, qua *Galatinum,* cū adhuc ſudaret in laudato opere concinnando, ad illud perficiendum hortabatur, quam

Defenſores Reuchlini.

Galatinus.

quam vel ideò inſerere huic noſtro libr
placuit, quoniam multa habet ad laud
Noſtri ſingularem, & ipſius operis intellig
tiam ſpectantia.

*Petrus Galatinus Minoritanus, Joanni Reu
lino LL. Doctori S. P. D.*

*Hortaris me ornatiſſimis literis tuis, Cap
Vir unice, ut in tui veritatisque diu tam acriter
pugnatæ defenſionem mihi aliquid ſcribendum
eam. Nimium profectò (quod pace tua dixerim)
leris, ſi vel te qui cæteros omnes contra veritatis
verſarios veridicis argumentationibus ſemper eg
tutari conſuevisti, vel veritatem ipſam quæ n
poteſt obrui calumniis alterius cujusvis tuitione
digere putas. Quis enim diceret? virum Chri
næ religionis integerrimum, divinæ humanæque
loſophiæ indagatorem ſolertiſſimum, Pontificii C
reique Juris peritiſſimum, omnium bonarum art
eruditiſſimum Romanæ eloquentiæ facundiſſimu
trium linguarum, quibus Deus arcana ſua morta
bus reſervavit, interpretem diſertiſſimum, qui
præclara edidit opera, ut ejus nomen ſeculis cu
immortale permaneat, cuique (ut omnia ſimul co
plectar) parem nunquam tota produxit Germania
bi ad ſui ipſius defenſionem ſatis eſſe non poſſe.
quis rectè iret inficias, univerſa quæ abs te ſcrip
ſunt, per ſe, non modo adverſus adverſantes q
optime obſiſtere, verum eos quoque penitus
vincere poſſe. Quum nihil prorſus eorum ſit, q
vel Chriſtianam veritatem non ſapiat, vel ipſi v
tati teſtimonium non perhibeat. Quandoquidem
iam ἡ γλῶσσα quandoque ἁμαρτάνουσα τὸ ἀληθὲ*

*Quas ob res quum neque tu cujusquam protectione opus habeas, neque ſcripta tua alieno defenſore egeant, haud quaquam certe Opus de Arcanis Catholicæ veritatis in Thalmudicis libris contentis, ſuper articulos contra libellum tuum* Oculare Speculum *nuncupatum exhibitos, fundatum aggreſſus fuiſſem, niſi Reverendiſſimi Domini mei* Sanctorum IIII. Coronatorum Cardinalis, *& Reverendiſſimi* Adriani, *aliorumque quorundam Principum Cardinalium, qui veritatis diſcutiendæ gratia, hoc mihi oneris impoſuerunt, juſſiones ad id me penè invitum induxiſſent. Cui quidem operi quamvis hactenus ſumma cum diligentia inſiſtere non deſtiterim, tum ut eorundem principum Cardinalium juſſibus obtemperarem, tum probatiſſimorum virorũ* JacobiQueſtembergi *Græcis Latinisq; literis pereruditi,* Joannis Poticani *(ſ. Potkenii) in Chaldaicis præceptoris mei,* Stephani Roſini *Imperatorii Procuratoris vigilantiſſimi, &* Caſparis Vaingenſis, *qui omnes rem tuam omni ſtudio, omnique animi corporisque labore curare non deſinunt, aſſiduis exhortationibus maxime motus, ne dicam impulſus. Amo tamen cauſa tui eo accuratius rei perficiendæ operam dare conabor, quo gratiorem tibi rem me facturum confido. Quare divino favente Numine, opus prope diem in lucem proditurum expectato, neque tibi injucundum, neque Cæſareæ Majeſtati ingratum, neque Chriſtianæ Reipubl. inutile (ut ſpero) futurum.*

Reliqua, quæ ſequuntur in epiſtola, huc non pertinent, ac ſtudio à nobis prætermittuntur. Fuit autem *Petrus Galatinus* gente Judæus, ſed Chriſtianam religionem amplexus noſtrisque ſacris initiatus utilem contra

ɼra Judæos operam in laudato opere nava
ac Patrum memoria pro homine, cui ne
in rerum Hebraicarum peritia anteferen
comparandusque eſſet, vulgò habitus fu
quemadmodum vel ex his *Jo. Potkenii* ve
quæ in ejus ad Reuchlinum epiſtola, Ro
Anno M. D. XV. d. XXV. Januarii me
exarata, intelligi poteſt: *componitur Dialogu
tui defenſionem per virum doctiſſimum, utriusqu
ſtrum amiciſſimum, cujus nomen & alias qualit
ſuo tempore ſcies. Id nunc te ſcire ſufficiat, qu
Latinus & Græcus eſt, etiam quoad utramque
ternam linguam, & primatum tenet inter Chri
nos hujus ſeculi quoad Hebræam & Babylonicam,
eſt, vulgarem Chaldaicam, quam Hebræi Euro
incolentes, ſuis, hoc eſt, Hebræis characteribus effigi
& jam à me* Joanne *literas illas veras Chaldias,
bus* Presbyter Iohan. *& ſui in eorum ſacris utun
non ignaviter didicit.* Verum cū poſt illa tem
ra quidam excitatiſſimi ingenii homines
contenti his à *Galatino* traditis apertisque
vulis ipſos fontes ſcrutari inciperent, dep
henderunt illum alienis plumis, ut prov
bio ajunt, ſe ornaſſe. *Joſephus de Voiſin*
notis ad *Raymundi Martini* Pugionem fi
(qui liber Lipſiæ nunc, ut me per lite
certiorem fecit Max. Reverendus mihi
per multos retrò annos amiciſſimus vir,
*Polycarpus Lyſerus* in Acad. Lipſienſi ante
Philoſophici Ordinis Adſeſſor, jam vero
Theol. Licent. & apud Magdeburgenſes
ædibus Spiritus S. Paſtor meritiſſimus,
lo

lo ſubjectus, mox lucem videbit, & omnium uſibus, quod negatum hactenus nobis fuit, patebit) *Buxtorfius* in præfat. ad Lex. Talm. aliique exiſtimant, Galatinum ex *Raymundo* plurima hauſiſſe. Aſſentior tamen ego potius doctiſſimo *Morino*, qui in Exercitat. Bibl. L. I. Exerc. 1. cap. 2. obſervat, Galatinum ex *Porcheto* Carthuſiano, (cujus extat de *Victoria adverſus Judæos* liber, ab *Auguſtino Juſtiniano*, Nebienſi Epiſcopo editus demum A. 1520.) fere omnia deſumſiſſe, idque portentoſum vocat plagium, cui vix ſimile unquam factum auditumve. *Nam*, ut ait, *Galatini liber nihil aliud eſt, quam* Porcheti *exſcriptio, ipſiſſimis* Porcheti *verbis atque etiam Hebræorum textuum translationibus conſervatis, hoc ſi excipias, quod elegantiæ cauſſa quædam verba immutentur, & alium minutiusque diſtinctum ordinem faciat, inſuper frequentia ex libro* גל׳ רזיא & Zohar *teſtimonia annectat:* quæ ipſa tamen, quod expertus ſcribo, ita comparata ſunt, ut iis tutò inniti nequeas. Vel enim planè non extant in *Zohar*, vel aliò, quam quem indicavit, loco, leguntur. Turpiter ergò ſe dant, qui contra Judæos diſputaturi, ad *Galatinum* tanquam ad auctorem omni exceptione majorem provocant. Unicum illud pro *Galatino* forte facit, ut à plagii crimine abſolvatur, quod *Philippus Jacobus Mauſſacus* in prolegom. ad Pugionem fidei, *Porchetum Galatino* poſteriorē aſſerit; unde ille potius plagii accuſandus foret; etſi hic prope-

pterea non prorſus abſolvi debeat, cum *mundi* compilator adhuc maneat. Sed h aliis dijudicanda relinquo. Mihi ſatis indicaſſe, *Galatini* libros occaſione l Reuchlinianæ ſcriptos, atque, aliis in hoc nere deficientibus, utiles omninò eſſe, p ſertim ſi non temere fidem iis adhib mus, ſed fontes ſcrutemur, eoque omnia d ducamus, ac altius enitamur. Aliorum l boribus frui utique licet, ſed non ignavor fucorum in morem, qui alienis contenti, nihil aut in commune aut ſibi conſulu Quod utinam pondus aliquod apud ſtudi ſos haberet, qui neſcio quo lethargo nunc piti nihil prorſus curant meliores rarioresq literas. Erit, erit profecto tempus, quo citati aliquando à negligentiæ ſomno, ſtud invigilabunt, quando ſuis literis honor præmium reddetur. Non enim barbari ſemper regnabit, nec craſſæ ignorantiæ te bræ perpetuò imminebunt. Jamdudum ex ta eſt lux, quæ in tenebris lucet, ſed teneb eam nondum prorſus comprehenderunt. taque illud adhuc exſpectamus aureum ſæ lum, dum ferreum nunc eſt, & arma viru que orbis canit prope univerſus. Utina exoriatur aliquis ex Capnionis cineribus, q ignavum pecus excitet & ſoporem excut ut illa tempeſtate factum ſcimus in Monach otioſis & bonarum literarum artiumque ſoribus; has enim & cupide admittere, & l benter excipere & ſtudio amplecti debuiſſe

ve

verum cum alto ſupercilio barbariei expugnatorem, *Reuchlinum* ſpreviſſent, & recte ſalutariterque ab eo tradita repudiaſſent inſolenter, & abjeciſſent faſtidioſe, meritas dederunt pœnas non ſtultitiæ ſed veſaniæ ſuæ. Etenim omnes boni meliorumque literarum amantes, indoctos illos homunciones oppugnare, ac noſtro ſuppetias ferre ceperunt; quorum tunc & multi & præcipua dignitate prædici fuerunt. Agmen inter eos merito ducit *Huldericus* de *Hutten*, patria Francus, ordine eques, qui ingenio acerrimo & animo confidentiſſimo præditus litigantes cum Capnione monachos veriè exagitavit, & illam factionem tum quidem vehementiſſimis ſcriptis, ſed aliquanto poſt armis quoque expeditis adortus eſt. Epiſtolarum ſub obſcurorum virorum nomine ſcriptarum autorem eum eſſe, ſupra à nobis eſt oſtenſum. Alterius quoque *Dialogi* facta jam mentio eſt, quem ei tribuendum eſſe, conjecimus. Nunc igitur animo meo memoriæque ac oculis etiã occurrit libellus illius ΟΥΤΙΣ NEMO inſcriptus, cum præfatione ad *Crotum Rubianum*, qua egregiè depingit cucullatorum & Theologiſtarum Juriſtarumque iſtius ævi mores depravatos ac inanem perſuaſionem, ac ſi illi, qui neque *Magiſtri, neque magiſtrabiles*, aut alio aliquo titulo ornati ſunt, nihil prorſus intelligant. *Nihil*, inquit inter alia, *ſumus, ob id quod boni eſſe ſtudemus, ac nihil ſcimus quia aliquid recte ſcimus.* Gravius etiam invehitur in iſtos

Defenſor Reuchlini Hutten.

Gg glo-

glorioſos titulisque variis ſuperbientes verbis : *hi ſunt, qui cum literas ignorent, conſ. tamen nobis dant, quid diſcere oporteat, & ſtud. cenſores agunt, quorum à titulis præmia metu. ſic fere quærentes : quid eſt iſte ? quibus reſpond. cet: Doctor eſt, Magiſter eſt, Bacalaureus eſt. ſi nihil iſtorum attigit, nihil eſt.* Capnionis expreſſam facit mentionem, eumque no. viſum eſſe affirmat. *Capnionem,* inquit, *a. mi magnitudine omnis admirabitur poſteritas. deſcendere cum his in aciem ac pugnam capeſſ. ſus ſit, & mira hoc felicitate, præter omnium nionem. Qui ſi quam forte laboraſſet, tunc multis commune mihi fuiſſet hoc nihil.* In e. ſtola ad *Julium Pflugk* equitem, Aug. Vindelicorum IX. Calend. Septembris A. no M. D. XVIII. ſcripta, priori opuſc. annexa; ita de ſuo in Reuchlinum ſtudio quitur: *ipſe mihi negotium his diebus feci d. rendo, ambiendo, apprehendendo, dum opti. quemque ex aulis Principum in partes* Capnio. *traham. Quanquam huc ultrò illi concedant, jam opus ſit, parare ipſi amicos.* Extant q. que ejus ad ipſum *Reuchlinum* literæ, *Bon.* exaratæ, quibus hunc erigit atque ſolat. & confidenti animo eſſe jubet; *ſe enim jam. dem incendium conflare, quod tempeſtivè eruptu. ſit.*

Pirckheimerus.

Hutteno merito proximum adjungim. *Bilibaldum Pirckhaimerum,* qui illius honori a. ſerendo inſignes illas præfationes, q. *Luciani fugitivis & Rhetori,* præpoſuit, Latin.

ſe converſis, deſtinavit: eidemque patria extorri & rei familiaris inopia nonnunquam laboranti, & opem amici imploranti, promte liberaliterque ſuccurrit, ut ſuo loco dicemus. *Conradus Rittershuſius* in Commentar. p. 24. de vita *Pirckheimeri* meminit præfationis tantum ab eo piſcatoribus *Luciani* præfixæ, qua *Capnionem* contra Theologiſtas defenderit: idque ut faceret, ab *Hutteno* eſt inſtigatus. Ita enim hic ad illum in literis *Bononiæ* datis in oper. Bilibald. p. 264. ſcribit: *Mitte* piſcatorem, *ubi editus eſt. Pulchre in præfatione poteras Theologiſtas notare. Hi ſunt illi jaculatores, à quibus periculum eſt omnibus qui verum dicunt. Hi ſe cohortati ſunt mutuo jam pridem adverſus bonum* Capnionem, Hagoſtrato *præmonente*: βάλλε, βάλλε τὸν κατάρατον τοῖς ἀφθόνοις λίθοις. *Et illi*: πάντες ἅμα ξυνασπίσομεν ἐπ᾽ αὐτὸν Multæ extant *Reuchlini* ad Bilibaldum epiſtolæ, ex quibus quanta fuerit inter utrosque familiaritas animorumque conjunctio, luculenter apparet. De *Eraſmo* pariter ex epiſtolis conſtat, Eraſmus. quo in Reuchlinum ſtudio fuerit, quam nihil intermiſerit eorum, quæ ad defendendum amicum ſpectarent. Supra jam aliquot locis diximus honorificam Noſtri mentionem ipſum feciſſe cum ad ſummos viros ſcriberet, quibus nihil quidem nunc addimus, niſi quod libellus de *Moria* documentum illuſtre nobis hic præbeat; eo enim, ut *Conradus Peutinger* ad Reuchlinum L. 1. Epiſt. ad Reuchl. perſcripſit, *non ſolum* jureconſultos, *Siſyphi ſaxum revolventes, ſed & plerosque ſuperciliosos & irri-*

*tabiles* Theologos *taxat*; (ita enim hos
bat appellare Eraſmus, ) *& qui turmatim*
*centis concluſionibus adoriantur, & ad pala*
*adigunt, recuſantes protinus hæreticos clamant*
les Capnionem habuiſſe adverſarios,
ni non liquet. Igitur & *Capnionem* &
pſum ultus eſt *Eraſmus* iſto libello; nam
quoque eosdem hoſtes eſt expertus gra
mos; quod *Huttenus* in epiſtola paulo
adducta teſtatur, quando ad *Pirckheim*
ſcripſit, quendam ejus Ordinis (Prædic
rii) fratrem apud contubernales ſuos
tiiſſe: *audiſſe ſe ex* Hagoſtrato, *perſecution*
*re in* Eraſmum, *propter* Novi Teſtam
*temerariam, ut ille ait, editionem.*

Coloniæ quidam Reuchliniſtæ.

Imo habuit Noſter etiam in ipſa urbe
grippina multos amicos, de quibus eum
tiorem reddidit *Henricus Glareanus* Helve
*ὅτι*, inquit *κατέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτῶν. Eſt in*
Johannes Cæſarius Juliacenſis, *vir multa*
*na clarus, Græcæque linguæ peritus.* *Eſt* H
mannus Buſchius *optime in te animo, qui qu*
*nas rixas ob nomen tuum patitur, quique etſi*
*na in famoſum illum* Tungari *libellum coactu*
*ediderit, tamen in his neque nomen tuum*
*neque offendere te animus fuit. Nam & duob*
*lis annis & hodie multa ob decus & gloriam tu*
*pud hoſtes quoque claram patitur.* Sub fine
terarum ſcribit: *Cæterum Univerſitas aut n*
*urbis ſtudium nil adverſus te attentavit, ni Univ*
*tatem ſoli Theologi, ſi ſic appellari debeant, c*
*tuunt.* Uterque & *Cæſarius* & *Buſchius*

cu

miliaribus epiſtolis ſtudium ſuum Reuchlino declararunt. Ac ille quidem Noſtro de victoria quaſi gratulatus eſt, eique ſignificavit, Coloniæ libellum *Nazareni* Theologi, Cæſareæ Majeſtati deſtinatum excudi; ac ſe ab *Eraſmo* literas accepiſſe in quibus *Capnionis* quoque ſui mentionem faciat, & de duobus opuſculis in illius laudem confectis. Hic autem multo plures recenſet *Reuchlino* faventes, & inter eos quendam *Franciſcanum* cognomento *Strufz* ſigniferum & Ducem *Reuchliniſtarum* nominat, virum patricium & opulentum, expertem quidem literarum ſed tamen acerrimum confutatorem adverſariorum Capnionis, adeò ut etiam congredientem iſtum Theologiſtæ timeant; qui ejus *Speculum Oculare* ad verbum teneat memoriter, & ſemper in ſinu geſtet, tamque in eo ſit exercitatus, ut nihil objicere inimici poſſint, ad quod non promtiſſime ſtatim ille reſpondeat.

Hermann. C. de Nevenar.

Nec prætermittendus hic eſt Illuſtriſſ. Dominus *Hermannus* Comes de *Nevenar*, præpoſitus Colonienſis, qui, teſte *Hutteno* in epiſtol. ad *Jul. Pflugium*, Hogoſtratum fertur Colonia expuliſſe, propter impurum nebulonis figmentum, in quo hominem proſciderat. Quo verò melius de hujus & nobilitate generis & eruditione Illuſtris viri, ſingulari in noſtrũ bene volentia conſtet, epiſtolam ejus ad Capnionem hic ſubjiciam: *En tibi amicum utrumque gravem, qui tuas partes tenet apud* Leo-

dios & Aquas. Exegit á me literas commendati
ut te ex itinere inviſere poſſet, quod feci ipſe non
vitus, cum quod te amem, tum etiam quod illi neg
non potui. Contra Honſtratum, id eſt κυνόβερ
καὶ κυνέριγχον Canironchum illum bonæ famæ h
paucula ineptivimus, graviora quæque ad exitum
turantes, pedetentim contra beluam incedendum
quandoquidem externa præſidia nondum acceſſer
conjunctis copiis expugnari commodius poterit.
gregie animavit me Buſchius, idemque Huttenus
cit, ambo tui honoris propugnatores, quorum p
rior ille poſterioribus ad me literis ſuis voluit, ut
ties ad te ſcriberem, ſui facerem honorificam m
tionem. Sed quid anſerem me jubet ſtridere
olores? ille tamen cum ſit amicus facile obtine
parere malim etiam ineptus, quam impietatis in
lari. Tu autem noſti hominis ingenium, mores,
dolem. Præter virtutes & genuinum ſplendorem
tus eſt candidus, cultus atque elegans. Te ita
vat ut præferat etiam neceſſariis, literas ita colit
nullum barbaries acriorem ſentiat hoſtem. A
reano quoque è Galliis nuper literas accepi, ubi p
noſtras tenent eruditi aliquot, quorum indies ex
præſidia: apud Eburones idem facit religioſus ille
dem, ſed accuratiſſime doctus Paſcaſius Berſelius
rum, ego nihil opus eſſe judico tantis auxiliis co
ranas paucas, quas etiam nunc garrulitatis ſuæ
det, alias intendi machinas, agitur res ductu opti
rum, hos valde ſuſpicit hoc hominum genus.
ro brevi te aliquid intellecturum quod afficiat.
cipiunt jam paulum diſſidere ipſi, tota adhuc fab
detur in capite Aſtarothi. Antheum nactus eſt f
rem Hercules ille Ficticius, qui ita ſeipſum ap

*lat. Quieſce tu, interea dum luctamur, videbis ut te ex inſidiis eripuero. Deinde ſi tibi ocium ſuppetet, ad nos quandoque accedas velim. Ludemus bellam comœdiam, conficiemus Sycophantas, uſque ad medullas.* Leodienſis Epiſcopus *Gallicum explicavit nodum, adjunctus* Burgundionibus, *quæ res facile efficiet ut nobis quoque accedat, poſſum aliquid apud illum. Cum veneris ad nos, curabo ut omnia pro votis noſtris eveniant, nil tibi æque conducere poſſet quam ejus Principis favor. Bene vale. Coloniæ.*

Verum de Germanis, & domeſticis quaſi teſtibus ſatis. Ad exteros nunc progredimur, ac quibus illi ſtudiis proſecuti *Reuchlinum* ſint, breviter enarrabimus. Ordiemur Gallis, de quibus Huttenus l.c. *Ex Gallia ſcribunt* Faber, Budæus, Ruellius & Copus, nihil iſtic Capnionis *nomine eſſe celebrius, &* Theologiſtis *ademptam omnem penitus ſpem.* De Jacobo Fabro Stapulenſi Beatus Rhenanus Seliſtatinus auctor eſt, quod honorificam Capnionis memoriam publicè fecerit. Sic enim ad Noſtrum: *qui de Te in quintuplici* Pſalterio *ita honorificam mentionem facit, ut libeat ejus hic verba recenſere, quum de ſuperſancto Regis noſtri & Servatoris nomine loquitur, ſic inquientis: Illud idem ſcripſit* Mirandula, *& de eodem librum edidit elegantiſſimus & ſine controverſia inter Suevos doctiſſimus* Joannes Capnion, *cujus paulo ante meminimus, quem quidem libellum ab illo divino benedicto & mirando nomine* de Verbo Mirifico *nuncupavit. Hactenus* Faber. *Quin aliis in locis* Reuchlinianorum rudimentorum (*ſic enim nominat*) *ſæpe meminit. Vides igitur quanti te faciat* Faber, *quantaque ho-*

à In Gallia Faber Stap.

*noris præfatione de te loquatur. Memini ex eju*
*ore non ſemel audire: Doctus & revera is qui ſe*
mulum *appellat.* *Jacobus Spigelius* Seleſta
Legum Doctor & Cæſari à ſecretis, Ja
*Fabrum* Reuchliniani nominis *præconem, a*
*mum Theologiſtarum ſtimulum, imò malleum*
pellat in Epiſtola ad Capnionem, quæ
Copus. ma eſt in lib. II. *Guilielmi Copi* Baſile
Doctoris Medici Epiſtola, quæ ſimiliter
ter Reuchlinianas legitur, magni quoque
voris amorisque documentum præbet, qu
do coram Chriſtianiſſimo Rege Noſtr
conrra Epiſcopum egregie ipſum defen
atque dixit Baſileæ celebratiſſimi eum
ſe nominis & in liberalibus artibus & lit
humanitatis, adeo, ut ea tempeſtate nem
ſet ipſi comparandus. *Ruellii* & *Budæi* de no
teſtimonia quorum *Huttenus* meminit, n
dum legere hactenus contigit. A Galli
Italos progredimur, inter quos quamplur
Capnionis partes audacter atque aperte
ſtinuerunt. De *Franciſco Poggio* Floren
In Italia Poggius *Paulus Geræander* Româ ad Reuchlinum h
in modum ſcripſit: Franciſcus Poggius
*rentinus nuper ad Summum Pontificem oravit: Pa*
*Sancte! ego ſumam mihi partes* Reuchlin, *& vol*
*re loco ipſius. Legi ſuas lucubrationes omnes om*
*quas habere potui. Homini fit injuria. Cui*
J. F. P. Mirandulanus. *tifex poſt multa reſpondit: Noli curure* Poggi, *n*
*feremus ut quicquam mali patiatur hic vir.* In
*Joannis Franciſci Pici Mirandulæ Domini* de N
p. 94. ſtro elogium ex ipſius *Stauroſticho* ſupra à

bis eſt relatum, ubi *Reuchliniſtarum* quoque (liceat enim uti mihi hoc vocabulo tunc inter eos, qui à partibus Reuchlini erant, recepto) ex Anglis facta mentio eſt. Nihil igitur attinet ſingulos memorare, cum univerſi vix numerari queant. Nam & Philoſophi, & Poëtæ & Oratores & Theologi, & doctiſſimi quique omnes Reuchlino dediti, omnes pro eo certare parati erant. Neque ei deerant Principes & ſummo loco nati aut ad ſummum faſtigium evecti viri, quorum nomina paulo ante recenſui, ut ſupervacaneum eſſe putem hic denuo repetere. Non poſſum tamen prætermittere MAXIMILIANI Cæſaris ad Pontificem literas pro Noſtro ſcriptas.

## MAXIMILIANUS Cæſar, Romanorum Imperator ad *Leonem* Decimum Pontificem Maximum.

Maximil. epiſt. ad Leonem pro Reuchlino.

*Beatiſſime Pater, Domine excellentiſſime. Licet alias Beatitudo Veſtra cauſam quandam inter honorabilem, fidelem, nobis dilectum* Johannem Reuchlin *ſeu* Capnionem *Conſiliarium noſtrum, & quosdam Theologiæ Profeſſores ſtudii* Colonienſis, *ſuper quæſtione de libris Hebraicis comburendis vertentem, venerabili* Epiſcopo Spirenſi, *Principi, conſanguineo noſtro dovoto, dilecto decidendam commiſerit, & præfatus* Capnion *ſervata juris forma per eundem Spirenſem tanquam Beatitudinis Veſtræ Commiſſarium abſolutus fuerit, nos quoque pro pacificatione iſtius ne-*

 *gocii*

*gocii utrique parti ſilentium impoſuerimus.* Nihilo-*nus intelleximus præfatos adverſarios Conſiliarii* *ſtri* Capnionis *novam actionem in urbe, & a* *Beatitudinem Veſtram, nulla tamen interpoſita* *fieri ſolet) legitima appellatione, contra ipſum* Ca-pnionem *inſtituere, & etiam præter viam ordi-riam & regiam juſtitiæ, quam ex induſtria ſtu-vitare, variis viis & modis ipſum oppugnare:* *ſolum ad hoc tendere, ut litem in longum trahant,* *hunc virum integrum, bonum, doctum, & à Catho-lica doctrina nihil diſſentientem, & ea quæ á ſe ſ-pta ſunt, potius ad inſtantiam noſtram, & in bonum* *nem, ac communem Chriſtianæ Reipublicæ utilitate-ac conſultationem fuiſſe emiſſa. Exiſtimamus omni-no eſſe officii noſtri, viri tam integri, innocentis, &* *nobis optime meriti protectionem ſuſcipere. Prop-quod Beatitudinem Veſtram quanto majori poſſumus* *ſtudio inſtanter rogamus, dignetur ad ſingulare-noſtri complacentiam, hanc rem, quæ nobis plurimum* *eſt cordi, ferventius amplecti, & impoſito perpetuo ſi-lentio adverſariis illis captioſis Theologis, qui etiam* *non veriti ſunt in commiſſione eorum nuper apud Bea-titudinem Veſtram impetrata, nos, & alios Princip-noſtros Germaniæ taxare, Cauſam iſtam penitus ex-tinguere & ſuffocare, ut innocentiſſimus vir ille à ta-ſiniſtris vexationibus liberatus, tanto commodius ul-timos ætatis ſuæ annos peragere, & aliis ſtudiis quæ a-communem Reipublicæ Chriſtianæ utilitatem emi-tere in animo habet, liberius vacare poſſit. Quemad-modum Beatitudo Veſtra latius ex Reverendiſſimo do-mino* Cardinali Sanctorum quatuor*, & Oratore no-ſtro intelliget. Faciet in hoc rem æquiſſimam, ſe dignam* 

*& Re*

*& Reipublicæ Chriſtianæ utilem, nobis autem pergratiſſimam, omni filiali ſtudio & officio erga ſe recompenſandam, quam Deus ſuæ ſanctæ Eccleſiæ diu conſervare dignetur incolumem & illæſam. Datum in Inſpruck XXIII. Octobris.*

Hæ preces commendationesque, hi tot tantique Reuchlinianæ innocentiæ graviſſimi teſtes & acerrimi defenſores debuiſſent omninò aliquod pondus habere, & habuiſſent utique, niſi aureis ſuis artibus adverſarii juſtitiæ rotam ſtitiſſent per ſeptennium. Ita expertus Noſter eſt ſuo exemplo, verum eſſe, quod *Alexandrum* VI. Pontificem Maximum dixiſſe ferunt: Cum potentiſſimo Rege aut Principe malle ſibi bellum eſſe, quam cum uno ex fratre mendicantium ordinibus. Omnia enim habere eos, qui nihil habent, ac inexpugnabile eſſe id hominum genus, quacunque certandi via adoriaris. Nam quod Hermannus Buſchius Paſiphilus teſtatur in literis ad Capnionem Coloniæ datis, Theologiſtæ ingentem pecuniæ ſummam Hochſtrato repræſentarunt ad faciendas largitiones pro obtinendis ſuffragiis. In cujus rei meliorem fidem placet ipſa Buſchii verba exſcribere: *Item Theologiſtæ, ut etiam comperi,* Jacobo Hochſtraten *proximis diebus mille quingentos aureos per Trapezitas Romam miſerunt, non ad victum, qui Monachis tenuis eſſe debet, nec ad neceſſarias impenſas litis, nam minore ſummula, ut reor, hæc adminiſtrare tur. Sed quod vehementer ſuſpicor & illis male vortat, ad faciendas largitiones, pro obtinendis auro ſuffragiis, quæ jure non ſperat.*

Colon. artes aureæ.

Hutten. præf. in Neminem p. 14. col. b.

Haud ergo abs re *Hochſtratus* in dialo
qui *Hochſtratus Ovans* inſcribitur, hunc in m
dum loquens introducitur: *Neceſſe habui v*
*tam incedere viam, agere literis commendatitiis, p*
*niis niti, & largitionibus immodicis, ut magna ſu*
*pes nobis mendicis, atque mendacia ſtruere contr*
*ſontem, quæ non inſolens, neque imperitè confinxi,*
*que haud difficulter credita ſunt Romanenſibus.* O
mnium vero Theologiſtarum furorem
inſaniam luculenter deſcribit his verbis l
datus antea Buſchius: *ô ſi videres nunc ora &*
*tus Theologiſtarum, talis eſt furientis invidiæ*
*cies, talis eſt inſaniæ delirantis viva effigies, in*
*buccis contrahunt ſupercilia, caperant frontem,*
*mina tragica quadam torvitate horrificant, pall*
*rubent, ſtupent, gemunt, ſtriduntque dentibus. Qu*
*quod tanta bile tantaque perturbatione concitan*
*ut etiam impiis quandoque vocibus non abſtinea*
*Nam modo Reverendiſſimum Cardinalem* Grim
num *ut indoctum cavillantur, modo ut ſemper*
*ſpectum infamant. Præterea audent aperte jactare*
*verſiſſimi homines, niſi ſecundum ſe pronunciatum*
*urbe fuerit, ab Eccleſia & ſummo ejus Pontific*
*defecturos, & ſchisma novum ſuſcitaturos. Ali*
*futurum concilium provocaturos ſe minantur. A*
*dicunt, quicquid contra ſe ſtatuerit Papa, nullius m*
*menti eſſe, neque pro Papa habendum eum, qui a*
*ſuaque ſententia diſſentiat. Tam cœca, tam præc*
*eſt arrogantia iſtorum, ut non pudeat etiam poſtula*
*obnoxium ſibi Summum Pontificem eſſe, ſe pala*
*omnibus Eccleſiam eſſe dictitant, ſine ſe in rebus fi*
*Papam nihil decernere nec poſſe, nec debere, concl*
*mant. Nihil hercle ſecius aut honorificentius de ſu*

*mo Pontifice loquuntur, quam de puero ſub ferula adhuc vivente, cui nihil niſi ad pædagogi ſui nutum integrum ſit aut liberum loqui. Mera deliramenta profecto, meras inſanias deblatterant apud magnates ſuos, quos factioni ſui faventes habent. Cæterum ad humiliores amicos mittuntur* Bidelli *qui vocantur, & ſeculi ſui infamia* Pepericornus*: hi paſſim (ſi Diis placet) in triviis de ſententia* Pariſienſium *diſputant, cui refragari non levius putant eſſe ſacrilegium, quam Evangelium non recipere.*

Quæ omnia quum ſciret Reuchlinus & ſecum reputaret, haud immerito dixit ad *Albertum* Præſulem: *expectandum nobis eſt, quid futurum ſit*, Chriſtusne *vincat an* Chryſus? Sed ordine rem omnem uti ſuſcepta, geſta ac compoſita Romæ utcunque fuit, enarrabimus. Quum igitur, ut ſupra diximus, duo Purparati, *Grimanus* & *Anconitanus*, judices nominati conſtitutique à Pontifice eſſent, qui totam cauſſam tractare & litem dijudicare debeant, & à quibus provocare ad alios haud liceat, ſummum illi ſtudium adhibent, ut ſecundum juris præſcriptum cuncta fierent. Principio itaque diem dicunt, quo utriusque partis procuratores comparere in judicio jubentur. Quibus morem geſſit *M. Joannes van der Wick*, in Romana Curia cauſſarum curator *Reuchlini* partes ſuſtinent; ſed *M. Joannes Kœtenbruer* in eadem Romana Curia, & *Hochſtrati Arnoldi de Tungaris* aliorumque Theologorum Colonienſium procurator judicum juſſa inſuper habuit, & ad præſtitutum diem non adfuit. Undè Capnio-

præfat. ad Athan. de var. Qq.

p. 47. ſeq.

Judicium Romæ inſtitutum.

pnionis procurator, poſteaquam cauſſam o-
mnem, eum in modum, ut nos ſuo loco n-
ravimus, coram judicibus expoſuiſſet, *Kœtt-*
*brueri* comparare detrectantis contumac-
accuſavit, eum contumacē reputari, ac eo n-
mine, quemadmodū fieri in hujuſmodi ca-
Literæ inhibitoriæ in Hochſtratum. conſuevit, literas, quas vocant, *inhibito-*
ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis etiam p-
cuniariis decerni, & concedi à delectis
poſtulavit judicibus; Id cum denegare
non poſſent, & contumacem pronuncia-
runt *Kœttenbruerum*, & literas in hanc ſente-
riam ſcripſerunt:

Nos *Dominicus*, Epiſcopus *Portuenſ.* Card.
*S. Marci, Judex & Commiſſarius, præfatique*
*ver. Cardin. S. Euſebii ejusdem cauſſæ etiam ju-*
*cis & Commiſſarii ſubdelegatus &c. Authorit-*
*Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in*
*parte, vos omnes & ſingulos ſupradictos & veſtr-*
*quemlibet in ſolidum tenore præſentium, requirim-*
*& monemus primo, ſecundo, tertio & perempt-*
*vobisque nihilominus & veſtrum cuilibet in virt-*
*ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœ-*
*quam in vos & veſtrum quemlibet, ſi ea, quæ vobis*
*hac parte committimus & mandamus, neglexeri-*
*ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere, canonica m-*
*nitione promiſſa ferimus in his ſcriptis diſtricte præ-*
*pientes mandamus, quatenus infra ſex dierum ſ-*
*tium poſt præſentationem ſeu notificationem præſe-*
*tium vobis ſeu alteri veſtrum factas: Et poſtqua-*
*pro parte egregii Viri domini* Joannes Reuchlin *LL.*
*Doctoris principalis præfati vigore præſentium fueri-*

*requiſ-*

*requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, immediate ſequentes, quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino ac monitione Canonica aſſignamus. Ita tamen, quod in his exequendis unus veſtrum alium non expectet, nec unus pro alio ſeu per alium ſe excuſet, accedentes propterea quò fuerit accedendum Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia* Archiepiſcopo Colonienſium *ſub interdicto ingreſſus Eccleſiæ, ejusdem in ſpiritualibus & temporalibus* Vicario ſeu Officiali generali, *cæterisque Officialibus judicibus, commiſſariis, delegatis, ſubdelegatis, ordinariis, extraordinariis, quibuscunque quacunque authoritate fungentibus, & præſertim* Arnoldo Tungaro & *cæteris* Theologis, Theologiæ facultatibus, inquiſitoribus & Univerſitatibus *omnibusque aliis & ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus cenſeantur, & quacunque præfulgeant dignitate, de quibus pro parte dicti Domini* Joannis Reuchlin *Principalis fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus ſub excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliisque eccleſiaſticis ſignis & cenſuris, etiam trium millium ducatorum auri de Camera boni & juſti ponderis, pro una ipſi Cameræ Apoſtolicæ, & pro alia medietatibus parti applicandorum pœnis, quas ferimus in his ſcriptis, quasque quemlibet hujusmodi noſtræ inhibitioni contravenientem incurrere volumus, ipſo facto inhibeatis, quib s nos etiam una cum præfato* Reverendiſſimo Cardinali S. Euſebii *tenore præſentium ſub ſimilibus pœnis inhibemus, ne ipſi, vel eorum alter in cauſa & cauſis hujusmodi per ſe, vel alium*

*lium, ſeu alios, publice, vel occulte, directe, vel*
*directe, quovis quæſito colore vel ingenio, in vili*
*dium litispendentes & jurisdictionis noſtræ, im*
*verius Apoſtolicæ, aut in dicti Domini* Joannis Re
lin *Principalis, jurisque ſui præjudicium & gra*
*men, lite & cauſa hujuſmodi ſic coram nobis in*
*ciſis pendentibus, quicquam attentare ſeu inno*
*præſumant, ſeu præſumat. Quod ſi ſecus fa*
*fuerit, id totum revocare & ad ſtatum priſtinum*
*ducere & ad dictarum excommunicationis & a*
*rum ſententiarum & pœnarum declarationem ea*
*que aggravationem, reaggravationem, interdicti*
*cleſiaſtici appoſitionem, ac auxilii brachii ſecular*
*vocationem procedere curabimus, juſtitia medi*
*præfato vero* Domino Archiepiſc. Colon. *duntu*
*excepto, cui ob reverentiã ſuæ pontificalis dignita*
*ferimus in hac parte, ſi contra præmiſſa vel eorum*
*quid fecerit, per ſe, vel ſubmiſſas perſonas, dicti*
*dierum canonica monitione præmiſſa ingreſſum* Ecc
*interdicimus in his ſcriptis. Si vero hujuſmodi*
*terdictum per alios ſex dies immediate ſequentes*
*nuerit, ipſum in ſcriptis ſimile monitione can*
*præmiſſa ſuſpendimus à divinis, verum ſi præfat*
*terdicti & ſuſpenſionis ſententias per alios ſex die*
*ctos* XII. *dies immediate ſequentes, animo, quod*
*ſuſtinuerit indurato, ipſum in eisdem ſcriptis*
*monitione canonica prævia ex tunc excommunic*
*nis ſententia innodamus. Diem verò, ſeu dies inhib*
*nis ſeu inhibitionum veſtrarum hujusmodi atque*
*mam & quicquid in præmiſſis feceritis, ſeu alter v*
*duxerit faciendum, nobis per veſtras literas pat*
*aut inſtrumertum publicum harum ſeriem ſeu*
*nationem in ſe continentes, ſive continens, remiſſ*
*tentibus, quanto citius poteritis fideliter intima*

*auretis. Abſolutionem vero omnium & ſingulorum, qui præfatam noſtram excommunicationis ſententiam incurrerint, ſive incurrerit, quoquomodo nobis vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum patentes literas, ſive præſens publicum inſtrumentum hujuſmodi, noſtram inhibitionem continentes, ſive continens, exinde fieri, & per* Notarium publicum *noſtrumque & hujuſmodi cauſæ coram nobis ſcribam infra ſcriptum, ſubſcribi & publicari mandavimus: Sigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione commmuniri. Datum & actum* Romæ *apud S. Marcum in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub Anno à nativitate Domini M. D. XV. indictione tertia, die vero Veneris decima nona, menſis* Januarii, *pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini LEONIS divina providentia Papæ X. Anno II. præſentibus ibidem venerabilibus viris Domino* Demetrio *Calc. Archidiacono Eccleſiæ Aquilejenſis,* Ambroſio *de Popaitis Clerico Concordienſi, Camerariis noſtris, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.*

Summam hujus ſententiæ Reuchlinus *Guilielmo Copo* Medicinæ Doctori apud Pariſios perſcripſit, ut Chriſtianiſſimus Rex eo talia monſtrante agnoſceret atque cogitaret, ſe fraudibus *Pœnitentiarii Parvi*, quippe *Fratricelli*, & de *Fraterculorum* numero deceptum ſeductumq; fuiſſe: ac quo minus Capnioni ſuccenſeat, ſi elogia quibus Scholam Pariſienſem hactenus, dum mater erat, extulerat, deinceps poſteaquam noverca facta ſit, recantaverit.

Cæterum contra hoc Judicum interdi-

ctum *Hochſtrati* aſſeclæ, multos contra C... pnionem famoſos libellos vulgarunt, eo ... terim modeſte quieſcente, & injurias calu... niasque omnes patienter tolerante, cum ... ſciret fidem à probis viris haud haberi ſuis ... verſariis, nec ſuam lacerari famam poſſe ... infamibus iſtiusmodi hominibus, qu... *Pfeffercornius* erat, qui crucifer, ut pub... tunc fama ferebat, à duabus crucibus pa... laribus, datâ pecunia, liberatus fuit. In... rea denuo litigantibus dicitur dies, XI... Januarii menſis Anno M. D. XII... quo electi ſunt duo interpretes *Ocularis Spe...* ſuper quo præcipuè vertebatur quæſtio, al... quidem pro *Hochſtrato*, alter pro *Reuchli...* Quam enim produxerat Hochſtratus ver... nem iſtius libri, ſub ſigillo, ut ajunt, U... verſitatis Colonienſis ſ. Facultatis Theol... tanquam mutilam & mancam, multisque ... ſitatibus refertam, rejecerunt judices & ... ter converti voluerunt *Oculare Speculum*, ... mutilum, ſed indiſciſſum, integrum, ac ... omnibus ſuis compactum partibus, ſem... omni orationis pompa, phaleratisque p... cul exploſis verbis, atque juridice, ut ... quiunt, magis, & ſecundum ipſam ver... tem, quemadmodum Romæ tunc inve... ratus illorum mos erat, qui aliquid in ca... interpretandum aſſumunt, ut verbum ve... reddant. Id & injunctum ſibi & feciſſe ... profitetur *Martinus Groningus* Bremenſis, J... ris utriusque Doctor, cui convertendi ne...

Verſio. Speculi Ocularis.

Chriſto Welſer Præpoſ. Ratisb. ad C. Peutingerum.

tium pro Reuchlino impoſitum fuit: ejus quoque translatio poſt diligentem à judicibus inſtitutam inquiſitionem, inventa verior & prælata alteri eſt, quam concinnavit *Hochſtrati* interpres. Etſi enim *Jacobus* in octo locis *Groningum* male convertiſſe calumniatus ſit, ille tamen nihil cunctatus ſuam interpretationem defendebat, negotiumque referebat ad arbitros altæ Alemanniæ, in qua lingua ſcriptus ille liber erat: & è veſtigio trecentos ferè locos opponebat, quos Inquiſitoris interpres peſſime traduxit, ac potius pervertit, quam convertit. Sæpiſſime autem adverſarii & interpellati & provocati, ut eos locos diluerent, minimè reſponderunt. Eam ob cauſſam illorum traductio tanquam perverſiſſima & calumniis undique ſcatens à judicibus ignominioſe abjecta, Groningi autem in corona graviſſimorum clariſſimorumque virorum ad examinandum *Oculare Speculum* à Pontifice electorum, publice & lecta, & examinata & inventa fidelis fuit. Prælata verſio Groningi.

His ita conſtitutis ad rei ſummam judices progredi, litemque mature diſceptare atque componere cupiebant. Sed id omni niſu impedire conati ſunt Jacobitæ, cauſſæ quippe ſuæ diffidentes; malueruntque eam differre, ad Kalendas, ut ajunt, Græcas, aut Concilio nunquam finiendo committere, aut à judicibus datis avocare & ad alios ſibi faventiores devolvere. Hinc cum delecti doctoribus quibusdam Theologis rem exa-

minandam tradidiſſent, conqueſti mox ſ
apud Pontificem Hochſtrati complices, ta
tam *cauſſam fidei* & *univerſalis Eccleſiæ* co
mitti paucis hominibus, petieruntque ſ
plices, ut multi alii iis adjungerentur. C
tra verò *Reuchliniſtæ* dicebant, iſtam li
contentionemque non fidei ſed invidiæ ca
ſam appellandam eſſe, & conſiſtere dun
xat in facto & humano jure; procedi igitur
bere ſecundum jura conſtitutionesque,
profanis cauſis fieri ſoleret. Verùm P
tifex, importunis Inquiſitoris precibus f
gatus atque permotus, plurimos cauſſæ
ſeſſores judicibus adjungi voluit. Q
fuerunt ab utraque parte nominati duo &
ginti viri, doctrina præſtantes; è quibu
ptem pro *Reuchlino* adhibiti ſunt, ſed
ſponte abierunt, ut quinque tantum rema
rint: reliqui omnes pro Jacobitarum parte
troducti ſunt. In his tamen etiã quidam T
*logiæ Magiſter Pariſienſis* repulſus fuit, propt
quod affirmabat, ſe nil neq; dicere nequ
cere poſſe contra matrem ſuam faculta
Pariſienſem. Quo dicto riſum adſtant
movit, ac tanquam ſuſpectus â Conv
fuit excluſus. Alius etiam Theologiæ
giſter ſua ſponte ex conſeſſu abiit. Rem
ſerunt igitur octodecim *deputati*, ut in a
legitur, *homines celeberrimi*, & *lumina m*
*Archiepiſcopi, Epiſcopi, Pœnitentiarii, Refere*
*rii, Regentes in Sapientia Romana, Theologi, Comm*

Multi aſſeſſores Judicibus adjuncti.

tii *Fratrum Minorum*, *&* *magiſter Palatii Sylveſter Prierates* cum *Generalibus aliorum ordinum mendicantium*, plerique de D. *Dominici* familia, ſolicitatores ſimul & cognitores cauſæ. Nihilo tamen ſecius potentior veritas triumphavit. Nam poſteaquam crebri conventus deliberationesque de lite componenda habitæ fuiſſent, prima itemque altera in capella, quam vocant, Papæ, ac iterum alia in templo *Beatæ Mariæ* de *Pace*, & alibi alia, decretum tandem fuit, ut ad certum præſtitutumque diem ſinguli ſententiam ſuam atque ſuffragia literis conſignata adferrent, additis quoque rationibus, cur ita ſtatuerent. Convenerunt igitur omnes Anno 1516. 20. Julii die, ac præſentibus innumeris fere viris ad dictum modum ſuffragia tulerunt. Primus omnium *Georgius Benignus*, Archiepiſcopus Nazarenus, Theologus antiquæ eruditionis approbavit *Oculare Speculum & Pariſienſium* aliarumque Univerſitatum, id damnantium, ſententiam libere condemnavit. Hunc excepit *Epiſcopus Malfetanus*, natione Græcus, doctiſſimus ſenex, qui ſimile tulit ſuffragium, ac una addidit, *Jacobum Inquiſitorem* accuſatoremque graviter eſſe puniendum. Similem in modum *Petrus Gryphus* Epiſcopus Forolivienſis pronunciavit, & ſic ordine reliqui omnes, præter novum *Sancti Palatii Magiſtrum* (nam qui ante hunc erat S. Lateran. Palatii Magiſter, aperte palamque profeſſus ac teſtatus eſt ſæpius, innocentem eſſe Reuchlinum,

Vota lata pro Reuchlino.

num, ejusque *Oculare Speculum* denuo Rom publici juris per calcographum fecit, tanqua librum talem, qui Eccleſiæ uſui magis qua ſcandalo ſit ) qui, quum hæc tot & tam il ſtrium virorum ſuffragia pro Reuchlino a diviſſet, inſtinctu Hochſtrati per Nicolau de Schovenberg mandatum, ut vocant, A poſtolicum de ſuperſedendo â Pontifice e torſit. Metuebant enim *Jacobitæ*, judic ſecundum ſuffragia protinus ſententiam co tra ſe & pro *Reuchlino* dicturos. Atque omnia ſuffragia in manibus *Jacobi Sketa, Tr bani, Clerici Aquilienſis diœceſ.* pub. imper. a toritate notarii & hac in cauſa ſcribæ, perma ſerunt. Interea cum ſententia ſuſpenſa hu in modum eſſet, *Hochſtratus* Thraſonice j ctitavit, ſe *articulos*, quos ipſe cæſim membr timque ex *Oculari Speculo* extraxerat, cora Concilio velle diſputare, cui reſpondeba totam cauſſam ſatis jam diſceptatam diſp tatamque eſſe. Unde *concluſiones* & *corollar* quæ valvis Tabularii & alibi Romæ affix rat, diripiebantur, & luto pulverique injec pedibus conculcabantur: denique ei inte dicebatur à judicibus ſeverè, ne talia dei ceps auderet atque faceret. Major etia Reuchliniſtarum pars illud Inquiſitoris f ctum putabant fuiſſe contra aliquod ju menti calumniæ caput. Alii dicebant, qu fuerit *ſpecies nota Senatusconſulti Turpiliani.* Tu piter profectò ubique ſe dedit & turpes de piendi corrumpendique artes inſuper ac

Sententia ſuſpenſa.

pen

penſi moderatique habuit, dummodo aliquod malæ ſuæ cauſſæ patrocinium parare potuit. Haud ergo præter meritum in laudato aliquoties Dialogo introducitur ſequentem in modum verba faciens: *Mihi crede,* inquit ad Eduardum Leum, *nihil omiſſum, quod faceret ad famam noſtram tuendam, & ad perdendum* Capnionem. *Nam cum ſemel crebra flagitatione* Capnionis *juſſi eſſent Grimanus & Anconitanus* pronunciare, *effeci ut ſorſum de ſcripto pronuntiarent: & quo minus de ſucceſſu dubitarem, appoſui nova jura, nempe almæ* Univerſitatis Colonienſes *& hujus ſororis* Lovanienſis, *ſentimentum. Atqui antiquatum fuit, & accurate excuſſum, & rejectum, tam à patribus* Concilii Lateranenſis, *quam ab aliis cognitoribus. Reſpondebant tum quidam dicaciores, ſorores illas Univerſitates olim forte virgines, modo merere proſtitutas, & impudentia ſcorta omnia ſuperare. quod auſint de toto libello pronuntiare, cum teſtentur ſe duntaxat vidiſſe conſulationem, & non adjunctam ſub uno titulo declarationem. Sic ſolent, magnanime* Lee, *argutuli illi ludere noſtratia. In ſumma tempori tantiſper conceſſi, & ſubornavi* Anconitanum, *qui patronis* Reuchlini *non ſemel diceret, Pontificem nolle contra illorum clientulum ferre ſententiam, neque jure licere quidem. At pro eo pronuntiandum non eſſe, quod & Theologorum agmina offendiſſe non expediat. Sumus enim columina Pontificiæ ſtructuræ, ruit univerſa in nihilum collapſis nobis, iccirco & nunc quidem nos ſervatos, valere apud populum autoritate prima volunt, quod illis videtur tibicen Eccleſiæ Romanæ. Itaque male ſecurum reddidi* Capnionem *& nunc velut ex inſidiis inopinantem adortùs proſtravi*

 feli-

*feliciter, & confeci penitus. Hic animadverte, qu*
*tis ærumnis & muneribus expugnaverim pudorem*
*dicum, qui ſine gravi verecundia neſcierunt n*
*condemnare, & quod illi ipſi judices toties teſtati*
*tiquam eſſe condemnandum; quanquam occaſio*
*tum adjuvit, quæ eſt optima rerum gerendarum*
*miniſtratrix. Nam à Roma ſolverat* Stephanus
ſinus, *illic Cæſareus procurator, &* Joannes W
*patroni* Capnionis: Grimannus *extorris factus*, N
renus, Malfetanus, *&* Forolivienſis *Epiſcopi m*
*qui judices hujus cauſæ. Mortuus* Cardinalis Seno
lienſis, *exautoratus* Adrianus Cardinalis S. Chryſ
ni, *deportatus* Franciſcus de Soderinis, *viri optim*
*integerrimi, atque amici præcipui adverſario, pr*
*ſummam illius eruditionem. Adhæc infeſti ſunt*
*Romani Germanorum literaturæ, & libero eorum*
*dicio, liberiorique calamo.*

Eadem iisdem, ut apparet, verbis,
petit ex hoc dialogo auctor *Paraleipomen*
*Conradi Vrſpergenſis* Chronicon p. m. 358.
ejus mentionem haud fecerit. Atq; hinc M
nachorum fraudes haud obſcurè patent.
terim *Hochſtratus* rebus ita Romæ ſuſpe
domum vacuis manibus rediit, nil niſi de
cus reportans. Nam quicunque ſubdola
pſius artes perſpectas habebant, hinc
dicare facile poterant, *Reuchlinum* v
ſe. Quapropter etiam non tantum
norum odium ſed ingens præterea per
lum ſibi accerſivit, quod vix ac ne vix
dem evaſit. Nam cum Roma diſced
Noribergam iter feciſſet, Coloniam i
perrecturus, inſidiæ ipſi à *Reuchliniſtis* p
b

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

bantur, quas, ſi præmonitus non fuiſſet, certe haud effugiſſet. Ac ne ſic quidam exceſſiſſet, evaſiſſet, erupiſſet, niſi *Marchionis Brandenburgenſis* ſalvo conductu à perſequentibus tutus fuiſſet. Verum, *Pirckheimero* judice, *Deus, qui procul dubio in partibus fuit, & Reuchlinum, virum innocentem, ex ore Leonum & Draconum eripuit, ille ſibi vindictam reſervavit, quam ſuo tempore gravius fulminaret. Ideò etiam ſine Reuchliniſtarum vindicta impii peribunt.* Cæterum haud abs re illi, qui *Reuchlini* cauſſam & hoſtium fraudes juxta perſpectas habebant, ei de victoria gratulabantur, eamque publice decantabant & paſſim celebrabant: inter quos vel primo loco nominandus eſt *Vlricus Huttenus*, qui *Melanchthone* teſte, claſſicum ſuo ſodalitio cecinit. Hujus eſt *Carmen triumphale* victoriæ *Reuchlini*, cum pictura etiam in illius conſpirationis gregem contumelioſa, ubi unco trahitur quidam, qui cum Judæus aliquando fuiſſet, ſuam operam in Capnione lædendo atque evertendo, conductam illam quidem, magna, ut credebatur, pecunia, dediſſet. Ita *Camerarius* in vita Melanchthonis narrat, mihi tamen videre nondum contigit iſtud triumphale carmen. Interim alio carmine ab alio pro Capnione ſcripto defectum ſupplebo. Nam *Eleutherius Byzenus* haud abſimili, ut opinor, modo, triumphum Reuchlini verſibus deſcripſit, cujus & titulum & ſummam cum lectore communicare viſum fuit. Titulus planus

epiſt. ad Hutten.

Triumphus Reuchlini decantatus ab *Hutteno.*

p. 19.

*& Eleutherio Byzeno.*

& ſimplex eſt: TRIUMPHUS DOCT
RIS REUCHLINI, quem tamen mox
ribus verbis ita declarat: *Habes ſtudioſe L*
Joannis Capnionis *Viri præſtantiſſimi Encom*
*triumphanti illi ex devictis obſcuris viris, id*
Theologiſtis Colonienſibus, *&* Fratribu
ordine Prædicatorum *ab* Eleutherio B
no *decantatum*. Huic Carmini præm
præfationem ad Principem ac populum G
manorum, qua illis gratulatur, quod è fa
bus perditiſſimorum hominum Theolog
rum, ſumma contentione Capnionem
puerint. Hinc graviter invehitur in *H*
*ſtratum*, cujus opprobratam in Italia inſo
tiam ſibi aliisque Germanis fuiſſe, affirm
Poſtea Theologiſtas ardentiori quam Tu
odio dignos majorique oppugnandos op
clamat. *Hi ſunt* inquit, *quibus temporum i*
*licitate recta ſtudia interierunt, literæ proculcatæ*
*divina Theologia ad inutilem loquacitatem, m*
*nugas, aniles ineptias recidit. Latius jam ev*
*Nec vos pigri agnoſcitis Theologiſtæ, veſtræ vobis*
*pæ conſcii. Quibus profecto lætius nihil ominor, q*
*ut regnaſſe vos dicatis. Valent artes, vigent j*
*florent ingenia, barbaries exulat, doctiſſimum P*
*ficem veſtræ piget ſtoliditatis. An quicquam*
*audebitis, quibus tam infeliciter auri Judaici p*
*tura ceſſit? Ne facite. Oculos habet Germania,*
*bis detractum velum. In aperto conſtituti, nemin*
*celabitis. Regnaſtis, aut malo Chriſtianæ Reip*
*cæ fato, aut eorum qui vos paſſi ſunt ſcelere.*
*enim per Deos immortales tam iniquus Pontifex,*
*nobis primus hoc jugum imponebat? Aut qui*

*navus orbis terræ Imperator, qui ſic maniſeſte no-ſtram nobis libertatem eripi ſinebat? ſed recte adver-ſus Capnionem inſurrexiſtis hoc tempore. Nam ejus viri magnitudine perſpectiſſima, ignorare ſe diutius Germania non potuit, ſervare ſuum decus, ſuam gloriam ſtuduit. Mecum igitur inſultate victis Germani. Nam quo majori difficultate hæc parta victoria eſt, utpote octavum jam annum oppugnato Capnione, eo vos tenacius meminiſſe in poſterum oportebit, quatenus quid ferre debeatis. Sed jam triumphantem Capnionem ſpectate ac plaudite.*

Carmen ipſum cum denuò attento ſtudio perlegiſſem, ita mihi placuit, ut integrum illud tranſcribere viſum fuerit, propterea quod brevem totius diuturnæ litis narrationem, & nonnulla alibi haud occurrentia continet. Meretur id profecto *Reuchlinus*, ut hoc ipſius laudi perpetuæ demus, ac ex cineribus quaſi in publicam lucem proferamus triumphum ab *Eleutherio* ipſi decantatum, cum nec prolixus adeò ſit, & tranſiliri facile poſſit, ſi faſtidium Lectori occupato moverit. Nam ut id omnino adjungerem, docti cujusdã viri inſtinctus hac ipſa hora commonentis me movit.

Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat
Virtutemque ſuam dignis concentibus æquet.
Ecce triumphantem exciſos Capniona Sophiſtas
Et debellatos recipit ſua patria fratres.
Nec tamen una capit, quanta eſt Germania partem,
Plena viri defert, & ab hoc ſplendore niteſcit,
Integer ille tamen patriæ redit, abiice curas,
Qua tibi belli eſt, ſive eſt tibi Phorca gerendæ
Illa rei, ſtudiumque unus tibi vendicet omne
Unus enim decori eſt. Quod ſi unquam mœnia poſſet
Helvetius delere furor, populique bibentes

*Capnionis patria.*

Exi-

Exiguos Rheni fonteis, & ſortis iniquæ
Te premerent caſus, ruerent turreſque domuſque
Occideret populus, ſolo hoc tua ſtaret alumno
Fama ſuper, ſcirentque tuum venientia nomen
Secula. Quid cives fortunam aut arma timetis?
Iamdudum eſt aliquid muro vivacius iſto,
Turribus ac templis iſtis, tectiſque domorum
Munera quæ veſter vobis largitur alumnus,
Invitis equidem fortunæ oſoribus amplæ:
Et quibus in voto eſt famam allatrare bonorum.
Qualis erat, ſtat adhuc, ſtabitque cadentibus iſtis
Contemptum in cinerem. Nanque hac com-
ſoluta
Corporis, ille tamen vivet. Mors juris habebit
In Capniona nihil. Jam vertice ſydera tangit,
Jam divinus homo volat, & mortalia temnit,
Invidiaque ſua major, nec tangitur ulli,
Nec curat quenquam, merito tu patria gaude
Læta tuo, quod enim genuiſti, hæc ille rependit
Præmia, ut in ſeros maneat tibi fama nepotes.
Vos etiam ante alios certate & vincite cives.
Veſter hic eſt, & ut eſt, paſſim jactare licebit.
Quod foret exitio populi, veſtroque parandum
Sanguine, deſidibus vobis, & pace ſolutis,
Ille dedit, peperitque ſuo diſcrimine famam
Nominis æterni, quæque omne ſuperſit in ævum.
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Ingeminetque iterum, bis Io Victoria clamat,
Et ſecum clamare jubet Capnione recepto.
Huc juvenes, huc ite ſenes, celebrate triumphum
Turba ruat matrumque virumque, & læta puellæ
Agmina, compti omnes, & feſtis cantibus omnes
Serta gerant, floreſque viis, & olentia ſpargant
Gramina, dent frondes & primos veris honores.
Dent manibus teneros frondenti ex arbore ramos
Sit demiſſa viris toga veſtis, ſit vaga caſtis
Inſtita matronis, longæque volumina Pallæ.
Præterea lectæ peregrino ex æquore baccæ
Incluſæque auro gemmæ, cum torquibus aureis,
Sit ſtola, ſint limbi, vinctoque monilia collo.

*Capnionis immortalitas.*

*Invitatio ad celebritatem.*

Sericaque, & raræ veſtes, precioque coloreque.
Et ſtrophium, & capitis velum, quod cum nive certet:
Quicquid & ornatus, quicquid cultuſque nitoriſque,
Et quod quæque poteſt, & quod ſua quãque facultas
Ferre ſinit, quæ cuique domi ſtat copia rerum.
Candida ſuccinctas commendent Galbana nymphas
Et zona, virgineumque aſtringens faſcia pectus,
Coraliumque teres rubicundi inſigne pudoris,
Quæque alibi molles ſignant geſtamina mores,
Hic etiam caſtas deceant. Sint vertice nudo
In terga effuſis, quos verberet aura, capillis.
Plexaque contortis circundent tempora ſertis.
Una omnes hi voce canant, uno ore loquantur,
Quam ſibi ſervarunt Capnione ſuper laudem.

*Digreſſio ad Cæſarem Maximilianum.*

Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Vix melior cur dicat Io ſe cauſa dediſſet.
Cæſare ab Euganeis nacto ſpolia ampla tyrannis.
Forte tamen melior, ſed non pugnavit in armis
Noſter hic, haud gladios præfixaque robora ferro
Pugnantis geſtamen erat: neque caſſide vertex
Splenduit, & nullus munivit pectora thorax.
Certatum ingenio eſt, vicit tot millia ſolus,
Victor ab oppreſſis Venetis Galloque ſubacto
Citra Atheſis tumulos, & onuſtas nubibus Alpeis
Terrarum dominus ſiquando ad vota redibit,
Quæ diis perſolvat patriis, auguſtior illo
Plauſus erit populi, & pro conditione triumphus
Altera tum ſcænæ facies erit, altera pompæ,
Et perhibenda oculis alio ſpectacula ritu.
Fulgidus ipſe auro, & curru ſublimis eburno,
Poſt Venetas ſe oſtendet opes, quoſque Adria longo
Tempore, tot ſpoliis populorum aggeſſit in unum
Theſauros vehet, & raptas prædonis iniqui
Divitias portabit aqua terriſque petitas.
Et ſpoliatorum miſere patrimonia regum
Ibunt & ſcelerum authores in veſtibus atris,
Fune ligati omnes, vincliſque tenacibus omnes,
Nec ſe jam Venetos dicent, aut eſſe putabunt:
Terga prement equites, atque auxiliaria belli
Turba ducum ereptique armis, & ab hoſte recepti

Capti-

Captivi cives, nitidiſque exercitus armis,
Et quæ non locus eſt, ut nunc ex ordine dicam.
Omnibus argentum Germanis, omnibus aurum
Ex præda dabitur, gemmæque, & purpura & oſt
Diſtinctæ veſtes, & ſi precioſius iſtis
Eſſe poteſt aliquid, diverſis tunc quoque ſurgent
Fixa trophæa locis, victorum æterna ſubinde
Virtutis monumenta ſuæ, memorabile nomen
Sentiet hoc, miroque feret nova gaudia Rhenus,
Et ſe lætitia ripa diffundet utraque:
Exultabit agris, & campo ludet aperto.
*Carolus Magnus.* Qualis erat, cum te reducem victricibus armis
Orbe pererrato, victiſque, quot orbis adiſſes
Marte æquo, populis, tumido lætiſſimus amne
Acciperet domitis regnantem, Carole, Gallis,
Deque tuis genti tradentem nomina Francis:
Aut certe quam lætus erat, patiente ſupremam
Italia cladem, rigida Friderichus ab Alpe,
Cum tranſportaret, Sueviſque exponeret arvis
Terribileis aquilas, mortemque ferentia caſtra
Sentiet hoc, ſecumque Iſter feret amne ſecundo
Perculſura feros triſtiſſima nuncia Turcas.
Ultimus arctoum tranſibit rumor ad Albim.
Iſque tibi gaudebit ovans, hilaremque perinde
Oſtendet vultum, & pleno laſciviet amne,
Acſi forte ſuos iterum cognoſcat Otones
Victores Latii, patriam componere pacem.
Scilicet exciſis Venetis Germania ducet
Longe alium in morem tibi Maxmiliane triump
*Capnion ingenio triumphat.* Nunc locus eſt merito Capnionem inducere p
Ingenioque viri dignas perſolvere grates.
Ingenii labor eſt, ſint præmia digna labori.
Par animo referatur honos, neve haud ſit honor
Auſpiciis viciſſe tuis, ſine Cæſar ovanti
Quanquam etiam lauri, quam tu, cum præmia
gnis
Confers ingeniis, hac vatum tempora cingis.
Non petit ipſe quidem, ſed nos decerpimus illi.
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Obviaque incedat parvæ prope mœnia Phorcæ.

Q

Quanta poteſt numero Capnioni læta reverſo
Ille redux curru vehitur, victiſque triumphat
Hoſtibus, & ſecum ſceleratæ agit agmina turbæ.
Vicit enim, victoſque jubet ſe ducier ante
Conſpicuam populo prædam. Ne quære quis hoſtis
Spectator, monſtra ipſa vides, monſtra omnia monſtra,
Herculea mactanda manu. Sed ab Hercule certe
Res acta eſt, vicitque ſenex, victorque triumpho
Dominici Fratres duci jubet, hoſtibus illis
Confectum eſt bellum. Tum qui adjuvere trahuntur
Ante triumphales Capnione ſequente paratus.
Ex Ubiis delecta manus, tu Tungare fruſtra
Nunc mœrens, quique inſignes Ortuine furores,
Attuleras tecum vanam ſine viribus iram.
His comes, & belli ſcelerata ligatur origo
Ad Chriſti temere ſectam traductus Apella.
Quem ſequitur numero non enarrabile vulgus
Triſte Sophiſtarum, vinctique a fune Magiſtri,
Auſi omnes immane nephas, auſoque repulſi,
Quos quia tunc ſpectat manibus poſt terga ligatis,
Nil ultra audere, & victorem agnoſcere victos,
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Iam vacuum curis, atque ambitione ſolutum, *Quomodo petitus, Capnion*
Viventemque ſibi, reliquoque ſuavius uti
Tempore quærentem, ſtudia inter ſancta libroſque
Lite relegata feſſum, effœtumque ſenecta
Invaſere ſenem innocuum, nil tale merentem.
Cauſſa viros movit, quia nil ſupereſſe videbant,
Poſt Bernenſe nephas, quo ſe inquinare liceret. *Vide lector.*
Reſpexere diu, placuit Capnione reperto
Exerere invidiæ ſtimulos, ſolitumque venenum.
Sollicitis quo principio ſe accingere poſſent *Jo. Pfefferkorn judæus*
Flagitio, curas recutitus apoſtata ſoluit.
Conſiliumque dedit, ſed verſu dicere durum eſt,
A piperis grano germanum nomen adepti.
Hunc olim pœnas fugientem, extrema ſecutum,
Opprobriis coopertum hominem, famaque ſiniſtra,
Flagitiique reum, ſimulantem, ac multa voventem
Ad Chriſti traxere fidem, præſtabat in illa

Relli-

Relligione mori, & pro factis ſolvere pœnas,
Quam bellum ac fœdas nobiſcum accendere lit[...]

*Quomodo laceſſitus Capnion.*

Neſcio quæ ſtolidus commenta edenda pararat,
Certe aliquas nugas, patriæ ſecreta relictæ
Sacra recludebat, Judæoſque igne cremandos
Cenſuit eſſe libros, paſſimque hæc edita juſſit
Eſſe palam, populoque legi, jamque id fore mag[...]
Crediderat, nugaſque ſuas laudabat ineptus.
Tum dare cònſilium noſtris magnatibus auſus
Bellus homo, gravibus cauſſam de rebus agebat.
Contra aliquid noſter facto conſultus eodem
Scripſerat, ignarus, quid propoſuiſſet Apella.
Arripit hic anſam, ventum eſt ad jurgia, movit
Magnum animum Judæus homo, ſcelus om[...]
fellit,
Et pro ſe dicit Capnion, iterumque rebellem
Et quiddam ſceleris molitum, inſigniter acri
Impete congreſſus fundit, vidiſtis euntem
Fronte humili, cives, audiſtis humillima verba
Ridiculi capitis, ut qui nil Marte valeret,
Fraude nova peteret, demiſſo ibi perfidus ore,
Pallidus, informis ( quanquã eſt hoc ſemper ) [...]
Flebilis in tunica, monachos adit, haud ita fac[...]
Ignaros, ut Apella dolo prætendit, ut ipſi

*Cauſa theologiſtarum.*

Hoc ſimulant. Tunc falſa movet miſeratio fra[...]
Continuo, & bellum Capnioni triſte minantur,
Ni ſi quæ ediderat, damnet, verbumque retra[...]
Eſſe aliquid ſcriptum damnabile, ſeque peritos
Hinc inde arreptos varie diſtendere ſenſus,
Et monſtrare nefas, quenque ignoraverit ipſe
Eluere errorem, ſolos ſe cernere verum

*Hochſtratus. accuſator & judex*

Idque ab ſe quæri. Negat ille erraſſe, paratur
Indicium, accuſat Capnionem, & judicat idem
Acer Hogoſtratus, ſcriptis quoque lædere qu[...]
Allexere Ubios fratrum ad ſe cœpta Sophiſtas,
Una omnes ruere, & pugnam miſcere parati.
Pallidus in primis, & olenti Tungarus ore,

*Tungarus. Ortuinus.*

Ultro ſcribit opus, cui putidiore Minerva
Ebrius Ortuinus ſcabris ſe verſibus addit.
Deinde alii certant. Hos tu Chryſippe Meneni

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Non addes populo? vel non damnabis aperte
Oſtenſum nulla Anticyra purgabile virus?
Ridiculum bellum illud erat, ſed grande periclum,
Ni fatuos auſus & dementiſſima cœpta,
Ingenium, notæque viri facundia laudis
Oſtendat cunctis, Capnioni inſtabat, & ignis
Cauſſa gerebatur, quam quo graviore periclo
Rem confecit, eo devicto lætior hoſte
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Fletum Heraclites riſum Democritus iret
Stultitiam immodicam, vel quod ſe audacia tantum
Extulerit, vel quod cui totum inſania pectus
Poſſideat, recte ſapere & ſe dicere credat.
Perſuaſum tamen eſt illis, ſeſe omnia ſolos
Cernere, quid verum, quid falſum, quid ſit iniquum,
Idque ita non Phœbi tripodas, Deloque petitum
Reſpondiſſe deum, Dodoneaſque volucreis.
Corniger & ſiquid Libycis in ſyrtibus Hammon
Retulerit vapido de ſole calentibus Afris.
Omnia vera minus. Sed neſcio, quid mihi tandem
Succurrit, reor hoc ipſos, ubi peſſima dicunt,
Non neſcire, ſed examini contendere atroci
Nequitia, ut rectum vertant, iterumque revertant.
Certe his innatum eſt ſcelus hoc, naturaque primum
Inſevit, vires paulo poſt indidit uſus,
Roboraque incuſſit radici, acremque vigorem,
Nil timidis ſcelus in quodvis, genitiſque nocere.
Tanquam hæc cum ſuperis habeant commercia divis
Obſtrictoſque deos in vota nefaria poſſint
Cogere, cum placeat, vel cum ſua dira libido
Immaniſque velit livor, menteſque ſuperbæ.
Per fas perque nefas gerere omnia, dicere, rurſumque
Inficias dicta ire, prius confeſſa negare.
Nunquam ſtare animi decreto. Non ita Protheus
Vertit ſe in varias ſpecies, & vincula ludit
Captantum, plureſque nodos haud novit eundi
Et facies multorum hominum Vertumnus, & ora
Artibus his pugnam miſcentibus obvius aſtat
Noſter, & intrepido fatuos ſecat ore malignos.
Emittitque libros, mordet, laceratque, necatque.

*Sultitia theologiſtarum*

*Theologiſta ultro errant.*

*Capnion in theologiſtas*

Occidit, facit infames, ſubigitque tacere.
Enumerat ſcelera, & mores. Proh! numina qu
Viribus, ignotus prius, & nil tale putatus
Poſſe, dedit documenta ſui, quantuſque petitus
In clypeum ſurgat, monumento apparuit uno.
Tum fremere, atque intra irati ſe rumpere Fratr
Ille exultare, & palmam oſtentare retentam,
Judice non modico, cui non ſententia præceps
Excidit aſſenſu vires Germania latæ
Addidit, & miro Capnionem evexit honore.
Jamque triumphales jubet introducere currus.
Dicat Jo, ſi ſe novit Germania, dicat.
Totaque in occurſum Capnioni effuſa, frequen
Excipiat plauſu victorem, & læta ſalutet.
Tam bonus, & vita tam frugi, rectus ad ungue
Unus homo vicit tot millia, dicite Fratres

*Apoſtrophe ad fratres.*

Unde eſt tantarum vobis prudentia rerum,
Quæ quis vera ſciat, neſcire ut oporteat illum,
Irrita ſi vobis videantur? an impius omnis
Qui non eſt veſtri dicetur ſermo cuculli?
An quicquam eſt, quod vos rarum atque neceſſ
tis,

*Theologiſtarum. ſtudia.*

Lauriger ignoret Capnion? niſi de ſcobe ſi quid
Scripturæ legitur, veſtræ artes, indita veſtris
Diſciplina animis, quam nec neſcire pudendu
Nec ſcire ingenuum, vel agendis utile rebus.
Quæ vos Eumenides igitur, vel qui furor egit
Summum hominem pugnam legiſſe potiſſim
illam?
Si certare libet, vel ſi ſuperare docendo,
Veſtri aliquem ſimilem de veſtra afferte farina
Væcordes, quid enim ſuperis conferre paratis?
Effractoque Jovem in terras detrudere olympo?
Nec cerebrum vobis, nec pectora ſanior eſſet
Quanquam tot furiis rationi ereptus Oreſtes.
Sanior, occiſum quæ Penthea portat, Agave.
Nemo ita delirus, nemo a ſe alienus, & extra

*Theolog. de ſpiritu ſãcto.*

Se poſitus, qui non errorem agnoſceret illum.
At ſapere hoc vobis, & ( quæ dementia veſtra e
Mentis opus viſum eſt ſanæ. Nam ſpiritus ajunt

Quod nunquam poteras ullo didiciſſe magiſtro,
De ſacra quoties eſt relligione loquendum,
Simpliciter doctis, tantum credentibus inflat
Spiritus hoc ſanctus? certe is, at cur potius non
Quicquid in hac dictum eſt a vobis lite, vel actum,
Phantaſus hoc voluit ſomni prædicere Frater?
Aut varius noctu Morpheus? fallaxque Phobetor?
Nanque ego quondam inter carpenteis penſa puellas
Sæpe aliquid ſimile, & veſtris æquabile nugis
Audivi tenuique puer. Didiciſtis aniles
In triviis arteis, & ſanctus dicitis illud
Spiritus infudit, qui ſi inſpirare volebat,
Cur non hoc potius Capnioni a labe remoto
Sancto homini? cujus vitam non polluit ullum
Dedecus, in cujus mores nil præter honeſtum
Venit, at eſt animus multa illuſtratus ab arte.
Aut ſi ſanctus is eſt dicendus, qui dedit iſtud,
Quique novi ſemper quiddam vel hiantibus inflat,
Dicite qui fuerit, qui ſacrum armare veneno
Edocuit Chriſti corpus, mortiſque medelam
Exitii cauſam facere, & fomenta ſalutis
Credita perpetuæ, in crudelem vertere cædem.
Num male nota cano? male nota. Sed occidit illo
Septimus Henrichus gladio, mixtamque perenni
Cum vita interitum menſis accepit eiſdem,
E manibus Pauline tuis. Non hoc ſcelus ajunt
Noſtrum eſt, qui multis ſucceſſimus annis.
At veſter cocus ille fuit, qui miſcuit artis
Condimenta novæ. Semel, inquis, fecimus illud.
Berna negat, ſceleris affert monimenta ſecundi,
Tempore jam noſtro. Tum vos uſſiſſe ſopito
Vulnera Leſſero, & ſanctum voluiſſe videri,
Franciſci fratres jactent ne ſcilicet ultra
Autori conceſſa ſuo hæc inſignia ſoli.
Fert eadem ſimulata deum reſponſa, jocoſque
Mentitæ Mariæ, per voſque infecta veneno
Sacramenta palam monſtrat, ſcelerata Vigandi
Vox habita ad populum, diroque aſſerta libello,
Deinde remanſa labris, conceptam in crimine matrem.

*Attende F. Prædicatorum ſcelera.*

*Henricus imperator ſacramento intoxicatus.*

*Bernenſe nefas.*

*F. Wigandi Wirt immenſum ſcelus*

Jam vetus hiſtoria eſt. Quod galla Lutetia narra
*Parrhiſienſe delictum*
Unius eſt anni, quoddam de plebe cadaver
Reſtituiſſe animas, veſtraſque ut crederet arteis
Decepiſſe rudem populum, pœnaſque dediſſe.
Veſtra hæc ſunt, & adhuc alios depoſcitis igni:
Num veniæ locus eſt? non eſt locus. Urite flam
Etſi non æquum eſt, ſolo in Capnione furenteis.
*Invehitur in prædicatores.*
Tot ſaltem vitiis dignos necis, urite flammæ
Dominici Fratres, morboſam exurite gentem.
Tot ſcelerum autores. Tu qui Capnione ſubact
Arſurus fueras, dignam, roge, concipe flammam
Ite omnes, conferte ſtruem, componite faſces.
Dedecus immodicum flamma ulciſcemur in illa
Ferte picem, miſcete faſces, date ſulphura cive
Et reliquum vulgus pœnis abolete ſecundis
In Capnione nocens, & adhuc graviora relictum
Dedecora auſurum, lætos tamen ille triumphos
Et plauſus ferat ante ſuos, læteque ferenti,
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
*Fr. Jacobus Aſtarothus inquiſit. hæret. pravit. habitus.*
Nec det Hogoſtratto in populo componere lites
Aut damnare bonos, funeſti è fauce latronis
Inſonteis animas rapiat, ſed jam ille ligatis
Poſt tergum manibus, frendenſque & vincula m
dens
Conſpiciendus adeſt venienti Phorca triumpho
Da pompæque locum, foribus ſint templa recluſ
*Paratus triumphal.*
Sint ornatæ omnes quibus hoſtia concidat aræ
Sparge viis flores, vernali gramen odore
Diſiice, privatas oſtendant ſingula poſti
Serta affixa domus. Vos quicquid nobile cives
Quicquid habetis opum, ruite è penetralibus
Quicquid ineſt pulchri, quicquid mundique ve
ſtique,
Utque ea ſpectentur, ſublimilibus edite tectis.
Pendulaque è pictis hinc inde aulæa feneſtris
Ornatura latus demittite parietis ampli.
Vos quoque finitimi ſpeciem hanc augete Suevi.
Veſtrarumque aliquod date ſignum divitiarum
Et feſtum celebrate diem, celebratior ibit
Vix alius, qui vera magis det gaudia vobis

Vos ornate urbem, proprioque extendite cultu
Mœnia. Vos portas vectoque aliunde paratu
Conſpicuo muros: turreiſque implete domuſque.
Veſter honor, veſtrum decus eſt, vobiſque propinquo
A Capnione redit, quam nobis gloria major.
Prodiit à vobis. Omnes audete Suevi,
Veſtrum ornamentum plauſu jactare ſuperbo.
Hunc præferte aliis, ſolitoſque excellere ſolos *Ad Suevos.*
Ingeniis Italos, fama ferte eſſe minores,
De primiſque alicui veſtrum componite civem.
Nos etiam audemus. Germaniaque obiicit omnis
Id Latio decoris, fulgentemque omnibus horis
Tempore perpetuo, pro ſe & pro laude ſuorum
Oſtendit lucem, Monachis ſinit ilia rumpi.
Inferior tamen hoc reliqua eſt Germania vobis
A Suevis toti decus hoc quod prodiit unis.
Dicat Io, ſi ſe novit Germania dicat.
Victoremque ſuum nullo fraudetur honore.
Jam celebri pompa ſpoliis curruque propinquum *Fercula in triumpho Capnionis.*
Prima vehunt juvenes tabulaſque, & ſigna coloſſoſque
Armaque devictorum imbellia, ſumptaque furtim
Inſtrumenta viris, telum imbecille, libroſque
Et ſpolia & fracto figenda ex hoſte throphæa.
Mille argumenta hic, & mille feruntur elenchi,
Et multis nocuum murmur, linguæque prophanæ *Arma Theolog.*
Sacrilegæque manus, promptique invadere rictus.
Exertique obliquum deflexa ſuperciliique
Contractæ frontes, oculique horrenda tuentes,
Lividulæque genæ, & rabioſa ſilentia preſſis
Intercepta labris, plenique errore Cuculli,
Et ſævi ſimulacra ignis, quo perdere ſueti *Ignis*
Inſonteis animas, atque utiliora docenteis.
Grandiaque, & luxus, ventreſque, unctique catini *Crapula*
Et lances ſapidæ & pandi nidore palati.
Tum ſcelera & labes & morum monſtra ſuorum *Vide.*
Urhiſiumque nefas, & reproba verbi Vigandi:
Et quam Berna dedit novitas, ſibique ipſa malorum *Bernæ Conſcientia.*
Conſcia corda, dolique agiles, & jurgia, & iræ,
Venditaque in populo levis indulgentia Romæ

*Indul-* Crimen Hogoſtratti & qua ſe falſarius arte
*gentia.* Muniit Arnoldus, dehinc qua veterator Appella
Proditione dedit cauſſam belloque triumphoque
*Hoch-* Improbaque Ortuini Muſa, & lutulentus Apollo,
*ſtratus* Factioque exitialis, & auſa calumnia multum.
*Tunga-* Et rapti precio tituli, nulliſque negata
*rus.* Nomina docticulis & opinio vilis honorum.
*Pfeffer-* Sanguineique ſtyli, & multis funeſta papyrus
*korn* Et Plutei infames, graphiumque & inutile temp
*Ortvi-* Conſumptum ſtudio, & citra ullum induſtria fru
*nus ver-* Quæque capax ſcelerum eſt in pingui mantica
*ſifex.* His armis ſoliti in magnis progreſſibus uti,
*Ambitio* Fracta dolent, ſpectantque vehi, quæ deinde ſe
*Theologi* tur
*ſtarum,* A ſe oraturum ſimulacra erecta dearum.
*Numina* A quibus auxilia, & cœpti munimina belli
*theologi* Speravere rudes, quibus ambitioſa quotannis
*ſtarum.* Thura preceſque ferunt ſtolidi, quæ numina
Conſtituere loco, quarum omnes reſque minaſq
Cœpere auſpiciis quibus & ſiquando ſecundis
Caſibus è bello reditum furiiſque fuiſſet,
*Superſti-* Grata reluſtratis poſuerunt munera templis.
*tio.* Prima ſupetſtitio eſt, contemptu ignavior
Tota puſillanimis, digna atque indigna ferendo
Anxia, triſtis, iners, manibuſque ad ſydera paſſi
Omnia credenti ſimilis, ſimiliſque ſequenti.
Sæpeque reſpiciens, timido abjectiſſima vultu,
Multa putans, puerile loquens, alta omnia ſp
At nihil inquirent, verſata in ſorde lutoque.
*Barba-* Hanc primo poſuere loco. Sedet arce ſecu
*ries.* Ruſtica Barbaries, tota aſpera, tota rebellis,
Horrida, vilis, atrox, contempto ſordida cultu
Omnis munditiæ fugiens, fugienſque nitoris
Lauta nihil, nihil urbanis ſe moribus aptans.
Neglectæ rationis egens, ſtat pectore craſſo.
Fert ſublime caput, perplexæ in vertice vepres,
Impexique rubi, totoque in corpore ſentes.
In toto ſtimuli, manuum ſunt arma pedumque
Extantes, ſolidique, & acutæ cuſpidis ungues
Et mucronatæ circum fera pectora ſpinæ.

Ora ſitu ſquallent, inolenti eſt ſquama palato.
Plumbea lingua jacens. Ea diva inamabilis ultro
Nec quenquam vocat, & nulli ſe adjungere certat.
Sacra deæ primi faciles fecere Sophiſtæ.
Tertia in extructo ſedet Ignorantia lecto *Ignorantia.*
Languida, deſes, iners, & obeſo ingloria ventre
Impetuoſa, vorax, ſemper levis, ebria ſemper.
Digna odio, deformis, hebes, rudis, omnia jactans.
Non aures, non illa oculos habet, utitur una
Plus nimio lingua, ſinit ore explere ferinam
Utilia ingluviem, nullum eſt in fronte cerebrum
Nullus ineſt ſenſus, manibus, pedibuſque vagatur
Incertum, tenebris gaudet, nutritque profunda
Obſcuros in nocte viros, gerit ordine nullo *Obſcuri viri.*
Res, nulloque modo, ſæpe hæc ſibi diſplicet ipſi.
Minaturque viros, qui quod ſua numina adorent,
Accipiunt titulos, doctique in plebe putantur.
Quarta loco miſera invidia eſt, turpiſſima rerum. *Invidia.*
Non deſpecta tamen, ſed culta frequentibus aris.
Domminici primo dignantur honore ſodales.
Ipſa aſcendenti ſimilis, ſummumque petenti.
Torua, minax, truculenta furens, niſi pelle tegatur,
Oſſea macra genas, neglecto pallida ſomno.
Triſtis, inops, ſine vi ſemper, mœſtiſſima ſemper.
Prompta nocere bonis alieno læta dolore.
Læta malo, cunque haud poſſit, quos perdere vellet,
Quaſſatos acuit tacito ſub murmure dentes.
Sanguinis huic nihil eſt, nihil intra viſcera ſucci.
Felle viget ſolo piceique alimenta veneni
Eſuriem vincunt. Sed cum ſine tegmine tres ſint,
Hæc ferrugineo ſola eſt velamine cincta,
Fercula ſpectaſtis, fœta armis, fœta ruinis
Quodque hoſti ſpolium, quæque eſt ablata ſupellex
Hoſticaque ut veris concedant numina divis
Idque fuit gratum. Nunc deinde ſequentia cives
Aſpicite, atque hilari Capnionem accerſite plauſu
Dicat Io, ſi ſe novit Germania dicat.
Quod cupiit, factum eſt, depreſſa minacia Fratrum
Colla tulere jugum, tum quæ ſervire negabant
Cervices, domitæ ſunt in ſpectacla coacti

*Schola* Et rabidi Fratres, & amantes vana Sophiſtæ
*theolog.* Lugeat & planctus Agrippinenſis acerbos
*Coloni-* Det ſchola, humoque oculos lugens defigat,& hu
*nienſis.* Pœnituiſſe mali, det ſigna, & aperta relinquat
Erroris monimenta ſui, veniamque precetur
Et pacem infœlix undeunde extorqueat, oret,
Dedat captivos etiam, ſua crimina Fratres
Dominici, toruoſque nefas crudele Sophiſtas.
Dedat opem ſi quis tulerat, ferat omnia ſupplex,
Fœdus adorato ſaltem ut Capnione reportet.
Quam mallet laqueo vitam finiſſe, vel enſi,
*F. Iac.* Quacunque impellente manu, latus obdere apert
*de Hoch-* Teter Hogoſtratus, quam pompa inducier iſta.
*ſtraten.* Sed neque perditior neque flagicioſior alter
In Capniona fuit, tunc, cum tu perdite judex
Lectus, & abſurdis in litibus arbiter eſſes
Idem accuſator. Dic quo veſane pudorem
Fert omnem tibi livor edax : I perdite vinclis
Nexe feras poſt terga manus ad grata ruenti
Ante tuos tractus ſocios ſpectacula vulgo.
Ite deis inimica cohors, tamen ite Sophiſtæ,
*Obſcuri* Obſcuri prodite viri, turba indiga lucis.
*viri.* In nullo verſata die; prodite Sophiſtæ,
Luſtrales animæ, ſceleriſque piacula tanti.
Ite graves Monachi, nam quæ mora? convolat or
Ut videat populus. Vos nunc miracula recte
Facti eſtis, parta eſt nunc primum gratia vobis.
Verum inter ſocios ſapientum octavus, & alto
Tertius è cœlo lapſus Cato, nomine gaudet
Dives Hogoſtrattus peregrina ab origine ſumpto
Vel Cato vel Cacus dicetur, ſed puto Cacum
*Vide* Ore exhalantem furiales dicere flammas,
Præſtiterit, ſanctis inimica incendia Muſis.
Mandentem cruda, & libros, ipſoſque vorantem
Librorum autores. Vome perdite, & egere ſump
Aſſueta plus parte cibos. Confundite ſuccos.
*Purgan-* O medici, miſcete herbas, abſorbeat æger
*dus ab* Bis duo veratri pondo. Niſi viſcera purget,
*inſania* Vix equidem ſperes iſti ſupereſſe triumpho
*Hoch-ſtratus.* Ut fremit, ut ferus eſt, ut ſe indignatur in iſtis

Spectari choreis, ferroque & fune ligari,
Excorni jam fronte minax. Da cornua fronti,
Da digitis ungues, vecordem Juppiter arma,
Ut quantum eſt iræ, tantum ſit roboris, ibit
Sævior excitis Bemorum è montibus urſis,
Tigridéque hyrcana, ſi quando amiſerit abſens
Imbelles catulos, pœnos ſuperare leones
Qui poſſit furor eſt, Afroque ferocior angue,
Et morſu petere, & jaculari è fauce venenum.
Dic aliquid ſacra de religione deoque,
Dic hoſpes magna de re, clamabit ad ignem,
Et ſubito damnare volet, ſi ſcripſeris, idem
Et te ſcribentem, & ſcriptos abolere libellos.
Igne volet, poſcet flammas, clamabit ad ignem.
Si verum eſt, ignem, ſi falſum ſcribitur, ignem.
Si juſtum eſt, ignem, ſi injuſtum quod facis, ignem.
Igneus eſt totus, vorat ignem, veſcitur igni.
Igneus eſt pulmo, ſpiratque è gutture flammam.
Igne jecur, ſtomachus calet igne, ipſe omnia adurit.
Quod loquitur, flamma eſt, flamma eſt, quod ſcribit
ignem
Semper in ore gerit, prima hæc atque ultima vox eſt.
Igneus eſt naſus, duræ ſunt lumina frontis
Ignea, candenti cor è carbone coactum eſt.
Ipſe etiam in vinclis ægre ſe continet, ignem
Quo minus exclamet, volet hunc ardere triumphum
Se medium quoties quicquam audit, clamat ad ignē:
Et quoties legit, atque aliquos hoc perdidit igne.
Hanc bis ſex juvenes ferratis cogere vinclis
Non potuere feram, ſolo à Capnione ligari
Suſtinuit, quanquam ſæpe ingeminaret ad ignem,
Evomeretque ignem. Non ſe priore tuetur
Igne triceps lycio metuenda chimæra colono.
Non ita quod Cacus, non quod ſpuit Ætna timendum eſt.
Appetiturque metu Typhoëa flamma minori
Quo ſe, quo mundum Phaëton pene uſſerat igne,
Et quo Troia perit, minor eſt. Nec vincitur illo
Colchides Aemonium quem flant in Iaſona tauri.
Aut quo ſe Eumenides, vel quo ſe Cerberus armat.

*Sævitia Hochſtrati.*

*Hochſtratus ad ignē.*

*Ignis hochſtrati.*

Scilicet hoc uno nihil eſt violentius igne,
Si ſucceſſus alat, ſi ſe fortuna furori
Miſceat, & quantum eſt iræ, vis tanta ſequatur.
Dii te agitent Ortuine nephas, ut tu in capite
*Ortvinus Gratius Daventrienſis.* Virus habes, uriſque oculis, ut tu omnia viſu
Conſceleras. Naſo vates quem carmine pingit
Invidiæ vultus, non multum abludit ab illo.
Ne mihi dic ſtudium, ne dic mihi peſſime vitam.
Neve inconcinnos mores veriſſimus index
Omnibus eſt vultus, qui docet eſſe malignum,
Eſſe levem, ſemperque malum. ſemperque parat
Officere. Ut taceas, quid jam ſeptem egerit annis
Forſitan haud dicam, dicam haud, at verius omni
Conjiciam vero, te cuncta audere, nihilque
*Ortvini verſus peſſimi.* Poſſe negas? at te produnt tua carmina, ſed cur
Crimina non potius? Neque enim videoque lego
Putidius quicquam, totum infla verſibus utrem,
Infla ambas buccas, ut te uno carmine vincat
Buſchius, aut aliquis Muſarum mactus alumnus
Iſque tuis ſimiles, ſi quid certaveris, uno
Mille die verſus faciet. Tu te eſſe poetam
In populo jactas? quia quo te inſania ducit,
Huc potes emuncto pituitam mittere naſo.
Carmen ait ſcribo, dicam indoctiſſime carmen,
Quod pecus Arcadiæ pecora inter inertia rudit?
Et quod cantat Epops, & quod feralis ab alto
Nunciat Aſcalaphus, tibi non rudiore Minerva
In Sicula Polyphemus aqua contendere poſſet.
Quæ cum ita ſint, cur tu Capnionem invadere m
*Furor Ortvini.* Quam furere iſta domi, & tecum inſanire ſcorta
An potis es furere hunc intra conclave furorem?
Non ſum ait, exerce miſeris latratibus ergo
Et linguam & dentes, & quæ tibi plumbea vena eſt
Aude iterum, cerite nefas fure, corripe, morde.
At ſiquem punire ſtatim pia numina vellent,
Cum tabula, capſiſque tuis, pluteoque libriſque
*Faſcinantes Ortvini oculi.* Ambuſtum facerent, collapſo deſuper igni.
Aſpice, ut intorquet vultum, oculoſque minaceis
Improbus, & quærit furiali offendere circum
Intuitu. Quod ſi ſalvos nos eſſe volemus,

Lictor ades, frontemque liga, ne faſcinet omnes. *Arnold. de Tung.*
Invitus ſaltat concentum Ortvinus ad iſtum.
Sed gratum eſt unum hoc, ſocioque Tungarus illi
Agmine contigerit, contra Capnionis honorem
Brevia quod tulerat magno vexilla tumultu.
Et duce Hogoſtratto ſævibat in ordine primus,
Ortuino perflante tubam, doctoque ſonoro
Aëre ciere viros martemque accendere cantu. *Scripta Tungari in Capn.*
Auſus hic in Capniona libros conſcribere, paſſim
Edidit in famam, relegique a Cæſare juſſit.
Ocia Cæſar habet, vacet his ut inepte fabellis?
Ulterius tamen inſanis, flammamque minaris.
Errat enim exclamas Capnion, iterumque ais errat.
Hoc abs te dici capitale eſt Tungare, cum te
Tota errare via, cuncti videamus, at illud
Propoſitum eſt, ut fama operis te proferat hujus.
Atque iſti certaſſe viro te utcunque feratur,
Egregium ducis. Tanti facis improbo famam, *Tungarus ad famam aſpirat.*
Artibus ut pravis, fœdo ut certamine quæras?
Forte parum fuit hoc quod adhuc falſarius audet
Depravare libros, ſanoſque invertere ſenſus,
Unde alicui poſſit Capnion erraſſe videri
Mallem ego perpetuæ cives oblivia famæ
Quam ſic eſſe ſuper, quam ſic mihi quærere nomen.
At quia ſigua tulit, quia primus atrocia ſumpſit
Arma, tulit præcium jam nunc certaminis ingens
Tungarus, & gaudet ſaltem a Capnione notari
Qui te peſtiferis jaculis petiere, tuamque *Digreſſio ad Capnionem.*
Non extinguibili famam livore ſecantes
Mortem affectarunt, his tu ſanctiſſime vitam
Ingenii largiris ope? his tu tanta refundes.
Præmia, ut his moveas æternos nomen in annos?
Poſcit enim quocunque modo immortalis haberi
Tungarus, & ſcelere hoc, quia non virtute meretur.
Accipit, inque tuis fert poni utcunque libellis.
At tacitus dolor eſt, quod ſanctis moribus illud
Non potius capiat quodq; haud facit, haudq; laborat,
Vellet habere tamen. Vis magnum Tungare nomen
Vis memores non eſſe tui vis ſanctus haberi.
Nanque ita velle ſcio. atque iſtis hoc moribus ambis?

Quin

*Somnium Tungari.* Quin bibis helleborum, & quibus hic furor exeat he-
bas
Cum quateres dextra tædam in Capniona perunct-
Nocte ferunt media patriam tibi voce minanti
Iratæ ſimilem, ſimilem ulciſcique volenti,
His viſam monitis: Quo tu in quem turbine præcep-
Quo Catalina ruis? quo te furor impius urget?
Qua pice, ſulphure quo, cladem minitaris iniqua-
Arſuras ſuccincte faces? tu ne alta ſuperbæ
Teutoniæ ornamenta paras conſumere flammis,
Pernicies patriæ? neſcis hæc perdite, neſcis,
Quem tu hoc igne petas? Sed nec tibi cœpta vetan-
Conſilium matris, neque notus profuit error.
Inſanire tibi libuit, libuitque perire,
His furiis, iſtoque odio quod te ſecat intus:
Nec ſi te affligas, aut ſi te ruperis intra
Viſcera, perficies, quo te minus omnibus annis
Omnis poſteritas odio condemnet acerbo,
Exerentque tuum venientia ſecula nomen,
Summum ob flagitium, & Magni Capnionis amor-
Quem petis invidia, de quo ſpolia iſta reportas.
*Inſultatio.* I nunc aude iterum divinum inceſſere vatem
Aude acri certare viro, & virtute potenteis
Inſectari odiis, aude inſulſiſſime ſcriptis
Munitam invicta virtutem excindere fama.
*Tungari ſcripta.* Quo ſtudio, quave arte miſer, qua vi genioque
Scribis, ut iſtud opus venturo tempore quenquam
Qui legat eſſe putes, & olentes ſtercora libros?
Diis miſer iratis & parca nate ſiniſtra
Quos cadis in laqueos? ex quo tibi gloria cœpta
Sperata eſt, hinc pœna redit. Phlegethonte ſub im-
*Maceratio Tungari* Nullius aperta legit crudelius ilia vultur,
Intolerabilior nulla eſt rota, nullaque pejus
Tantaliam movet unda ſitim, leviuſque feruntur
Horrida Syſiphias ſaxa exercentia vires,
*Conſciētia Tungari.* Quam pœna eſt, quanque hæc quæ te intus & in cu-
rodit
Conſcia mens ſcelerum, cruciatque, ac viſcera man-
dit.
Diſſimulare tamen vis, & nil tale videri.

Quæ

Quæ tibi præcipua eſt verſutia, nataque tecum,
Contra quam facis, & quam tu es, componere vultũ,
Obſtipo capite, & panda cervice, oculiſque
In terram fixis, ſanctos præmittere mores.
At qui te norunt, moroſum difficilemque
Impurumque vocant, ſimulatoremque peritum,
Et nugatorem, tumidumque atque oris amari.
Idque palam ſenſit Capnion, ultuſque repente
Has tibi compegit manicas, hæc vincula capto
Intudit, inque ſuo jubet apparere triumpho.
I miſer, ut ſpectere miſer. Verum eſſe laborat
Vinctus Apella miſer tecum, laterique propinquum
Se conferre tuo. Sinis hunc tecum ire? poteſque
Huic par eſſe loco? poſſum inquit. Nam dedit illi
Q[uo]ſdã olim monitus, quiddã hoc didiciſſe magiſtro
Tungarus ipſe refert, tuncque eſt armatus ab illo,
Cum pugnam adverſus Magnum Capniona pararet.
Dux fuit Arnoldus cœptorum, hic prodidit hoſtem.
Non equidem melior, non es tu Tungare purus
Hoc magis ingenio. Sed me prius omnia perdant
Numina, quam patiar nebulonem hunc ire ſuperno
Vertice, & evictis ſublimem inſiſtere plantis.
Et cœlum ſpectare oculis, iſtoque triumpho
Eſſe homini ſimilem. Fure nunc, canis improbe, toruo
Nunc fera dente ſeca, ſumpto nunc percute cornu
Et Suevum, & juvenes pro Suevo tela ferenteis.
Huc mihi (nanque meum eſt hunc inſtaurare triumphum)
Carnifices clamate duos, vos omnibus armis,
Vos cruce, vos laqueis, & adacto funibus unco,
Hanc mihi carnifices operam date, ponite primum
Ut facie in terram verſa, genibuſque ſupinis
Nec cœlum aſpiciat, nec nos contaminet iſtis
Attactos oculis, quoniamque impura locutus
Mordeat ore ſolum, & quiddam de pulvere mandat.
Quæ mora carnifices? quin vos huic ore retorto
Excipitis linguam, magnorum prima malorum
Semina, ne medio poſſit non fanda triumpho
Dicere? quin naſum atque ambas avellitis aures?
Inſeritiſque uncum pedibus? trahitiſque ſupino

*Diſſimulator Tungarus.*

*Joannes Pfefferkorn Judæus tinctus.*

*Peperditor Capnionis.*

*Pepercornus quomodo trahendus in Triumpho.*

*Peper-*

Po-

Poplite, verrentem facieque & pectore terram!
Proderit excuſſos etiam diſperdere denteis,
Ne maneat labris quo quenquam lædat in iſtis.
Interea, quanquam trahitur poſt terga redactis
In ferrum manibus, digitos truncate ſupremis
Unguibus. Immane eſt (dicit mihi Tungarus) i
Immane eſt. At vos tormento immanius omni
Auſi eſtis facinus, læto committe triumpho
Hunc ſaltẽ integrũ, ne mœſtum hæc gaudia mon
Turbet. At hic nemo eſt cui ſit miſerabile, quicq
Contigerit vobis. Veſtri miſeratio nullos
Hic movet affectus, rident puerique, virique.
Et faciles doluiſſe nurus, facileſque puellæ.
*Pepercor Judas.* Una omnes rident, plauſuque favente ſequuntur
Hunc Judam appenſis pedibus, tractumque ſupi
Occipiti, & ſcabros revomentem in ſanguine de
Confoſſumque unco, lingua naſoque carentem.
Atque exarmatum digitis, aureſque videntem
Ante ſuas nunquam viſas. Num perfide malles
Non fugiſſe necem meritam pro crimine pœnam,
Quam nunc eſſe miſer? Sed quæ tibi ferrea mens
Lætaris vidiſſe prius te ſemina dante
Te cauſſamque malis Capniona quiete carentem
Turbatumque ſenem, lachrymaſque in plebe re
Pro condemnato, punitoſque igne libellos.
At tu, cui gratum eſt omnem turbare quietem,
Et miſcere viros pacique inducere bellum.
Ut Chriſti diſcorde pecus paſtore vagetur,
Nam neq; tu Chriſtũ (ſimules quamquã omnia) ſe
*Pepercor quomodo de Chriſto.* Quodque aliquid tulerit Capnion, nunc aſpice co
Lumine victorem, teque hoc in pulvere tractum,
Pectinibus patulis, aptoque ad verbera tergo,
Conſcindi flagris, & iniquo fuſce domari.
Qua cum te invidia miſere cruciaveris, intra
Ilia tabeſcas, & lenta morte ſupremam
Exhales animam, multis exempla daturam.
*Moguntia.* Huc agit ingenti celebris Moguntia plauſu
Urbis monſtra ſuæ, bene de Capnione mereri
Non nunc incipiens, commotaque ejicit ira
*Joannes* Te Bertrame odio dignum caput, omnia niſum,
ſervas,

*Bertram de Naüburg plebanus Moguntinus.*

Omnia conatum, ſiquid convellere poſſes
De Capnione bono. Sed dic cur peſſime tandem
Iam cupis in ſtudiis quicquam elaboraſſe videri.
Cum vita fuerit ſtudiorum nulla priori
Cura, nec ullus amor ? Quid vita fecit in omni ?
Chriſti pavit oves. Immo hunc crapuloſa vorago
Pavit aliqualiculum, quenquã hanc vix portat in urbẽ
Cura ſaginandi ſemper fuit unica ventris
Cernite glutones, comedones, cernite ventres
Veſtrum hic opprobrium. Bene paſtum hunc, & bene potum
His ego conjunxi ſociis, palearia pendent
Pectus ad extremum, collum caput urget obeſum.
Vix aliquid loquitur, loquitur tamen, omnia noſtræ
Partis in exitium, quod Dii prius omen in ipſum
Convertant, recidantque ſuæ dira omnia linguæ.

*Bartholomeus Zehendner qui & Decimator dicitur concionator Mog.*

Quo te venter agis ? quin hunc odiique malorumq́ue
Adjungis ſocium ? Mitte huc te vipera, ferro
Inde manus, dignumque puta ſi fune ligeris
Sive cathenatus Magni Capnionis ad urbem
Tractus eas, neque enim pejori canduit alter
Invidia, nulli rupit magis iſta quietem
Cura, atque iſte dolor. Sta nunc Decimator in illa
Sublimis cathedra, diris clamoribus aureis
Nunc rudis infeſta populi, atque in ſimplice turba
De Capnione refer, vigila, cruciare, diurnis
Arde ſuppliciis, nocturnam abrumpe ſoporem
Ilia duc, tacitos gemitu teſtare dolores.
Palle hac invidia, & quoniam clamare vetaris.
(Quæ fuit una tui livoris, & una nocendi
Inſita vis animo) lento conſumere tabo
Ad Capniona nihil clamor tuus, & tua præceps
Pertinet ira nihil, livor nihil, & nihil hujus
Palloris rabies. * Sed quo te Mayre ponam

* *Petrus Mayer Plebanus Francofordienſis.*

Petre loco ? quove ore tuos pro tempore reque
Exponam mores ? Tu qua ſe Mogus in urbem
Fert mediam, partim de Francis nomen habentem
Partim à Saxonico dicentem mœnia bello,
Ingens iracunde malum, ſummumque citaſti
In populo furioſe nefas tantum infima plæbes
Et vulgus muliebre animi dedit, auxit avaræ Im-

Impetus invidiæ. Qua nunc vaniſſime rumpes
Materia jecur hoc? quove exercebis amaram
Ex odio linguam? quo nunc ſermone placebis

*Vanitas Petri*

Huic populo? quem dente petes? quemve ore
gno?
Quandoquidem licet in Capniona nihil, nihil iſt
Amplius in cauſſa. Quantum eſt potuiſſe furen
Judicio vulgi, ſtolidæque placere cohorti.
At ſiquando tibi rider leviora loquuto,
Aut ſi quando oculos fanti lugubria tergit,
E populo quiſquam, vel de mulieribus iſtis,
Tum ſublime caput, tumefactaque nubibus effer
Labra tenus, plaudiſque manu, mollique trium
Continuo geſtu, tunc te hæc ſuggeſta, tuumque
Vix capit hoc regnum, tunc tu omnia voce lace
Omniaque exuperas, & inanem percutis auram
Tunc tu victor ovas, & tanquam è cæde recenti
Poſcis ſerta redux, laurique e fronde coronam.
Hoſque inter plauſus, & in hac nequiſſime pom
Vix humilis dici Galilæi e plebe Magiſtri
Diſcipulus, ſolumque refers a nomine Chriſtum,
Solum a veſte refers, cujus immiſerit hoſti,
Ut doceas, tunc terga dabis, placidamque quie
Deſidioſe petes, atque hæc ſuggeſta relinques
His titulis atque hoc prætextu in plebe notari
Non magni facies ultro Chriſtumque negabis.
Utcunque hæc aliquis tamen æſtimat, omnia vi
Quæ tua præcipue eſt, puræ ſimulatio mentis,
Præterea nemo eſt ex vulgo indoctior iſto.

*Petrus Mayer indoctiſſimus.*

Audax nemo magis, ſed enim qui peſſimus om
Creditus e numero eſt, tantum hoc ſibi cenſe
quum
Quod tecum ingreditur, quodque hoc ſervile tri
pho
Tecum ferre malum, vel eandem cogitur iram.

*Francia orientalis Petri patria.*

Francia magnanime ſemper fœcunda juventæ
Nobilitate virum nullis regionibus impar,
Et nulla inferior, dic quid magis ante pudendum
Produxti hac ſobole? te ſcilicet iſta cicatrix
Dedecet, iſta vomex, tu perdite nominis hujus

A

Atque hujus labes populi, tu ſtigma pudorque
Inventus fueris? neque te prius omnia peſſum
Numina, ſic meritum dederint, ſed jam iſto triumpho
Una mora eſt. I dira lues, i peſſima mundi
Progenies, multis pudor & ſcelus, at decor uni,
Vivere quem nolint omnes, quem vivere ſolus
Hactenus haud nolit Capnion, & gaudeat unus
Iſto fune trahi, atque iſtas mordere catenas
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Quoque videt propius feſtos accedere currus,
Hoc magis ingeminet, bis Io bis Ioque ſonando. *Plaudendum triumphanti Cap.*
At quiſquis clamabit Io mecum, hoc aget unum
Pullatumque gregem captorum, & inertia Fratrum
Agmina miſſa libens faciat, nec ſpectet euntes
Ultra, ipſosque duces, & adhuc ſine nomine vulgus
Numinaque, & ſpolia, & ceſſantia deſerat arma
Fercula nulla oculis obeat, nec cogitet ultra,
Sint ea grata licet, quæcunque occumbere juſſi
Amiſere hoſtes, ſolo in Capnione moretur:
Hunc oculis hunc mente virum gerat, illius iſtum
Det celebretque diem fortunæ & caſibus æquis.
Ventum eſt ad currus, ita nos fœdiſſimè fruſtra
Detinuere diu turbæ ſpectacula inanis,
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Hæc armenta, atque hos auratos cornua tauros, *Hoſtia Capnionia.*
Corpora lecta jubet ſacras ſibi victor ad aras
Voti compos agi. Superis ea victima ſaluo
Pro Capnione cadet, ſequitur factura ruenti
Lætitiam populis gratiſſima turba,
Omnibus unicolor tunica eſt, & candida veſtis. *Muſici Capnioni canentes*
Serta gerunt capite, & nexas è fronde coronas
Populea, tenduntque manu frondentia palmæ
Victricis folia, ſparſumque in termite fructum.
Pars cithara, pars voce canunt, pars cornua rauco
Implent curua ſono, perflant tibicine mixto:
Ille tubas, alius triplici tortum ordine circum.
Sunt qui fila lyræ, ſunt qui teſtudinis amplæ
Tranſadigunt nervos digitis, chordaſque pererrant:
Barbatos huic dulces, huic dat ſua tibia ludos,
Huic pulſatur ebur: ſonat huic cita pectine buxus

Ferratos ferit cratres, ille ordine junctos
Folle premit calamos, treſque elicit impete voces
Diverſas uno, ſunt & Corybantia matris
Æra phrygis, dantque ingentem percuſſa boatu
Tergora tenſa boum, feriuntur ſydera cantu

*Lætitia in triũpho Capnionis.*

Accipiunt montes, acceptaque carmina reddunt,
Percuſſæ reboant valles, ſylvæque viciſſim
Exaudita canunt. Mirantur numina ruris,
Faunique Dryopeſque, & quæ ſua flumina ſervant
Quæque deæ fontes & florea prata nemuſque,
Et virides curant ſaltus, Capniona canenteis
Obſervant numeros, repetuntque ea gaudia ſe
Interea lecti juvenes puerique ſuavi
Concentu mulcent aures, & grande coacta
Harmonia modulantur Epos, concinnaque mi
Aadunt verba modis, Capnionis habentia laudes

*Laudes Capnionis inſertitiæ.*

Hic vir hic eſt, cives, quem vos paulo ante pe
Mille dolis, mille inſidiis, atque arte maligna,
Promiſſa doluiſtis ope, hæc venerabilis illa eſt
Canicies ſancti capitis, cui debet honorem
Et cui ſemper habet plenis Germania votis
Virtute illuſtrata viri. Hic eſt ille ferorum

*Fortitudo Capnionis.*

Intrepidus domitor monſtrorum, invictaque m
Qui temere Fratres auſos, temereque Sophiſtas
Laudis opus plenum, & memorandum in ſecula
Contudit, & multa trepidos formidine ſternens

*Innocētia Capnionis.*

Intactam aſſeruit ab iniquo judice famam,
Qui debellatis infanda parantibus omni
Exuit opprobrio ſeſe, ementitaque liquit
Poſt tergum ſcelera, atque è ſuſpicione remerſu
Quam facti tenuere rudes, hæc gloria cives,

*Invidia Capnionis apud malos.*

Hæc illa invidia eſt, multorum exercita niſu,
Atque uno defenſa animo, Diis gratia nunquam
Non ſcelera ulciſci, vetitoſque volentibus auſus.
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.

*Cap. res geſtæ infaſtos.*

Inque inculpatos referat clariſſima faſtos
Facta viri, memorique omneis æternet in annos
Decreto, tituliſque, & quos decernit honores
Victori populorum,, & qui ſe in ſanguine merſit
Hoſtili, quique armorum præcelluit uſu.

In magnum Capniona ferat, qui ſanguine nullo, *Victoria*
Nulla hominum ſtrage, & nullo felicia ferro *Capnio-*
Prælia confecit, quibus haud ſua nomina tantum *nis.*
Extulit, atque â ſe feralem protulit iram
Liventis populi, verum communia multis *Cap. co-*
Verbera ſuſtinuit, clypeoque excepit acerbam *mis li-*
Invidæ plagam & pro multis irruit unus *bertatis*
Millia tot Fratrum, rapturamque omnia flammam *aſſertor.*
Præcipiti extinxit ſaltu, quæque impia non ſunt,
Scribendi proprio reparavit jura periclo.
Neve unis liceat Monachis, uniſue Sophiſtis
Libera verba loqui illius virtute peractum eſt.
Vos quibus invidia eſt, Lethæo occludite ſomno
Liventes oculos, ſinite immortale triumphet, *Cap.*
Qui decus immortale meret, vivitque volatque *immor-*
Dotibus ingenii, quem nos conferre ſuperbo *talitas.*
Poſſemus Latio, cui non mutabilis aufert
Annorum ſeries, quicquid ſua facta dederunt.
Hic vir, hic eſt cives, qui non torporis inerti *Cap. in-*
Segnicie ſecordis agens, quæſivit honores, *duſtria.*
Verum acri ſtudio atque opera, multoque labore.
Qui gravibus rebus quæſitus Cæſaris egit *Cap. de*
Et patris & nati cauſſas, qui plurima fecit, *Cæſare*
Plurima qui docuit, non ventri obnoxius unquam, *bene me-*
Et nunquam indulgens, quique ut nos vera doceret, *ritus.*
Quæ non dura tulit? cui non ſe inferre periclo *Cap. pro*
Eſt auſus? qui ſi temere non Ennius olim *vero.*
Adſcripſit tria corda ſibi, nos quatuor iſti *Cap*
Jure bono dabimus, ſcribenti apteque loquenti *quatuor*
Quatuor in linguis, patria, Græcaque Latinaque *corda*
Et tandem Hebræa. Quare infantiſſima Fratrum *habet.*
Plebs ſileat, quis enim melius multa ardua ſcribet, *Cap. o-*
Rectius & dicet, quam qui multa ardua novit? *pera.*
Hic vir hic eſt cives, qui quæ quis legerit alter, *Cap. co-*
Plura dedit calamo, qui primus Comica ſcripſit. *micus.*
Germaniſque ſuis ſcenam patefecit, & amplam
Oſtendit caveam, vetuitque ſilere theatrum.
Plurima qui numero, qui plurima lege ſoluta
Condidit, invenit qui multa incognita nobis
Optimus interpres, qui certe pluribus annis

*Cap. jureconſultus.* Ante duces ſummos in Cæſareoque ſenatu
Jus dixit, quam quis ſtuduiſſe putabitur alter,
Qui quo non verum argueret, verumque doceret,
*Cap. ſynceritas.* Nullius expavit vires iramque minaſque.
Simpliciter ſemper, ſine pompa ſemper inani,
Citra omnem invidiam, niſi quam ſua lucida virtus
Ut fit, apud ſciolos peperit ſibi, docticuloſque.
*Germania Capnioni loquitur* Hic vir hic eſt cives, cui ſi Germania poſſet
Ipſa loqui, tota in vocem conſurgeret unam.
Macte gravi virtute ſenex, tu moribus iſtis
Atque iſto ingenio paris immortalia Laudi
Ornamenta meæ, per te ne barbara dicar,
Aut rudis, effectum eſt. Te nunc ego grata saluto
Te grata amplector, te grata remunero, pro tot
In patriam meritis. Quicquid debetur honoris
Qui ſervat bello, vel qui me liberat armis,
Accipe. Præterea jubeo meminiſſe nepotes,
Et nomen celebrare tuum. Salve inclyte vindex
Victor ave, dilecte Deo, dilecte parenti
Felix prole tua, felix tu Phorca ſuperbo
Semine, felices etiam materque paterque,
Qui mihi, qui vobis talem genuiſtis alumnum.
Diceret hæc certe, caneret Germania certe;
At nos interea, quando hoc ita tempora poſcunt,
Grata triumphanti canimus. Ne dicite cives
Quenquam iſtas laudes merito majore tuliſſe.
Dicat Io. ſi ſe novit Germania, dicat.
At jam ſe novit, ſenſit ſe, ſenſit ad unguem.
Et ſucclamat Io miro lætiſſima plauſu.
Dicite Io cives, & Io bis dicite cives.
*Supplicatio.* Viſite honore Deos, onerate altaria donis
Et votas efferte preces, date munera grati
Pro conſervato Capnione. Idque omnibus annis
Conſtet opus titulo, Neve obſcurata vetuſtas
Eximat hoc famæ, titulo ſuperaddite carmen,
Pro debellatis Capnioni dona Sophiſtis.
Hos inter cantus, hæc inter carmina, & inter
Plaudentis populi ſtrepitum, pulcherrimus alto
Invehitur curru Capnion, & lumina paſcit
*Currus* Spectantis turbæ, pulchras agit ipſe quadrigas,

Non tamen ex auro, ſolido non ex argento *trium-*
Quo vehitur, quo victor ovat, qua mole triumphat, *phantis*
Cedrinæ junxere trabes, & vivida buxi *Capn.*
Robora, juniperique leves, & vimina Daphnes.
At folium teretes hederæ complectitur axes
Veſtit idem radios, at curvatura ſupernæ
Cincta rotæ violis, & rore innexa marino.
In totoque roſæ in toto ſunt lilia curru
Pulegiumque virens, & odoræ gramina Minthes,
Et myrtus Veneri, & Phœbo naſcens hyacinthus
Salviaque & nullis obnoxia ruta venenis.
Et ſaliunca recens, & amaracus additur iſtis
Aureus abrothani flos, hyſſopique virentis
Germen, & ex omni quicquid congeſſimus horto
Frondentis, vel odoriferi. Stat florida ſedes *Capn.*
Floridior ſedet ipſe ſuper, cui prima venuſtas *trium-*
Et primus decor eſt, albentia tempora canis, *phans.*
Quæ mixtim nexæ lauroque hederaque coronæ
Circundant, capitique inſtat victoria duplex.
Dextra Oculare manus ſpeculum, tenet. Illius ergo *Speculū*
Nomen enim libri eſt, Fratres in bella coacti, *Oculare*
Atque Ubiæ ſchola gentis erat, rapuit vafer anſam *Cap. lib.*
Verpus ab hoc, Monachiſque dedit, qui turbine moto
Imbelles acuere iras, hinc illa repente
In Capnione viri conflata eſt factio livor,
Hinc vagus emerſit, præter qui Teutonas urbes
Et doctam Italiam & fuſcos impleret Iberos,
Pannonas, & populos quos Rhæticus alluit Iſter
Quotque ſecat Rhodanus, quot inundat Sequana gentes,
Quæque Calydonios penetravit turba Britannos.
Hic liber eſt, atque hoc congeſti inſigne duelli,
Notum laude ſua, quod cum phanaticus igni
Ferret Hogoſtrattus, Capnion victrice Minerva
Eripuit, tutumque tenet, ſemperque tenebit,
Ingenii monumenta ſui, monimenta pericli.
Leva gerit teretem victrici ex arbore ramum.
Cæſareas aquilas thorax victricia ſigna
Pictis habet, virides circum eſt effuſa quadrigas *Qui poſt*
Jureperita cohors, vatumque exercitus omnis. *urrum*

Capn. Ingenioque omnes clari, ſtudioque frequente
Laudati, quoſque effecit doctrina celebreis,
Quive aliquo meruere coli pacto, Omnibus iſtis
Mens erat in flammam, ſupremaque funera victo
Cum Capnione trahi, & medio in certamine, ſi qu
Forte laboraſſet, prompti concurrere, prompti
Auxilio ſuccedere erant, ſummiſque periclis
Felices animas dulcemque exponere vitam.
Centum Italos video, centum hac ex gente poëta
Et totidem juris doctos, ſed nomina nondum
Omnia nota mihi, video â Capnione notari
Quenque ſuo titulo, video impertire ſalutem.
Omnibus his non vilis honos, omneſque virenti
Fronde coronat helyx. Da nunc, da Phorca trium
Da pompæque locum. Nunc tu, communis
mnis
Nunc læta, atque hilari percuſſa ad ſydera voce
Dicat Io, ſi ſe novit Germania, dicat.
Hoc omnes vincant, hoc omnes jure triumphant
Moribus, atque animis iſtis, virtutibus iſtis.
Para- Quique ſequeſtra is vitiis, & fraude remota
ſceve. Vixerunt, quique immunes ſcelerumque malor
que
Exegere dies, ſtudioſaque pectora veri.
Innocuique omnes, & quorum libera corda
Pro Chriſto fuerant, & relligione parentum,
Et certare viris, & ferre extrema parati.
Quidque odio Fratres enervatoſque Sophiſtas
Ob ſcelus, aut certe ob cuncta ignorantia corda
Sectari ſuerant, iterumque iterumque triumphen
Et titulo Capnionis ovent, ſua gloria dignis
Eveniat, ſed nunc Capnioni ex omnibus uni
Dicit Io, quia ſe novit Germania. Dicit.

Compellat autor ad extremum Theolo
ſtas his in proſa oratione conceptis verbis.

LAqueum ſumite Theologiſtæ. Viginti amp
ſumus in infamiam ac perniciem veſtram c
jurati. Debetur hoc Capnionis innocentiæ. D
bet

betur veſtro ſceleri. Debetur Reip. literariæ. Immo bono hoc quodam ſit Chriſtianæ religionis fato, cui que hominibus plaudentibus illuſtrabimus orbem vos obſcura luce pudendas invexiſtis tenebras, quibus nos expulſis ac effugatis, Chriſtianum Diis at- Renatus eſt Hieronymus. Novum Teſtamentum lucem induit. Multa ex Hebræo, multa ex græcis eruuntur. Ardet opus. Interea vos quid agitis, cur quis Theologos vos vocet? Nempe hoc, ut agentem hæc Capnionem, literis ac temporum noſtrorum gloriæ adimatis. Proinde laqueum ſumite. Multorum ore vobis canitur, quorum non idcirco ſum ego optimus, quia primus, ſed idcirco primus, quia minime patiens moræ. Vos igitur moneo, Conjurati, adeſte, incumbite, ruptus carcer eſt, jacta alea, regredi non licet. Obſcuris Viris laqueum præbui, nos viciſſim herbam ſumemus.

Neque vero *Huttenus* tantum & *Eleutherius* Capnioni de victoria à Colonienſibus reportata gratulati ſunt, ſed alii quoque eruditi viri paſſim, ſive per literas, ſive alio modo lætitiam, quam animis conceperant, publice teſtati ſunt. *Eraſmum* conſtat *Apotheoſin Reuchlini* concinnaſſe, quam colloquiis familiaribus inſeruit. *Lutheri* ad noſtrum epiſtola votis congratulationibusque plena, alibi à nobis eſt relata. Si tertius extaret liber epiſtolarum ab illuſtribus viris ad *Reuchlinum* datarum, (mihi enim videre eum nondum contigit) plurima cumulare teſtimonia poſſemus, ſiquidem id facere inſtituiſſemus, aut res ipſa poſtularet. Unicum hoc addam *Conradi Peutingeri* in Colonienſes dictum, quod repertum inter ſchedas Bibliothecæ Neoſtadienſis, & ſ *Ruttelii, ſ. Gabelcoveri* manu exaratum

Alii victoriam Reuchlino gratulantur.

pro inuſitata ſuâ benevolentia *D. Pregiz*
mecum communicavit.

*Beatus vir, qui non abiit in conſilium impi-* *& in cathedra* Theologorum Colonienſium *n-* *dit, nec peſtilente homines fovet, ſed in lege D-* Capnionem *eſt complexus, omiſit impietatem, -* *delitatem & invidiam, oſculatus eſt pacem & -* *tiam.*

Hæc ſimiliaque his tam malè habuer- Monachos, ut *Melanchthone* teſte, magis e- furere inciperent, vociferarentur in con- nibus, contra *Capnionem, Huttenum* & *Era-* picturas ederent, futilibus argumentis ſuperſtitiones propugnarent, denique - lam cauſſam ſtultiſſimè agendo deterio- facerent, & multò plures contra ſe incita-

Tentata à Monachis reconciliatio cum Reuchlino.

Cum igitur viderent omnes ſuas contra C- pnionem machinationes eludi & irritas - di, cum eò redire in gratiam cupiebant. A- enim ſupra milleſimum quingenteſimum - geſimo, duo ad ipſum Legati *Ingolſtadi-* Fratrum Prædicatorum Provinciali, ut - cant, miſſi ſunt, alter *Regens Heidelbergæ*, - *Prior Eslingæ*, qui poſt literas commenda- obtulerunt capita pacis, optantes ſe illi - conciliari. Noſter tum quidem pacem - repudiavit, ſed in propoſita pacis capita c- ſentire noluit, ac legatis reſpondit, cau- ſuam illuſtri viro *Franciſco Sicano*, ſ. *de Si-* *gen* exequendam ceſſiſſe, quem procura- rem conſtituerit irrevocabilem in rem ſu- cum libera, ut eam quoque in alios, quan- libe-

libeat, transferre poſſit. Quare cum illo quoquo modo agant, ſi pacem velint conſequi. Hoc accepto reſponſo Monachi abierunt. Interea autem novas Romæ moliebantur fraudes, quas noſter *Pirckheimero* peculiari ad eum hac re data epiſtola, expoſuit. Illam integram ex *Bilib. Pirckheimeri* operibus, quibus inſerta eſt, ſubjicere placet. Eorum novæ fraudes Romæ. p. 262.

*Ne velim quidem, quod quibuslibet literis meis reſpondeas, niſi in cauſa neceſſaria. Novi enim occupationes tuas. Non otiaris: ſed & in præſenti re peto conſilium tuum. Heri namque à Curia Romana redditæ mihi ſunt binæ literæ, tum procuratoris, tum ſollicitatoris mei, datæ* 13. *Januarii, quibus me certiorem faciunt de adverſariorum meorum perverſa machinatione. Nam cum ſentiunt, ſe in cauſa principali & materia litis noſtræ fore victos, propter quod ante annos tres aut quatuor* mandatum de ſuperſedendo *impetrarunt, & judicibus inhibuerunt, ne procederent, atque ita quieverunt interea, quod appellationem ſuam & cauſam non ſint proſecuti uſque ad hæc tempora. Nunc relicta materia principali, ſuper qua prius proceſſerunt, volunt (ut me latius fatigent uſque ad mortem) volunt intendere* nullitatem proceſſus Spirenſis; *Quia impetrarunt alium Judicem loco* Reverendiſſimi Cardinalis Grimani, *qui abeſt â curia, & illi ſurrogatus nomine* Dominicus de Jacobutiis *Cardinalis nuper â LEONE creatus ſit* S. Bartolo in Inſula, *acutiſſimus, ut ajunt, Juriſta, coram quo volunt de apicibus juris ſophismatizare, ſi forte poſſint me ad expenſas retorquere. Inchoantur autem hæc poſtquam* Franciſcus *eos diffudavit. Scripſit autem idem* Franciſcus *ad me, quod in die Nativitatis Chriſti venerit ad eum*

provincialis *cum quibusdam patribus provinciæ*
*impetraverunt iterum ab eo unum menſem, i*
*velint mecum tractare : Et concluſerunt cu*
*quod caſu quo mecum infra eum menſem non co*
*darentur, quod tunc pro nunc conſentirent, quod*
*peret ad ſe aliquot viros doctos & Eccleſiaſticos, qu*
*ca* Dominicam Oculi *litem hanc per amicabilem*
*cordiam componerent & finerent. Super quo*
*runt ad me miſſi â* Provinciali *ad colloquendum*
*capitulis pacis, & quia nolui cauſam recipere de m*
*ribus nobilis* Franciſci, *cui ceſſerim: ideo impetr*
*runt â me conſenſum habiti tractatus, ut præfertu*
*nominatæ ſunt perſonæ illorum amabilium com*
*torum, in quas nos ambæ conſenſimus, & ita*
*receſſerunt, quod dixerunt, omnino hanc litem for*
*tinctam, quia promiſi eis, me omnia grata & rat*
*biturum, quæ hac in cauſa ex utraque parte conc*
*rent. Cum igitur conſidero diem Nativitatis* D
*ni, quo inducias menſis impetrarunt, & conſi*
*diem* 13. J*anuarii, cum mei procuratores ad me litt*
*obſignabant, poſſum cogitare quod ea* Romæ *ſint*
*perrime moliti, ut nobilis* Franciſci *inſtitutum n*
*tium impediant. Ego autem ſcripſi* Romam, *ut*
*curatores mei ſupplicent* Papæ, *quatenus ad tem*
*etiam mei contemptione ſuperſedeatur, ſicut jam*
*bus annis poſt mandatum de ſuperſedendo, ab adv*
*ſariis meis impetratum, etiam me invito fuit ceſſat*
*Item quod dicant Reverendiſſimis* J*udicibus, cau*
*de conſenſu partium jam tractari per compoſitores*
*ctos ad amicabilem concordiam, quare nolui præcipi*
*re rem. Tu reſpondeſi, potes, quid facturus ſim co*
*mode: & vale feliciter. Anglopoli 4. Idibus Febru*
*rii, Anno M. D. XX.*

To

Totam hanc rem Noſter etiam *Franciſco Sicano* ſignificavit, qui nequitiis modum poſuit, ac diem conſentientibus partibus ad *medium Quadrageſimæ* ſtatuit, quo totum negotium amice tranſigeretur. Id quemadmodum confectum ſit, *Capnion* ad Pirckheimerum prid. Kalend. Junias A. M. D. X X. his verbis perſcripſit:

Compoſita lis operâ Franciſci à Sickingen.

*Salutem tibi opto, καὶ χαίρειν. Nuper ad circiter prid. Kal. Junias redeunti mihi à communi amico noſtro* Kiliano de Rebdorf, Gabriele de Schavvmberg, *Canonico Dryopolitano, tui amantiſſimis, redditæ ſunt literæ à Nobiliſſimo* Franciſco de Sickingen, *quibus me fecit certiorem, operâ ſua extinctam eſſe litem, quæ tam fuit hactenus diuturna inter Prædicatores meque. Impetrabunt enim à Sanctiſſ.* Leone *litis & cauſæ extinctionem, cum honore meo, ſuis expenſis, in meliore forma, quæ & mihi & mei amantibus jam concepta placet. Et eſt expenſarum litis in proceſſu* Spirenſi *poſt obtentam à me contra illos diffinitivam ſententiam taxata ſumma, in bono auro mihi jam perſoluta. De iis poſthac pluribus.*

Optandum ſane eſſet, plura de iis extare; ſed vel plura *Reuchlinus Bilibaldo* non ſignificavit, vel coram ea expoſuit. His igitur acquieſcere nos oportet. Interim ſatis hinc liquet, ipſos adverſarios tandem victas dediſſe manus & *Reuchlinum* victorem agnoviſſe.

Cur vero *Ingolſtadium* noſter conceſſerit, undè literas ſuperiores ad *Pirckheimerum* dedit, nunc quanta fieri poteſt, brevitate, exponam.

Ingolſtadium delatus

Reuchl. ponam. Quum Anno M. D. XIX. UL-
RICUS Wirtembergenſis Dux Reutl-
gam, propterea quod ejus oppidi cives p
fectum quendam ſaltus, ſibi percharum, o
cidiſſent, nec percuſſorem tradere voluiſſe
armata manu oppugnaſſet, inque ſuam di
nem redegiſſet, fœderis Suevici ſocii
Ducis factum ægre admodum tulerunt,
cauſſantesque pacem in Imperio ruptam, li
ramque civitatem contra pacti formulam
que legem occupatam, conventu Ulmæ
bito, armis vindicandum decreverunt.
lum igitur parant, ac GUILIELMO
varo duce, ULRICUM adoriuntur, in
gam agunt, ac univerſo Ducatu exuunt. Q

Reuchl. ep. ad Pirckh. p. 263. Græcas Hebraicasque literas ibi docuit.

calamitas noſtrum quoque afflixiſſet &
ſtuliſſet, niſi *Guiliemus* eum bello captum
vaſſet, omnesque ipſius fortunas cum
familia ſub colore prædæ bellicæ fiſco a
ctas liberaſſet. Ita *Anglopolin* deductus,
tiquam Claudii, ut ferunt, coloniam,
ſimiliter illuſtravit, & tanquam Diony
Corinthi literas docuit, ut ipſe jocari opti
ſenex ſolebat. Nam quum Ducis no
quidam cum eo agerent, ut Græca Hebrai
que publicè doceret, & annuum ſtipendi
ducentorum aureorum offerrent, accepta
conditionem, ſicque δίσποινα τύχη, ut iter
ad ſuum *Pirckheimerum* ſcripſit, illum fecit
mentarium. Quotidie enim de ſugge
Doctorum frequenti auditorio publice p
legit *Rabbi Moſen Kimchi* matutina horâ,
ſpe

ertinâ autem *Plutum Ariſtophanis,* diſcipulis luribus quam trecentis. Ita in exilio & o-io maxime negotioſus fuit, nec famæ tantum uæ ſed fami etiam conſuluit. Sic enim per iteras apud *Bilibaldum* conqueſtus eſt, *fugi pe-ſtem, fugi gladium, utinam effugerim famem! Ferme namq; hoc Marte decoxi, dũ à nobis tyrannus noſtra vi abſtulit, & bis victores bis nocuerunt. Semiſſis autem homo ſum, quia dimidium animæ meæ,* Bibliothecam *pluſquã dimidiatam domi reliqui, & ego cum minutis libellis, ut in tanta velocitate perfugii fieri potuit,* Anglopolin, *quam* Ingolſtadium *appellant, me corripui.* In hac rei familiaris inopia *Pirckheïmerus* promtè liberaliterque ei ſubvenit. Tyranni autem nomine appellat ULRICUM Ducem, quem in alia quoque epiſtola ita carpit: *factione laborat tota ferè noſtra terra, cum plures ſint qui ære alieno & paupertate premantur, quam qui abundent pecunia, & vulgi ſit ſtudium prædari ac divitum ſubſtantiam rapere, cujus autorem, pari affectione præditum, Ducem ſuum, perdidere. Inde illa cogitatio; quonam modo poſſint Principem latronum recuperare.* Gravibus acerbiſque hujusmodi verbis Würtembergenſes maxime offendit Noſter, factumque hinc eſt, ut ANTONIA, Princeps Würtembergica, omnis ætatis memoriæque, tum ob pietatem, tum ob variam eruditionem & linguarum, Hebraicæ præſertim, peritiam, tum denique ob inuſitatam erga omnes bonas literas literatoſque benevolentiam, & munificentiam, clariſſima, ac D. *Seb. Schmidio* judice, id inter Principes

epiſt. dedic. Comment. in Ijob.

cipes Heroinas, quod Minerva inter Dea lim apud profanas, verique divini cultus pertes gentes fuerat, à Monumento, Reuchliniano nomini per Dn *Albertũ de H* Profeſſorem quondam Hebr. L. in ill Tubing. Collegio, & Dn. *Georgium Henri Heberlinum*, Doctorem & ProfeſſoremTh logum erigere decreverat. Non e dem probo, nec probare poſſum, co tia ejuſmodi à Capnione in virum Pri cipem dicta, exiſtimaverim tamen eu quadam animi impotentia & vehementi lore, quem ex jactura fortunarum ſuarum ceperat, commotum, talia incautius effu

Reverſus in patriam Tubingæ docet.

Cæterum Ingolſtadii ſubſiſtere diu h poterat, cum peſtilentiæ ſævitia Bavar quoque infeſtaret. Igitur patriam repe ibique quod vitæ daretur reliquum, in lib quiete conſumere decrevit, cum jam ſed fames, luesque ceſſaviſſent, & Ducatus W tembergicus, à fœderatis Suevis CAR LO V. divenditus eſſet, ſalvis tamen vet bus civium inſtitutis atque privilegiis. ſteaquam vero Tubingenſis de ejus reditu gnoverunt, totius Academiæ nomine lega ad ipſum miſerunt, rogatum, ut quam a Bojos nuper docendi viam ingreſſus e eam in patria quoque inſiſteret, teneret conſtanter. Eorum precibus commo ſe paſſus, ſtudioſæ juventuti operam ſuam bens locavit, aliiſque inſerviendo conſum voluit. Qua de re extat epiſtola ad *Thom*

*An*

*Anshelmum*, librarium illis temporibus præſtantiſſimum, præfixa Græciæ Excellentium Oratorum *Æſchinis* & *Demoſthenis* orationibus adverſariis, Haganoæ Anno M. D. XXII. ab eo editis, unde nos quæ in Oratione leguntur, hauſimus. Nunc a. integram epiſtolam hic inſerere haud dubitamus.

### *Joannes Reuchlin Phorcenſis, Artium Liberalium Magiſter & Imperialium Legum Doctor, Thomæ Anshelmo, præſtanti librario*

### S. P. D.

*Cum è Bojorum Angelopoli, antiqua divi* Claudii *colonia, quam cognoſcendarum principalium linguarum documentis publice illuſtrabam, vi ſævæ peſtilitatis eſſem redire coactus, in patriam tandem bene pacatam, ubi jam tum ſeditio, fames, luesque ceſſaverant, & in nomen CAROLI V. Romanorum Imperatoris electi juratum fuerat, conſtitui mecum ipſe, me & fatigatum laboribus, & annis feſſum, quod ætatis daretur reliquum, id in libera quiete conſumere, ac* Epimenedis *velle ſomnum dormire. Quandoquidem videbar mihi ab optimarum doctrinarum oſoribus, illis librorum incendiariis ac inviſoribus meis, qui omnem exuperantiam virtutis oderunt, ſatis ſuperque vel uſque ad tædium & nauſeam vexatus, & ab eadem gente Phariſaica, quæ (in malam rem) noſtra pollet ætate, ac omnia polluit, tanquam Hebraicarum literarum protomartyr immolatus, tortus, toſtus, laniatus & laceratus, cum nonnullorum applauſu,*

*quos*

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

*quos infelicitas genuit, improbitas aluit, adulati[...]*
*ſtentavit, & avaritia in altiſſimos provexit gra[...]*
*Decreveram igitur extra turbam, contempta plur[...]*
*rum converſatione, contempta etiam paucorum, [...]*
*meo ſecrete perfrui, quo nihil eſſe dulcius literato [...]*
*Et poteram tum id quidem liberrime. At veri[...]*
*eſſent Tubingenſes noſtri politiorum literarum ſtr[...]*
*milites adventum meum ſubodorati, miſit Acad[...]*
*tota ſuos ad me legatos, certe viros & numero [...]*
*gnitate ſpectabiles, atque ſummo in ſtatu ſublime[...]*
*Vniverſitatis mecum nomine agerent, orarentque[...]*
*quod in Bojis Hebraicè Græcèque nuper cœpiſſem[...]*
*deinceps inter Suevos, meos ſcilicet conterraneos[...]*
*cerem, propoſita ſimul de publico ærario ſtipe hon[...]*
*mihi quotannis præſtanda. Quorum ſermoni[...]*
*qui eſſet â prudentibus hominibus exortus, facile[...]*
*monebar, quid majores de patria cuique ſua pr[...]*
*rint animadvertere. Benefaciundum videlice[...]*
*triæ, pugnandum pro patria, & ſenibus nobis m[...]*
*dum in patria, ut unde vitam eduxeris, illuc ſ[...]*
*corpus reponas. Honeſta hæc ratio putabatur [...]*
*lii mutandi, quod potius fomentum deſidiæ, quam[...]*
*rarum otium nutrire dicebant. Quid tum eis [...]*
*rem? placuit utrinque conditio. Locavi Tubi[...]*
*ſibus Græcarum & Hebraicarum literarum opera[...]*
*hoc ſemeſtri toto puerilia imparis diſciplinæ ſtudi[...]*
*ſtris auditoribus expoſui, diverſarumque lingua[...]*
*& commoda & firma jeci fundamenta, cuique f[...]*
*tati ſua. Profeſſus enim frequenti ſum audito[...]*
*cathedra doctorum, & de pulpito, doctiſſimum He[...]*
*rum Grammaticum,* Rabi Moſen Kimchi, *quod[...]*
*lumen, quanquam â multis fuerat, tam* Judæis *q[...]*
*Latinis ante viſum, tamen cum in meam incidit [...]*

ctionem, tot ſcatebat mendis, ut in caſtigando diſciuli plus temporis dimidium perdere cogerentur. Nihil bſimile nobis tunc de Chryſolora contigit, apto Græce nitiandis Grammatico, cujus ſcriptionis errata non arvo labore inter docendum caſtigavimus, ne indoos abortarem filios. Reſtare nunc videtur, ut poſt avatam elementariis diſciplinis operam in utraque ngua & Hebraica & Græca, ſolidiore auditores meos aſcam cibo. Et cum ſint primarum ætatum ingeniis, tque (ut libere loquar) omnibus incipientibus, optima & eorum quidem candidiſſima quæque proponenda, quæ non prodeſſe tantum ſed etiam amari poſſint, profitebor deinceps in Gymnaſio Tubingenſi Biblia Hebraica, inſignem illum XXIIII. voluminum librum, quem nobis Daniel Bombergus Judaicorum codicum artificioſus impreſſor nuper magno numero è Venetiis venalẽ miſit, ſine quo eam linguam nemo vel docere vel diſcere poteſt. Addam porro, ſi adjutus per te fuero, Thoma Anshelme, typographorum ornatiſſime, Demoſthenis & Æſchinis ſummorum Græciæ Oratorum prælectionem in lingua Græca, qui autores ſplendidiſſimi Latinis plura ornamenta ſuppeditabunt, conſuetudinem quandam eleganter jucundeque dicendi afferentes. Quare pro veteri noſtra inter nos amicitia, conjunctione, ac neceſſitudine te peto, integerrime amicorum, velis in omnium Græcè ſtudioſorum utilitatem & profectum, quin & in tui fructum non mediocrem, ambas Æſchinis & Demoſthenis orationes, adverſũ ſe habitas nobili tuo charactere Græco quam emendatiſſime & Græciſſime, quantocyus fieri poterit, imprimere, atque ſine mora Tubingam ad nos mittere Græca fide, hoc eſt, recepta mercis loco parata pecunia, quam ſi & ſollicitis meis fidem habes, ſequetur omnium ſcholaſti-

*eorum ſingularis erga te benevolentia cum lau*
*tuarum immortalitate. Feliciter vale. Tubing*
*bus Januariis, Anno Milleſimo quingenteſimo v*
*mo ſecundo.*

cap. X. L. X. D. III. *Cruſius* quando ſummam ex hac epiſ licet ea non nominata, adduxit, inde col *Capnionem* primum fuiſſe publicum Doctor Græcum in Academia Tubingenſi. E rò munere fungi diu haud poterat. cum menſe Aprili *Æſchinis Demoſthenisque* tiones adverſarias ab *Anshelmo* accepiſſet to morbo, quem Ictericum appellant M correptus, Stutgardiam deportari ſe cu ibidemque paulatim languefactus dom

Obitus Capn. diem obiit ſupremum Anno O. R. M XXII. d. XXX. Julii, ætatis vero ſeptim ſexageſimo. Hunc annorum numerum *Cruſius*, quem alii quoque ſequuntur. *lanchthon* tamen ſcribit Reuchlinum, cum bingam accerſitus eſſet, jam egreſſum ſe geſimum annum, ex hac vita deceſſiſſe. quo eum errare conſtat. Certum enim Reuchlinum A. M. CCCCLV. natum denatum iterum eſſe A. M. D. XXII. U liquido colligi poteſt, haud plures ipſum vendo annos expleviſſe, quam 67. Om ſcrupulum eximit ſcheda in Bibliotheca N ſtadienſi reperta, cui hæc inſcripta v ſunt manu Andreæ Rüttelii, ut opinor: *no ab Incarnato* JESU M. D. XVII. *doc* *mus ille Joannes Reuchlinus, Germanorum* *ca Phœnix, obiit diem Cevvigeræ Gentis Stut*

*tia, die Junii XXX. circiter octavam & nonam, horas ante meridianas.*

In alia ſcheda ſequentia leguntur:

VIXIT CAPNION ANN. LXVII. MENS. IV. DI. VIII. ABIVIT HINC ANN. CHR. MDXXII. MEN. JUN. DI. XXX. STUTGARDIÆ APUD S. LEONHARDUM CUM UXORE SEPELITUR.

Subjungam quoque, quæ *Gabelcoveri* manu exarata reperit in Illuſt. Biblio. Neoſtad, mecumque communicavit ſemel iterumque laudatus & nunquam ſatis laudandus D. Pregizerus.

JOANNES REUCHLIN PHORCENS. LL. DOCTOR, COMES PALATINUS LATERANUS SUEVIÆQUE IIIVIR, POSTQUAM MUSAS ELEGANTIORES ORBI GERMAN. RESTITUIT AC HEBRAICAM SIMUL ET GRÆCAM LINGUAM AB INTERITU REDUXIT, CEPIT A PERFIDISS. LITERARUM HOSTIBUS, SOPHISTIS PRÆDICATORIIS FRATRIBUS, HOCHSTRATO CUM RELIQUIS SUIS ET CRISTIANO IUDÆO PFEFFERKORN TANQUAM NOVÆ ET PERVERSÆ DOCTRINÆ AUTHOR CORRIPI, ATQUE MULTIIUGIS FORI CALUMNIIS PROSTITUI. VERUM COGNITIS TANDEM FALSIS CRIMINIBUS, DE TURBA ET DIVINI ET HUMANI IUDICII DECRETO DAMNATA, TRIUMPHAT, IDEMQUE FELICISSIME CLAUSIT EXTRE-

MUM STUTGARDIÆ UBI CORPUS MEL
RIS VITÆ SPE QUIESCIT. AN. POST
TUM CHRISTUM MDXXII. MEN. MAIO
XXX. VIXIT ANN....

Epitaphia.

Neque vero privatis tantum monum
tis celebratur noſter, ſed publica quoque
tant Stutgardiæ, alterum in peryſtilio T
pli Xenodochialis, ubi lapis conſpicitur,
brevi Epitaphio ad imitationem Antiqui
Noſtrum laudat, alterum in Templo D.
ONHARDO quondam conſecrato
tabula ſuſpenſa, inſcripta carmine *Braſ*
Nobiliſſimi Poëtæ & Oratoris & ſuo
facile Principis. Quod monumentum
lectu dignum ſit, hic inſeremus.

*Clariſſimi atque magnæ integritatis*
*ri, D. JOHANNIS REUCHLINI*
*linguis eruditionis Antiſtitis Epithaphion, à*
*anne Alexandro Braſicano, Poëta & Ora*
*tore compoſitum.*

*CVm paſſim Hebræo & Græco ſe extolleret orbis*
*Sermone, antiquo more virere volens :*
*Juppiter æthereo placide indignatus Olympo,*
*Se fragilem in linguis vincere velle homine*
*Doctorem* Capniona *vocat : nempe ille trilingui*
*Dogmate, cœleſtum corda juvare poteſt.*
*Nunquam igitur credas* Reuchlinum *obiiſſe caduci*
*Morte : velut terræ pondera inepta cadunt.*
*Hunc Deus in patriam æternam jubet ire probatum*
*Hic tandem ſolida laude Magiſter erit.*

**In eundem aliud.**

*Inclita magnum oculum amiſit Germania : quando*
*Reuchlinus ſuperos ( morte ferente ) petit.*

*Anno â nato Jeſu* 1522. *die* 30. *Junii.*

His jungi velim Dialogum *Eraſmi*, quo *Apotheoſin Capnionis* deſcripſit, loquentesque introduxit *Pompilium* & *Braſſicanum*. Hi multa de morbo, morte & immortalitate Reuchlini confabulantur, interque cætera eum ab *Hieronymo* collegam appellatum & in conſortium cœlitum deductum, ſanctiſſimisque ſuis laboribus id apud mortales promeritum dicunt, ut ipſius nomen aureis literis Calendario Sanctorum proximè *Divum Hieronymum* adſcribatur, & in Bibliotheca *Hieronymo* proximus ponatur. Idem quoque omnes qui colunt & amant linguas ac bonas literas, præſertim ſacras, facere debere, nihil morantes, quod nondum relatus ſit in numerum Divorum autoritate Pontificis; hoc enim neque de Paulo, neque de Hieronymo legi: ſanctiorem verò apud pios omnes memoriam illorum eſſe, quos inſignis pietas, quos ingenii vitæque monumenta commendant affectibus omnium, quam vel *Catharina Senenſis* aliarumque divarum divorumque à Pontificibus, ut vocant, canonizatorum; Capnionem enim perpetuo duratura virtutis ſuæ monumenta reliquiſſe: benefactis nomen ſuum immortalitati conſecraſſe, nuncque exemptum malis, quæ paſſus in hac vita à phariſaicis quibusdam hominibus, cœlo frui & triumphare de hoſtibus, quos manet op-

probrium & infamia perpetua. Proſtrat[us] eſt *Hochſtratus* cum obſcurorum virorum gr[e]ge univerſo, cujus tumulo hoc nobile carm[en] ut *Paulus* Jovius autor eſt in Elog. Doctoru[m] virorum, Capnionis puer affixit:

Elog. 143.

*Hic jacet Hochſtratus, viventem ferre pati[...]*
*quem potuere mali, non potuere boni.*
*Creſcite ab hoc taxi, creſcant aconita ſepulchr[o]*
*auſus erat ſub eo, qui jacet, omne nefas.*

Adjiciam quoque hos *Latomi* ex eod[em] Jovio in eundem verſus.

*Eſſes quod patrio cognomine* fumeus, *hoſtes*
*redditit audentes* Capnio, *credo, tuos:*
*Dum tibi deberi fatis incendia credunt:*
*illi non ſegnes quæ properata ſtruunt.*
*Quum potius ratio cognominis arguat iſtud,*
*Flamma quod ipſorum nil niſi* fumus *erat.*

Teſtamento legat Bibliothecam ſuam Phorc. collegio.

In cineribus igitur vivit Capnion, & i[n] luce degit: bonorum omnium oribus mo[nu]mentìsque celebratur, qui nunquam int[e]moritura virtutis ſuæ beneficiorumque m[o]numenta reliquit, inter quæ numerari h[aud] poſtremo loco debet, quod Bibliothec[am] ſuam Pforzheimenſi collegio per Teſtame[n]tum legavit, ita ut ibi in Templo publice [ſer]varetur & omnium uſibus pateret. Qu[am]quam autem nunc quidem, judice Melan[ch]thone, poſtquam officinæ typographicæ [bi]bliothecas ubique locupletarunt, minor f[or]taſſis ſit admiratio ejus theſauri, tamen [vo]luntas Capnionis laudanda meritò eſt, qu[od] non voluerit libros ſuos, magnis & ſumtib[us]

& la-

& laboribus collectos, diſſipari, ſed in loco certo cuſtodiri, ubi ad poſteros etiam pluri-mis eſſe uſui poſſent. Habuiſſe autem ipſum inſtructiſſimam, prout tempora tum erant ferebantque, bibliothecam, multis indiciis patet, & vel ex epiſtolis ſupra à nobis memoratis, quibus à Judæis æquè ac Chriſtianis petiit, ut quicquid librorum nanciſci poſſent, copiam eorũ ſibi facerent. Ipſe quoque cum in Italiam iter faceret, diligentiſſime libros undique conquiſivit, & quosdam manu ſua exaravit. *Henricus Pantaleon* Part. III. Proſograph. Heroum atque illuſtrium virorum totius Germaniæ, poſteaquam vitam Reuchlini deſcripſit breviter, teſtatur, A. 1565. ſibi Principis juſſu Pforzhemii bibliothecam Reuchlini oſtenſam, in qua *tum multa exemplaria* Capnionis *manu ſcripta ſuperfuerint.* Inprimis Græcorum Hebraicorumq; voluminum magnam copiam habuit. De Græcis auctorem habeo *Petrum* Jacobi *Arlunenſem*, ita ad Reuchlinum Papiâ ſcribentem: p. m. 23. Græcorum librorum copia.

*Quod nihil meis proximis ad te literis reſponderis, quid cauſſa ſit, divinare non poſſum. Succenſes fortaſſis mihi, quod nihil librorum Græcorum miſerim. Juſtè facis: at tu vola ſine pennis; quandoquidem in aëre piſcari me jubes, & venari jaculo in medio mari. Ego certe omnium librariorum apothecas perreptavi, nusquam inveni libros Græcos, Græcorum vero liberos multos. Adii quoque interpretes ipſos, quibus Præceptoribus utor, qui illam tuam Græcorum librorum copiam mirum in modum ſtupent. Miratur hanc*

*tuam copiam Græcorum librorum totius Italiæ f*
*princeps,* Georgius Merula, *qui ex Catalogo tuo ju*
*cabat, te libros habere, quibus ægre & ipſe & multi*
*ſtantiſſimi Græcarum literarum ſtudioſi careremus.*
*vis Vocabularium Græcum, ſi Grammaticam* Chry
loræ *Græcam, fac ne ignorem, quo noctuas Athe*
*mittam. Credam te non ſuccenſere, ubi tibi rem ſu*
*riore mea epiſtola quam planiſſime ſcripſi; at p*
NB. *calami vetuſti inopia nihil ſcripſiſſe. Quare*
*mitto optimos ex tercentum delectos quos magn*
*comparavi, eos ut tibi dono darem, ne ſuavi*
*tuis epiſtolis carerem. Vale, & fac ut fideli ſis f*
*Data Papiæ Kalendis Martiis.*

Hiſtoria Concilii Epheſini contra Neſtor.

Inter alios autem codices manuſcri
Reuchlini celebrat inprimis Melanch
*Hiſtoriam Synodi Epheſinæ* ſub Imperatore *Th*
*doſio* contra *Neſtorium* inſtitutæ, eamque lu
omnino dignam exiſtimat, cujus ſumma
quoque in Oratione de vita Capnionis
cenſet. Hanc ſive ex incendio ſive præd
tium manu ſupereſſe & in SERENIS
MI PRINCIPIS Bibliotheca aſſer
p. 58. ri dixeram in oratione. Verum ubi denuo C
dicem evolvi, deceptum me deprehendi, q
manus haud multum abſimilis ſcribendi
tioni erat quam Reuchlinum uſurpaſſe vi
ram. Accedebat quoque tumultuaria colla
quæ me in iſta opinione magis confirmab
Nullo enim negotio inveniebam ea om
quæ *Philippus* ex laudato Codice adduxer
Nam & *Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum*, n
Romanum præfuiſſe Synodo à Theodo

co

convocatæ,& ſententias dictas non ab Epiſcopis tantum ſed ab aliis etiam Presbyteris, legebam. Neque reliqua,quorum mentionem doctiſſimus Vir facit,conſpectum meum fugiebant. Dum itaque avidius ſed incautius lego ipſum librũ,neglecto fere titulo & anno adſcripto,quo exaratus fuit 1551. Reuchlini eſſe codicẽ exiſtimo. Quam ſententiam retractare nunc haud me pudet pigetq;.In eo tamen non erravi, quod Hiſtoriam Epheſinæ Synodi in Sereniſſimi Principis noſtri Bibliotheca eſſe ſcripſi,cujus hic eſt titulus: πρακτικὰ οἰκουμενικῆς συνόδου ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως κατὰ Νεστορίου αἱρετικοῦ. id eſt: *acta Oecumenici Concilii ſub* Theodoſio *Imperatore habiti contra* Neſtorium *Hæreticum.* Adduntur quoque Epiſtolæ & Orationes multorum præclarorum Virorum,pietate eruditioneque refertæ, quarum tamen plurimæ ſunt Cyrilli, ut vel ex elencho codici præmiſſo apparet, quem tamen integrum adſcribere non ſinit & temporis & chartæ anguſtia.

A Concilio Epheſino ad Baſileenſe progredior, cujus acta Baſileæ non inſpicere tantum poterat Reuchlinus, ſed & deſcribere: conſtatque ex L.II.Cabalæ ipſius fol.XXXII. a.edit. Hagen. quæ curante Anshelmo prodiit A. M. D. XVII. Francofurtenſis verò *Galatini* libris ſubjectæ p. 674. eum poſſediſſe Orationem, unanimi Græcorum conſenſu quondam à magnificis & ornatiſſimis Legatis, ut ſcribit, anno a nativitate Jeſu 1438. in univerſali concilio Baſileenſi habitam

aliaque, quæ extant inter *Orthodoxogra-*
*pha* monumenta *Apologia Græcorum*, Con-
cilio Baſileenſi exhibita, ac nominatim tra-
ctatum περὶ καθαρτηρίου πυρὸς *de igne purgatorio*
in quo diſertis verbis negatur, eſſe ejuſmodi
purgatorium ignem, qualem Pontificii fin-
er. de purgat. c. 33. gunt. Hunc librum clamat *Leo Allatius* è pe-
nu hæreticorum eſſe deſumptum concinna-
tumque eo tempore, quo Lutherani de Eccle-
ſia Græca ſeſe bene mereri exiſtimabant, cum
illam conarentur defendere adverſus Roma-
nam Eccleſiam, & una cum ea σύσσωμοι fieri
procurabant, putatque è Latina ut plurimum
in linguam Græcam converſum. Vivo ad-
huc *Leoni* barbam vellebat vir Max. Reve-
rendus & Excellentiſſimus *D. Elias Vejelius* Ul-
menſium Antiſtes graviſſimus ac de Eccleſia
orthodoxa immortaliter meritus, eoque præ-
cipue, ut cætera taceam in me privatim col-
lata favoris benevolentiæque ſingularis do-
cumenta, mihi obſervandus atque colendus
in *defenſione Exercitationis Hiſtorico-Theologicæ de*
*Eccleſia Græcanica hodierna adverſus refutationem*
p. 164. ſeq. *ejusdem à Sene* Chio (hoc nomine appellat *Leo-*
*nem Allatium*, qui illum Ulmenſem juvenem
antea vocaverat) *Romæ adornatam:* ac proba-
bat falli eũ vehementer, & impingere graviter
in temporum menſuram, de qua exercitatio-
nem ediderat ſenecio, provocabatque ad *Jo-*
*annem Hartungum*, qui A. 1545. Heidelbergæ
eum librum latinè converſum publici juris fe-
cerit, & in epiſtol. dedicat. ſignificaverit:

*exemplar ſuum perperam fuiſſe deſcriptum, ut neceſſe habuerit* Phorcemi *Archetypum conſulere*. Itaque inter Reuchlinianos Græcos Codices iſta Apologia quondam fuit, quam conſulere utique *D. Vejelio* licuiſſet, niſi Bibliothecæ Capnionis pars maxima in funeſto ſuperiori bello Germanico, à Capuccinis Weilerſtadium (vel ut alii exiſtimant, Coloniam) fuiſſet delata, ibique in expugnatione flammis conſumta. Poſt *D. Vejelium* conf. Clariſſimi viri *Jo. Diecmanni* exercitationem Hiſtorico Theologicam de Eccleſiarum Orientalium & Latinæ in dogmate de *Purgatorio* diſſenſione, *Leoni Allatio* atque *Abrahamo Ecchelenſi* oppoſita §. 45. p. 106. ſeq.

Dolet præterea *Melanchthon* jacturam librorū *M. Antonini Imperatoris* Philoſophiſſimi, quorum ſemel iterumque mentionem facit *Reuchlinus* L. II. Cabalæ p. 681. edit. Francofurt. ut & Orationis *Maximi Tirii*, aliorumque, quorum nec vola, nec veſtigium nobis ſuppetit. Unde miſſos facio Codices Græcos & ad Hebraicos pergo, e quibus aliqui adhuc in Sereniſſimi Principis noſtri Bibliotheca ſuperſunt. Eorum catalogum quondam ab Illuſtriſſimo Marchione communicatum ſibi ſcripſit ad *Berneggerum* Clar. *Schickartus*. Inter eos verò primo loco ponendus merito eſt Sacer iſte Codex, cujus mentionem ſupra fecimus. De eo igitur nunc paulo copioſius accuratiusque diſſerere, animus eſt. Præmittam vero doctiſſimorum virorum de eo judi-

De codice membranaceo Bibliorum Hebr.

judicia. *Joannes Henricus Hottingerus* lib. I. C
II. ſect. IV. *Theſauri Philologici* poſteaquam
variis antiquis Bibliorum Hebraicor
ex emplaribus egiſſet, Reuchliniani quo
Codicis meminit his verbis: *Quibus addi*
*quæ non ita pridem Vir incomparabilis,* D. Joan
Buxtorfius *familiari epiſtola nobiscum commun*
*vit: habet & Marchio Badenſis antiquiſſimum ex*
*plar, ex* Reuchlini *Bibliotheca, quod Macchab*
*rum temporibus ſcriptum aſſeverant.* Hæc
Hottingero pro more ſuo repetit *Joan*
*Jonſtonius* D. Medicus in appendice
ſchediasma de feſtis Hebræorum pag.
*Wilhelmus Schickardus* Sacrarum literarum H
braicarum Profeſſor quondam in Acade
Tubingenſi celeberrimus in præfatione li
*Bechinat Happeruſchim* iſtum codicem inſpe
ſe ſe memorat, deque eo tale fert judiciu
*ſuperiori anno vidi ingens illud & pretioſum exem*
*Bibliorum, quod Capnio quondam à* Maximilian
*Romanorum Imperatore dono acceptum, moriens*
*triæ ſuæ S. P. Q. Phorcenſi legaverat: nunc vero*
*luſtriſſimus* Marchio Badenſis, *&c: poſſidet, at*
*ante aliquot ſecula, pro* R. Abrahamo Ben Meir,
ben Ezra *exaratum eſſe,* Buxtorfius *conſultus, ex*
*clauſula,* ולראב מאיר *probabiliter ſane collegit.*
*in librorum veſtibulis obſervavi notas* Maſorethi
*minutiſſimis literulis, non lineatim ſed inſtar pict*
*tam affabrè conſcriptas, ut eminus inſpectas leon*
*urſarum, boum, ovium, &c imagines crediderim,*
*artificii fraudem prius ſenſerim, quam oculis memb*
*na cominus admotis, intuitus eſſem proxime.* C
*ig*

*gitur in hoc ornatu tantopere priſcos Hebræorum librarios luxuriaſſe cernerem, non ultra miratus ſum, quod in re alioquin ad ſuperſtitionem uſque diligentiſſima, quædam omiſerint, quæ ſcilicet animalis icon non caperet; unde prima depravationibus occaſio data fuit.*

Hæc doctiſſimorum virorum de Codice noſtro judicia ſi comparata ſic eſſent, ut nullum dubitationi locum relinquerent, forte antiquiſſimum in Europa Codicem poſſideremus. Verum mihi videtur nihil omnino certi de ejus antiquitate ſtatui poſſe absque temeritate, etſi alioqui haud negem, vetuſtate eum certare cum præcipuis, qui variis in locis ingentis theſauri loco oſtenduntur, codicibus. Nam annus quo exaratus eſt, expreſſus haud legitur. Neque id certum eſt, pro *Aben Eſra* illum exaratum fuiſſe, quemadmodum ex clauſula *Buxtorfium* probabiliter collegiſſe cenſet Schickartus. Quam in rem clauſulam integram ſubjicere placet. Ea his concepta eſt verbis:

חזק ונתחזק הסופר לא יוזק לא היום ולא לעולם
עד שיעלה חמור בסולם אני יהודה בר שלומה
סיימתי זאה המקרא שבת לדר בנהורא ולר״
א...ב״ מאיר כתבתיה ויהי רצון שיורישה
לבניו ולבני בניו עד סוף כל הדורות אמן א
א״ סלה:

Quæ

Quæ ſic reddi latine poſſunt: *macte ani*
*Scriba nullo afficiatur damno, neque nunc, neq*
*ſeculum, donec aſinus per ſcalam aſcendat.* Ego
huda Filius Solomonis *exaravi hunc* S. Co
cem, *ac eo nomine debitas perſolvo laudes* DEO
*in luce habitat. Scripſi autem illum in uſus* A
Ben Meir, *quem velit ſinatque Deus tranſire h*
*ditate ad filios atque poſteros ipſius, ad finem u*
*omnium generatiouum. Amen, amen, amen.*

Unica litera א omnem hic facit difficu
tem, ac quodnam nomen ſignet, meritò
quiritur. Buxtorfius *Abrahami* vocabu
exſculpit, forte quia inter Judæos hoc no
eſt omnium receptiſſimum; ſed annon A
mia ut Uriæ aliudve nomen intelligi com
de poſſit, judicet prudens lector. Videtur
ſcriba vel integrum vel ſaltem dimidium
men expreſſiſſe, deinceps vero iterum ill
neſcio qua de cauſſà, ſcapello eraſiſſe, ut q
fuerit, non ita in promtu ſit judicare. Ve
codicem ipſum, quantum poſſumus lucul
ter deſcribemus, unde forraſſe fiet, ut alia
tiquitatis documenta capere liceat. Eſt
membranaceus, vaſtiſſimæ molis, manu
elegantiſſima exaratus, cum literis puncta
tiam atque accentus exhibet, una cum v
ſione Chaldaica *Onkeloſi*, ſingulis verſibus H
braicis ſtatim ſubjuncta, atque *Maſora*, qu
initio voluminum ſub variorum animali
figuris, literis ut plurimum vocibusque
preſſis, artificioſiſſime depicta eſt, ut jam p
dem *Schickardus* obſervavit, quanquam in

me conſentientem non habeat, quod inde primam depravationis occaſionem arceſſat. Non enim ideo omiſſa nonnulla ſunt, quod animalis icon ea non caperet, cum multæ reperiantur animalium figuræ ex literis vocibusque Hebraicis minime conflatæ. *Richardus Simon* in Hiſtoria Critica Veteris Teſtamenti lib. 1. Cap. 22. quo regulas aliquot ad diſcernendum probatos Scripturæ manuſcriptos Codices â pravis adducit & nonnullorum manuſcriptorum ſingulare examen inſtituit, *Leusdenium* Profeſſorem Linguæ Hebraicæ Ultrajecti graviter reprehendit & pro more ſua audaciſſime caſtigat, quod in præfatione ſua Latina ad *Biblia Hebraica* ab *Amſtelodamenſibus Judæis* edita, probatorum exemplarium, quibus uſi ſunt Apellæ, mentionem ſumma cum laude feciſſet, & ſecus de ejusmodi manuſcriptis variis animalium figuris exornatis judicat, contenditque ea fida minime eſſe & pleraque charactere exarata Germanico, Gallico vel Italico: Judæos enim exſcriptores qui hasce animalium aut florum formas depingere amant, libentius ſub iis & facilius vitia erroresque occultare, quandoquidem ſic exarata & ſcripta Maſora lectu admodum ſit difficilis. Tandem ait manuſcriptos Codices Hiſpanos in totum his figuris carere, *Maſoram ſimpliciter ad marginem extare, nudam, ſimplicem & ita nitide ſcriptam ut nemo non legere queat.* Capite ſequenti, ubi peculiares obſervationes in manuſcriptos Biblici textus

co-

codices tradit, ac probos â minus exactis
cernere cupientibus præcipit, inſpiciend
eſſe, num character eorum omnino ſim
ſit, bene conformatus, & in quo nil inſo
appareat, denuo *Leusdenium* carpit ac illum
imperitiam prodere in eo affirmat, q
laudatum antea Judæorum codicem imp
propterea laudet, quia aureis character
exaratus ſit. Quid de his atque aliis tal
inſolentis pariter atque audacis Critici r
lis ſentiendum ſit, nunc non attinet pro
commemorare, illud tamen nemo non
madvertit meris conjecturis Simonem n
regulas ex ſuo confingere cerebro. Nu
nim omnes Hiſpanos codices manuſcri
inſpexit eosque figuris carere, contra v
Germanicos, Gallicos Italicosque iis abun
re, obſervavit. Deinde non video quos
dæi ſub hisce animalium figuris occultare
rores potuerint. Idque ſi facere instituer
cur Hiſpani ſoli neglexerunt. Ad hæc imag
ejuſmodi paucæ deprehenduntur, & ne q
dem in omnium librorum initiis. Deni
quis ambigat, quovis tempore inter Juda
extitiſſe qui pulcherrime elegantiſſimeque
teras pingere diſcerent. Quod ſi vero au
characteres novitatem arguunt, noſter co
antiquitatis notam habebit, qui illis caret
eo etiam Maſora nuda & ſimplex eſt, ita
nitide deſcripta ut nemo non Maſoræ peri
legere queat. Adeo ut haud dubitem, M
ſoram in codicibus impreſſis mirum in m

du

nirum quantum depravatam, emendari optime exinde poſſe. Quapropter etiam hodie Maſoram non eum amplius uſum habere exiſtimo, cujus gratia illud ſtudium ſuſceptum olim fuit, ut contra corruptionem textum, quem vocant, præmuniat, cum ipſa jam ſit Maſora corruptiſſima, mutila & variè interpolata, adeò ut ea potius emendatione opus habeat, quam ut emendationi inſerviat: idque ex Concordantiis plenis fieri poſſe, contendit atque propugnavit *Antonius Laymarius*, Auguſtanus, in Boruſſia prope Regiomontum verbi divini miniſter, *in præfat. ad animadverſ. in notas Maſorethicas*. Cui ut facile aſſentior, ita antiquos Codices emendatè ſcriptos, inter quos noſter quoque haud poſtremum obtinere locum debet, multum eo conferre poſſe, exiſtimo.

Neque prætereundum eſt hoc inſigne antiquitatis argumentum, quod *Richardus Simon* obſervari vult, & in noſtrum Codicem apte quadrat: nimirum ſi deſint *eæ literæ*, quas Judæi vocant *magnas*, *parvas*, *inverſas*, *ſuſpenſas*, *aliæve minutiæ*, quas ſuperſtitioſe nimis in Bibliis hodiernis notant: itemque *minor numerus Ceri & Cetibh*, quam in impreſſis Codicibus. Hæc enim omnia atque ſingula deprehendi in Principali Codice. Igitur haud dubito eum vetuſtiorem ſtatuere, quam illum, quem tantis evehit laudibus Simon.

Animadverti quoque *Targum Onkel*… centibus inſtructum eſſe: præterea Proph… quos vocant minores, ſubjungi ſtatim D… *lem*. Quod meritò recentioribus Judæis… ponimus, qui ad Hagiographorum (… claſſem Danielem vulgò rejiciunt, eum… Prophetis haud annumerant, contra anti… rum Codicum ordinem, contra *Joſephi*… pſius *Talmudis* teſtimonium, ut *Petrus* … *Huetius in* demonſtr. Evangelica lucul… monſtravit.

Danielem excipiunt in Noſtro C… Pſalmi, Proverbia, Ijobus, Eſther, Koh… Threni, Eſras, ac reliqui libri. Addo … tremum hoc de iſto Codice, quod e com… ni hominum ſermone & famâ compe… habeo, quando ferunt *Piſtorium* Apoſt… impuras manus eo intuliſſe & Gen. III. … cem הוא *Hu*, quæ illum ſignificat & ad… ſiam referri debet, mutare in היא *Hiv*. G… luiſſe, ut, quemadmodum vulgatus inte… convertit *ipſa* ſonet: ex imprudentia ve… Hebr. Linguæ ignorantia eum eandem… cem in alio commate perverſe correxiſſe… teor manus veſtigium aliquod apparere… terim rem utpote non adeo exploratam… lo in dubio relinquere, quam malevolæ… ſationis ſuſpicionem præbere adverſariis…

Alius codex Bibl. MS.

Alius etiam nobis ſupereſt Codex Bi… rum MS. membranaceus, quem Reuch…

Romæ IIII. Nonas Sextiles A. MCCCC LXXXXIV. emit,eumque appellat in libr. de accent. & orthogr. ling. Hebr. ſupra quam pervetuſtum. Quantæ vero antiquitatis ſit non opus eſt divinare, ut in priore. Annus enim quo exaratus eſt, in fine exprimitur דאתתסו id eſt, 4866. ליצירה ſive â condito mundo,qui incidit in An. Chriſti M.C.V. Itaque nunc eſſet ſcriptus ante ſexcentos ferè annos,cujus ætatis pauciſſimos reperire licet Codices. *Richardus Simon* nihil unquam pulchrius atque magnificentius ſe vidiſſe ſcribit, quam Apographum quoddam anni 1207. *Leusdenius* laudat manuſcriptum, de quo diximus, Anno1200. exaratum. Erphordienſis Codex,ex quo Clar. Vir *Matthias Fridericus Beckius* paraphraſin Chaldaicam in libros Chronicorum deſcripſit & publici juris fecit, exaratus eſt Anno Mundi 5103. Chriſti vero 1343. Hos omnes vero antiquitate ſuperat Reuchlinianus Codex, qui ſcriptus eſt על ידי זרחבר יהודר זוטר ספרא *manu Serachi Filii Jehudæ Sotheris, Scribæ.* Exhibet autem textum Hebræum & Paraphraſin Chaldaicam *Jonathanis Uſieledis* in omnes ſacros libros, quotquot ille autor convertendos ſumſit, incipiendo à Joſua, ac prætermittendo Legem; manifeſto indicio, illud *Targum*, quod in Legem ſub *Jonathanis* nomine circumfertur, ejus minime eſſe. Leguntur autem Hebraica & Chaldaica, more antiquis Codicibus re-

fol. 8. ſ. 2.

recepto, alternatim, ita ut ſingulis commatibus Hebraicis Chaldaica ſtatim ſubjungatur verſio, quæ ipſa quoque accentibus eſt ornata. Præterea *Maſoram*, parvam æque ac magnam refert, ſed ſimplicem illam & nudam. Nullæ autem animalium figuræ ibi apparent, & ſcriptio ipſa ſatis eſt ſimplex atque rudis. Hæc de duobus codicibus manuſcriptis Bibliorum, quibus merito ſubjungimus *Commentarios* in Sacram Scripturam, concinnatos â *Joſepho* & *Davide Kimchiis*, patre filioque: illius enim adeſt Commentarius in *Jeremiam* Vatem, quem Reuchlinus Romæ duobus aureis Rhenanis emit; Codex eſt papiraceus in forma quarti ordinis: hujus vero præſto ſunt Commentarii ſuper *Ezechielem* & *duodecim Prophetas minores*, membranacei, majoris ordinis, quarti autem quem vocant, *Rabbi Salomonis Jarchi* Commentarius in תהלים i. e. Pſalmos.

Commentarii MS.

His ſuccedant alia Manuſcripta, non quidem æque magni pretii ut priora, quia vero nihil prætermittere eorum decrevi, quæ ex Reuchlini Bibliotheca reliqua nobis ſunt, ſive magna, ſive parva, ſuum quoque hic locum illa ſortientur.

Alii libri MS.

Adſunt duo Tomi membranacei, in quibus ſecundum ſeriem librorum Biblicorum difficiliora vocabula Germanicè redduntur,

ſed

ſed Hebraicis literis ſcribitur verſio. Conſcio Reuchlinum iis uſum eſſe in per diſcenda lingua Hebraica, cum deſtitueretur vivis Præceptoribus. Prior tamen Codex plenior eſt, quam poſterior, quippe qui ab Exodo incipit, & in quo quamplurima ſubinde deſunt.

Ad hanc quoque claſſem pertinet volumen ſatis vaſtum in 4. continens aliquot librorum Biblicorum verſionem Germanicam, ſimilem in modum Hebraicis characteribus ſcriptam. Truncatum verò eſt initio: Proverbiorum tantum & Pſalmorum verſiones integræ ſunt.

Sacri etiam argumenti ſunt orandi ſupplicandique formulæ, quarũ tria exemplaria noſter habuit, eorum duo in majori forma precationes omnes Judæorum pulcherrimè membranæ inſcriptas continent: tertium autem formæ quarti ordinis eſt, exaratum difficulter legibili manu. Ex quibus Codicibus formulæ illæ in Chriſtianos directæ, quas in impreſſis libris hodiè omittunt Judæi, ſuppleri poſſunt. Talmudica volumina *Reuchlinus* comparare ſibi haud potuit, licet multo ære illa redimere cuperet. Partem tamen A. DN. M. D. XII. acquiſivit, nempe מסכת סנהדרין *Codicem* aut *Tractatum de Synedriis*. Putavit autem, forte à Judæis imperitis perſuaſus, ſe *Talmudis Hieroſolymitani* Codicem

Tephillin.

*hedrin* habere, quemadmodum ab initio & in fine adſcriptum legitur: *Thalmud Hieroſolymitanum in libris Sanhedrin, quos* Joannes Reuchlin Phorcenſis *ſibi diligenter acquiſivit Anno Chriſti* MD. XII. Inquirenti autem mihi evolventique iſtum codicem membranaceum, vetuſtate valde inſignem, & alicubi fere exeſum, *Gemaram Talmudis Babylonici, in Maſſ. Sanhedrin* non Hieroſolymitani eſſe deprehendo. Eum verò nõ tantum diligenter ſibi acquiſivit noſter, ſed & legit diligenter; paſſim enim, ſua manu quædã oræ libri adſcripſit. Ejus quoque in *defenſione* ſua *contra calumniatores Colon.* mentionem eo in loco facit, quo ex Judæorũ quorundâ ſententia dixit *duos Jeſus Nazarenos diverſis temporibus fuiſſe*, & *Talmud loqui de* Jeſu *Nazareno qui diſcipulus fuit R.* Joſua *Parhaja ad idolatriam tandem converſo, ante annos centum & decem prius, quam Jeſus Chriſtus noſter naſceretur.* Poſt quæ ita ſubjicit: *Sed ut ea in parte Thalmud ego ipſe quoque viderem, comparavi mihi à quibusdam Chriſtianis libros Thalmudicos Sanhedrin, & inveni materiam iſtam in volumine Helek, cujus verba ſunt hæc &c.*

Grammatici libri MS.

Ultimum occupant locum Grammatici libri manuſcripti, quorum aliquot ex Bibliotheca Reuchlini ſuperſunt. Uno volumine binæ Grammaticæ continentur, altera *Davidis*, altera *Moſis Kimchii*, de quibus ipſe Reuchlinus hunc in modum ſcripſit: *has duas*

*Gram-*

*Grammaticas Hebraicas, ſcilicet librum* Davidis Kimhi *de ſubtiliatione, & librum Intellectus boni Moyſi Grammatici* emi ego *Joannes Reuchlin* *Phorcenſis* Romæ *multis Ducatis in menſe Quintili* A. 1498. qui libri exarati ſunt Anno Domini 1281. Per librum de *ſubtilatione* R.D.K. intelligit *Michlol.* Cur verò ita vocet, ego ſane nô intelligo. Moſis autem Grammatici tractatum recte appellat librum *Intellectus boni?* hoc enim Hebraicè ſonat שכלטוב quem *Buxtorfus* vix attigit in Bibliotheca Rabbicina.

p. m. 43

A codicibus manuſcriptis venio ad impreſſos, quorum aliqui etiam ex Capnionis Bibliotheca aſſervantur apud nos. Eos ordine recenſebo, ut hactenus conſuevi.

libri editi in Bibliotheca Reuchl.

I. Biblia Bombergi.

II. Moſis Gerundenſis Commentarii.

Cum primum omnium inter Chriſtianos Venetiis, autore *Felici Pratenſi*, Viro Theologo & Hebraicæ Chaldaicæque linguæ peritiſſimo, *Daniel Bombergus*, conquiſitis undique diverſis exemplaribus manuſcriptis inſigne opus Biblicum, textum Hebræum, Chaldaicas verſiones & Commentarios præcipuorum ex Judæis Doctorum exhibens, magnis ſumtibus laboribusque Anno M. D. XVII. edidiſſet, Reuchlinus quoque illud ſibi comparavit & in Academia Tubingenſi publice interpretari aggreſſus eſt, quemadmodû ex ipſius paulo ante adducta epiſtola abunde conſtat. Hoc igitur opus ex Reuchlini Bibliotheca adhuc nobis ſuper eſt: ut & *Rabbi Moſis*

*Nachmanidis Gerundenſis* Commentarius in Pentateuchum, quadratis ut vocant literis impreſſus, in forma majori. Poſtquem collocandus eſt ordine *Rabbi Davidis Kimchii* Commentarius in Joſuam, Librum Judicum, Libros Samuelis atque Regum.

*III. Dav. Kimchii Commentarii in Joſuam &c.*

Hinc Pſalterium Hebraicum abſque punctis vocalibus in octava forma editum reperi literis Rabbinicis.

*IV. Pſalterium Hebraicum.*

Tum & Moſis Kimchii Grammaticam quam מהלך שבידי הדעת inſcripſit, vocalibus inſtructam, ſed ſubinde emendatam atque caſtigatam, ut haud abs re judicem, fuiſſe illud ipſum exemplar quod publicè Ingolſtadii & Tubingæ auditoribus prælegit. In eo, quibus Præceptoribus uſus in Hebraicis fuit, ſua manu conſignavit his verbis: Joannis Reuchlini Phorcenſis *Præceptores in Hebraicis: Primus fuit* Jacobus Jehiel Loans Mantuanus ſeu Ferraricus An. M CCCCLXXXXII. VII. *Kalend. Octob. Alter* Abdias Cæſinatenſis Italus *filius* Jacobi Sphurno *prid. Idus Junii Anno Domini* M CCCC LXXXXVIII. *Primus in Lynz in curia Imperatoris, Secundus Romæ in curia* Papæ Alexandri VI.

*V. Moſis Kimchii Grammatica.*

Superſunt denique quædam ipſius Reuchliniani ingenii monumenta, quæ nihil opus eſt recenſere, cum & invulgus nota ſint, & ſupra à no-

â nobis commemorata. In his igitur ſuis libris vivit Capnion, quanquam liberos non reliquerit, niſi ſecundum Judæorum effatum placitumque iis Diſcipulos quoque connumeremus, è quibus Forſterus Auguſtanus vel primum locum meretur, quem egregie commendat Reuchlinus, quod unus omnium in Hebraica Lingua plurimum ſudaverit dignusque viſus fuerit, cui docendi munus poſt ſe concederet, quemadmodum ex Epiſtola ad ipſum data liquet, quam quia per eſt brevis, placuit hic inſerere.

Diſcipuli Reuchl. Joh. Forſterus.

*Joannes Reuchlin Phorcenſis, LL. Doctor Joanni Forſtero Auguſtano, Philoſophiæ Magiſtro,*

S. P. D.

*Quam moleſta mihi res eſt, dilectiſſime vir, â tua & aliorum ſtudioſiſſimorum auditorum meorum præſentia recedere. Cum enim in tanta tam Hebraicæ quam Græcæ linguæ diſcipulorum frequentia aſſiduo tu ſtudio indefeſſas mihi aures præbueris, tum unus omnium in lingua Hebraica plurimum ſudaſti, ut dignus mihi viſus fueris, cui publici auditorii pulpitum conceſſerim. Quare perge incumbendo bonis literis & doctrinæ â me prælectæ: ſic enim in virum literatiſſimum, & linguarum ornatiſſimum interpretem, Deo aſpirante, cæteris commodo & utilitati futurus evades. Vale feliciter Anglopoli, Anno Domini M. D. XXI.*

Factus deinceps eſt *Forſterus* Doctor Theologus ac Hebraicæ linguæ Profeſſor in Academia Wittebergenſi, multisque ſcriptis inclaruit, inter quæ etiam eſt ipſius Lexicon novum, ut vocat, Hebraicum. In Epiſtola dedicatoria honorificam facit mentionem Præceptoris ſui, *Capnionis*: in præfatione autem infenſiſſimum ſe Rabbinorum hoſtem prodit & ex eorum ſcriptis nihil eximii & quod ſingulari laude dignum eſſet, reportaſſe ſe ſignificat, etſi facultates ſuas in Rabbinos profuderit, in ipſorum Synagogis longo tempore verſatus ſit, eos domi propriis impenſis Præceptores aluerit, illorum denique commentaria ſtudioſe evolverit. Hujus viri autoritate multi inter Studioſos præſertim decepti, alto ſupercilio Rabbinos omnes contemſerunt & ignorantiæ pigritiæque quoddam aſylum in ejusmodi Forſteri dictis quæſiverunt. Mitius omnino ſtatuendum de Rabbinis ipſorumque ſcriptis eſſe, à Præceptore ſuo Capnione, diſcere poterat, qui tot tantasque eo nomine obtrectationes calumniasque fratrum ignorantiæ ſuſtinuit, ut ſuo loco diximus. Notatus quoque ob intempeſtivum hunc zelum eſt *Forſterus* à multis viris doctiſſimis ac Hebraicæ linguæ peritiſſimis, & in Rabbinorum ſcriptis verſatiſſimis, quos nominatim recenſere nihil nunc attinet, præſertim ubi præclara monumenta paſſim extant, quæ non aliunde

liunde quam ex veterum Rabbinorum ( novos, de quibus forte *Forſterus* intelligendus eſt, nihil moror, cum ſint homines vani, rudes atque inepti ) penu hauſta, quæ propter utilitatem inſignem apud æquos rerum æſtimatores in maximo habentur pretio. Subjungam tantum ex Epiſt. Illuſtr. virorum ad Reuchlinum datis hoc *Ægidii Viterbienſis* Ordinis Eremitarum D. Auguſtini Prioris Generalis judicium de Talmude & aliis Judæorum ſcriptis per Reuchlinum ſervatis. *Per te,* inquit, *ſervati ſunt theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei, in Talmud* libris, *qui etſi ab adverſariis editi, multa nobis & pietati inimica docent, dici tamen non poteſt, quot altæ profundæque quæſtiones ad ſacra eloquia pertinentes, quot verba, quot dictiones, quot obſcura ſacrarum ſcripturarum illic clareſcunt, atque aperiuntur. Quæ, ſi libri illi deſiderarentur nunquam legere eſſet, æterna premi nocte oporteret, æterna nos inſcitia damnari neceſſe eſſet. Mitto teſtimonia de adventu Meſſiæ in* עז *&* אחר ארבע מאות *in Sanhedrim cum Iſaiæ* מכות *& alia innumerabilia paſſim, quæ inſanientium & imperitorum vitio interiiſſent, tuo unius ſuperſunt beneficio, in opes & ornamentum Eccleſiæ Romanæ* חק האור גינוזת לצדיקים *Data hominibus* תורה באש *erepta nobis primo eſt à Deo ex igne, cum Abraham ex igne ſervatum eſſe volunt. Nunc ſecundo à* Reuchlin *ſervata eſt ex igne, cum libri illi ſervati ſunt, quibus ſtantibus lex panditur & lucem capit: intereuntibus autem tenebris æternæ noctis offunditur. Denique in hoc ju-*

*dicio*

*dicio tuo ubi hac æſtate periculoſo æſtu laboravimus non te, ſed legem, non Talmud ſed Eccleſiam, non* Reuchlin *per nos, ſed nos per* Reuchlin *ſervatos & defenſos intelligimus.*

Pellicanus.

Inter bonæ ſpei auditores Reuchlini fuit quoque *Conradus Pellicanus*, quem Jodocus Gallus Rubeaquenſis Theologus Noſtro majorem in modum commendavit per epiſtolam, ut eum foveret, ſive Hebræas, ſive Græcas literas diſcere cuperet. Quanquam enim *Pellicanus* proprio motu & ſtudio Hebraicam linguam primum addidicit, tamen haud diffitetur ſe multum in ea adjutum eſſe rudimentis Capnionis.

v. Pellic. præfat. ad comment. in Script. S.

Alios ſigillatim recenſere ſuperſedeo, cum univerſos vix percenſere numerando queam. Quicunque enim veteres ſcholarum nugas exoſi erant, *Reuchlinum* magiſtrum cupidè ſequebantur. Unde *Mutianus* presbyter ad Noſtrum ita ſcripſit: *ad me quotidiè confluunt boni adoleſcentes, quibus CAPNION eſt in ore & in pectore: hic ſeſe Græcum probat, ille Hebraicas & verè arcanas literas admiratur, quantum à Præceptoribus inſulſis ad nugas trahantur vel emendas, vel diſcendas, tantum utroque pede reſiliunt ad ſequenda veſtigia ſpectabilitatis tuæ.*

Neque coram duntaxat præſentes, ſed & ſcripto docuit abſentes. Nam, ui *Henricus*

Str

*Stromer Aurbacchius*, Doctor Medicus ex vero dixit, *primus* Capnion *Hebraicam linguam ſolute hactenus ac ruſticè ſtridentem legibus dicendi ſubjecit, Grammaticis modis apte & concinne perſtringit, tam aperto artificio, ut vel mediocri ingenio præditus, ſuo Marte ex ipſius præceptis perdiſcere valeat.*

Igitur totius Germaniæ Præceptor meritò audit. Imo exteri quoque noſtrum & admirati ſunt & in rebus gravibus atque dubiis conſuluerunt, ut, quod de ſummo & illuſtri viro *Scaligero* Dan. Heinſius, prædicavit, de noſtro quoque dicere optimo jure poſſimus, ipſius unius domum orbis univerſi Muſeum fuiſſe. Nam quotidiè aut Galli, aut Itali, aut Angli, eò tanquam ad publicum delubrum quoddam atque oraculum confugiebant, ut vel ex epiſtolis illorum, quibus aliquid à Reuchlino ſciſcitati ſunt, intelligi poteſt; perſuaſi enim plane, idque non temere, erant, ſolum Capnionem eſſe, qui arduas quasvis quæſtiones ſine ulla explicare moleſtia poſſet.

Nec melioribus tantum literis lumẽ accendit, ſed & religionem, immane quantum ſuperiorum temporum ſuperſtitionibus obſcuratã, in lucem protraxit & à ſordibus primum repurgare aggreſſus eſt, etſi perficere tantã rem nondum potuerit. Quâ de & ſupra nonnulla dixi, quibus addere placet lepidam illam Comœ-

mœdiam mutam A.M.D.XXX. Imperatori CAROLO V. ipſiusq; fratri FERDINANDO poſt prandium exhibitam. Cum enim ſe quidam obtuliſſent fabulam acturi, eaque cibu condituri, admiſſi facile ſunt. Ubi primum in ſcenam proceſſit aliquis larvatus, habitu, quo ornari Doctores ſolent, veſtitus, ferens à tergo nomen JOANNIS CAPNIONIS ſchedæ inſcriptum. Portabat hic faſciculum lignorum, partim rectorum, partim curvorum, eoque in medium atrium ullo ordine projecto, abiit. Hunc excepit alius itidem larvatus, ERASMI ROTERODAMI nomine inſignitus, convenientique Clerico, quem vocant, veſtitu indutus, qui componere ligna, curva rectis exæquare diu multumque conatus eſt: tandemque ubi irritum videt laborem, caput iratorum more quatiens, animo inde receſſit commoto. Tertius Monachi præbebat ſpeciem, notatus MARTINI LUTHERI nomine, qui ardentes prunas portabat ac diſtorta illa ligna ſuccendebat, inque cineres redigere laborabat: quæ cum flammam concepiſſe conſpexit, ſubito ſeſe ſubduxit. Inde prodiit quidam habitu Imperatorio, qui cum ignem depaſci diſtorta illa ligna videret, ſtricto gladio ejus vim avertere tentabat; quo magis autem gladio ligna fodicabat aut feriebat, eo magis flamma invaleſcebat, ut ipſe tandem iratus ac furibundo ſimilis receſſerit. Tandem &

Papa ſeſe intulit LEONIS X. titulo à tergo inſignis, qui comploſis ex terrore manibus circumſpicit malo remedia, quibus ignem ſopiat: quod dum facit curioſius, duas videt eminus ſtare amphoras, oleo alteram, alteram aqua repletas: his conſpectis irruit incautus atque amenti ſimilis in amphoram oleo plenam, eamque igni affundit, unde flamma vires ſumens latius ſeſe diffundit, adeo ut ejus violentia coactus fugam capeſſere debuerit. Hæc tota fuit fabula atque comœdia, & nemo ultra comparuit. Jubet Cæſar inquiri in auctores actoresque, ſed illi mature ſatis fugâ ſibi conſuluerant, parum vel de gratia vel de præmio ſolliciti, poſtquam Cæſari id quod res erat, dilucide ob oculos poſuiſſent, ac quid hominum machinationes contra veritatem poſſent, edocuiſſent. Non opus eſt Oedipo, qui occulta myſteria explicet. Itaque nihil nunc reſtat, niſi ut Reuchlini memoriam habeamus ſacroſanctam, illiusque nomen laudibus feramus, ac demum DEO ter Optimo Maximo hac formula ex Eraſmo deſumta aſſidue ſupplicemus: *Amator humani generis, Deus, qui donum linguarum, quo quondam Apoſtolos tuos ad Evangelii prædicationem per Spiritum tuum Sanctum cœlitus inſtruxeras, per electum famulum tuum* JOANNEM REUCHLINUM *mundo renovaſti: da, ut omnibus linguis omnes ubique prædicent gloriam Filii tui* JESU, *ut*

*con-*

*confundas linguas pſeudapoſtolorum, qui conjurati ſubſtruunt impiam turrim Babel, tuam gloriam obſcurare conantes, cum ſuam ſtudent attollere, quum uni tibi debeatur omnis gloria cum*
JESU *Filio tuo, Domino noſtro, & Spiritu Sancto in æterna ſecula,*
*Amen.*

# FINIS.

ADDI-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg